PARABOLAE SALOMONIS AD VERITATEM hæbraicam caſtigatæ & per Reuerendiſſimum Dominum, D. Thomam de Vio Caietanum Cardinalem Sancti Xiſti ordinis prædicatorum enarratæ, Recens in lucem editæ.



M DX LII.

NON SINE PRIVILEGIO S. D. N.

PRAESENTI VOLVMINE, ORDINE DISPOSITIONIS

librorum Biblic, quarto, generationis vero ac æditionis nouiſſimo continentur.

Probemialis epiſtola
Parabolarum Salomonis
Eccleſiaſtes eiuſdem
Iſaiæ trium Capitum
} *Eximia Reuerendiſ. Cardinalis Gaietani Cõmentaria.*

Opuſculum non tam exactiſſimum q̄ omnem difficultatem euacuans, de Coniugio Regis Angliæ cum relicta fratris ſui, eiuſdem Reuerendiſſimi Cardinalis.

Index Alphabeticus eorum quæ in præfatis Commentarijs, maiori digna annotatione continentur.

Caſtigationes totius Voluminis grauiores.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET D. Domino Ioanni Saluiato Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardinali ac fami lie Prædicatoriæ Protectori Digniſſimo, Frater Thomas Strozza Florentinus, Prouincialis terræ ſanctæ, Eiuſdem ordinis Theologorum minimus.

S. P. D.

QVANQVAM omnium rerum memoria lubrica eſt, Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Præſul, nihil tamen æque animo excidit ꝙ memoria defunctorum. Eo factum eſt vt maiores noſtri picturas effingerent, conderent monumenta, ſimulachra exculperent, ne ſcilicet eorum memoria, quibuſcum ſuauiſſime vixerunt penitus de pectore extruderetur, funditusq; euaneſceret. Mihi vero Caietani noſtri tam alte inſedit imago, tam intime radices iecit, vt non modo inconcuſſa permaneat, verum in dies magis, magiſq; reuiuiſcere videatur. Id quod etſi pluribus de cauſis eueniat. Tum illa nequaquam eſt contennenda, ꝙ eius tumulus, eiuſdem iuſſu, præ foribus templi noſtri ſitus, ingredienti exeuntiue, ſemper ſpectandus venerandusq; obycitur. Tum ꝙ extra ſepta egreſſi eius dotes vel a viris grauisſimis in cœlum audimus attolli. Thomas inſuper eiuſdem nepos, ab auunculo nequaꝙ degenerans, in noſtram iam pridem familiam aſſertus, mihiq; ꝙ arctisſime deuinctus, illius memoriam continue excitat. Sed & illud non nihil vellicat, ꝙ & ego ipſe Thomas, quo nomine ille olim nuncupabatur, appellor; vt niſi noſtri memoriam abyciam, eius nominis obliuiſci non poſſim. Hæc tamen præcipua eſt omnium cauſa ꝙ tale tantumq; iubar in omnes terrarum partes corruſcans, quaſi alter ſol, nulla poteſt caligine obliuionis offundi. Et nobis quidem intra parietes clauſis, ac dulcisſime contemplationi vacantibus, præclarisſima eius viri volumina vndecunq; circũſtant. Quippe quorum lectione poſt ſacras literas ac diui Thomæ Aquinatis monimenta, nulla alliciamur impenſius, paſcamur, oblectemurq;. Nulla enim (dicam quod ſentio) adeo mihi intellectum exacuit, prouocat, & accendit affectum, chriſtoq; captiuum reddit, ꝙ lectio Caietani. Hoc remedio mærorem noſtrum, & quam fecimus in tanto uiro iacturam, lenire tantiſper licet. Ad quem velut commune oraculum, ſeu pro ſacrarum literarum inuolucris, ſeu pro perplexis conſcientiæ caſibus, ſiue pro altioribus theologiæ myſterys, ac difficillimis quæſtionibus confugere ſolebamus. Nunquam enim illius ſententiam poſtulabam, quin aut protinus velut alter Gorgias, aut certe paulopoſt per ſchedulas indubiam depromeret. Quid multa? Aequæ ac duo lumina, hoſce mihi duos delegi, Diuum Thomam aquinatem & Caietanum, quorum e fonte vera eruditio emanauit. Nam cæteri, ut maxime ſint illuſtres, mihi ferme dormitant omnes, & e noſtro exulant lycæo. Satis enim ſuperq; arbitror, ſi in communi ſint bibliotheca, quos cum poſcit necesſitas, adeam, obiterq; inſpiciam. Vtinam noſtra hac tempeſtate tam multis infecta erroribus, tantoq; impendentium ma-

lorum metu perculſa, virum hunc ſuperſtitem haberemus. Cuius conſilio, prudentia, autborita te, doctrinaque inſigni uti poſſemus, In quo probitas cum ſcientia certabat, vt doctior ne foret an ſanctior, non plane dignoſci poſſet. Quoties dies ille quo vita exceſſit, mihi in mentem venit, non poſſum a lachrymis temperare. Cum iam animam ageret, (nam & mihi intereſſe tunc contigit) cumque ad vitæ futuræ gloriam, laborumque ſuorum præmia excitarem, ad ſingula prope verba (mirabile quidem dictu) aures erigebat, atque oculos quoquo modo poſſet attollebat, ut hoc indicio, qui voces nequiret reddere, noſtras adhortationes ſe agnoſcere, accipereque innueret. Cuius ego hijs manibus, nihil tale merentibus ad extremum oculos clauſi. Cumque in toto eius vitæ curſu ſemper illius religionem ſanctitatemque obſtupuerim. Tum vero præcipue in ipſa morte. Nam ut prætermittam, quo ſtudio, qua pietate, Chriſti undique munitus præſidijs, ſpiritum deo reddiderit, certe illud reticere non poſſum. Tam humi recumbebat in ſtrato, tam vili, tam abiecto, vt minime cardinalem agnoſceres. Non auro vir ille, non oſtro, non ſericis, bisſiniſue aut attalicis veſtibus gaudebat, quibus noſtra ætas paſſim vtitur, ſed veſtibus etiam ipſa intercula lana tantum intextis, vt religionis noſtræ mos eſt, per omnem ætatem, per omnes gradus uſque ad extremum vitæ diem ſemper eſt vſus, vt non cardinalem quidem illum, ſed plane religioſum vnum de multis eſſe putares. Qui tanta auctus dignitate ſic ſemper vixit, vt quæ de Martino tradunt hyſtoriæ, facile huic viro poſſint accommodari, qui ſub tanta dignitate, monachum ageret conſummatiſſimum, cunctiſque eam perſonam gerentibus, parſimoniæ, frugalitatis, germanæque religionis ſpecimen maximum, ac exemplum perenne reliquerit. Sed de his iam plus ſatis, cum noſtri conſilij non ſit eius encomia perſcribere, quæ cum ipſa luce ſint omnibus clariora, tum noſtrum tranſcendunt ingenium, & a viris clariſſimis iam pridem memoriæ prodita ſunt. ¶ Vt ergo ad rem ipſam redeam, tanti viri de me, atque adeo de noſtra religione, vniuerſaque re. pub. Chriſtiana optime meriti haud quaquam immemor, mecum ipſe quam ſæpiſſime cogitabam, quo tandem pacto meam erga illum obſeruantiam, gratitudinemque ac beneuolentiam, palam omnibus facerem. Hoc diu, multumque verſanti mihi, accuratiuſque indaganti, illud demum ſuccurrit, quo quidem ſi non omnino, certe aliqua ex parte voti compos euaderem. Vt. s. egregia illius commentaria quæ hactenus in lucem ædita non eſſent, e tenebris aſſererem. Audieram ſane vatum oracula (quos prophetas vocant) ab ipſo explanari cœpta, ſed morte interceptum incohata reliquiſſe. Nam Iſayæ tria tantum capita declarauit, Cõmentaria vero in Salomonis libros, præter myſticum illud canticum (quæ Cantica canticorum appellaut) omni ex parte elaborata ad metam optatam produxiſſe. Hæc animo inſidebant meo. Angebar cruciabarque grauiſſime, ea in tenebris delitescere, tantaque mortales fraudari vtilitate, Diuini porro ingenii fœtus non ſine omnium detrimento in ſcriniis celari poſſunt. Ne itaque tam ingens theſaurus humi diutius iaceret, ea, non mea quidem vnius, ſed ſtudioſorum omnium cauſa, quàm diligentiſſime potui, quærere inſtitui. Cumque in his conquirendis non parum operæ inſumpſerim, tandem deo adiuuante inueni. Erant enim ſi quæras, apud eius archigrammateum virum alioquin pereximium, qui ea ceu vniones inſignes, gazaſque incomparabiles ſibi lætus ſeduluſque ſeruabat, publici commodi (eius pace ſit dictum) hac vna in re, mea quidem

ſententia, negligentiuſculus, tametſi totam hanc moram, in alias ipſe cauſas reijciebat, & ſuas,
ſcilicet & impreſſorum occupationes. Et cum pandere eos libros atq; in lucem emittere recu-
ſaret. Dei tandem nutu, egritudine, grauiq; morbo correptus, intus (vt opinor) conſcientiæ
ſtimulis commonefactus, inſtigatuſq;, ac meo forſan hortatu impulſus, religioni noſtræ red-
dendos, mihiq; Romanæ prouinciæ Procuratori tradendos mandauit. Quibus inſpectis, quanto
fuerim gaudio perfuſus, ne verbis quidem vllis conſequi poſſum. Quid quæris? confeſtim eorum
exempla deſcribi iuſſi, ne qua forte incuria elaberentur, deprauarenturq;, ſed ad primum Arche-
typum prodirent caſtigatiſſima. His adiecimus eiuſdem authoris tractatū illū de matrimonio regis
Angliæ conſummatiſſimum: non indeſectum quidem ac maxime vtile. Et quo fructus pullulaſceret
maior, curaui res notatu digniores in margine poni, & alphabetico indice in calce libri ordinate di-
ſponi, ac etiam eorum quæ ab authore citantur numeros collocari, ut pro ſuo quiſq; arbitratu ea poſſit in-
ſpicere, omniq; dubianti lectori diuertendi adimatur occaſio. ¶ Tanti itaq; voti compos factus, dū
mecum quærerem, cui potiſſimum hos Caietani libellos è tenebris in lucem aſſertos, laboremq; hunc
meum dedicarem, tu mihi vnus ex omnibus occurriſti, quem ego hoc munere dignum exiſtimarem.
Nec.n. me clam eſt quo tu in authorem animo ſemper fueris dum eſſet ſuperſtes, quantaq; illius vi-
ta functi memoriam excolas pietate. Adde q auunculus tuus Leo. X. Pont. Max. eundem, nihil ta-
le cogitantem, nullo prætio, nulliſq; præcibus delinitus, ſuamet ipſius ſponte, munificentiaq; ac li-
beralitate, illius tantum virtutes admiratus Cardinalem creauit. Quemadmodum ipſe, haud quaquā
ingratus, in præfatione ſuper Secunda ſecundæ diui Thomæ aquinatis, apertiſſime teſtatus eſt.
Vbi & omnia ſua opera ipſi Leoni ſe nuncupaturum pollicetur. Aequiſſimum itaq; eſſe videbatur
te eiuſdem nepotem, ea obtinere quæ auunculo tuo præſtari non potuerunt. Huc accedit (quanq; tu
quidem ut es modeſtiſſimus non honorem ſed onus exiſtimas) q eodem, quo ille dum viueret fun-
gebatur, protegendi ordinis noſtri munere fungeris, eidemq; in ea prouincia ſucceſſiſti. Quod ta-
metſi diuina prouidentia factum exiſtimo, non tamen inficias ibo, me, qui cum cæteras virtutes tuas
ſemper excolui, tum illam præcipue tuam in admittendis religioſis viris, audiendiſq; ac iuuandis co-
mitatem, tollerantiamq;, fœlicitatem deniq; non ignorabam, id miro deſiderio deflagraſſe, ac in ea re
(citra iactantiam tamen dictum ſit) cum apud præſules noſtros, quos crebro adiui, tum apud Cle.
VII. Pont. Max. illuſtriſſimæ, matris tuæ patruelem, quem ea de re ſæpe conueni, quāuis perexi-
gua ſit noſtra authoritas, quantulacunq; ea tandem fuerit, aliquantam operam dediſſe. Cuius pedi-
bus prouolutus, cum meo, tum cæterorum omnium nomine, vt te vnum nobis præficeret, teq; nobis
patronum efflagitantibus traderet, in te deniq; vno religionis noſtræ curam ac tutelam reijceret.
Quo duce, quo auſpice, in portu (quod aiunt) noſtra religio nauigaret, ſummis præcibus poſtulaui.
Sed quid ego patrocinium hoc noſtrū tanquā rem arduam, difficilemq; perſto commemorare? quaſi
quicquam tibi ab eo principe difficile fuerit impetrare; qui minimum quidem ſanguini, quo tu illi
eras coniunctus, ſed tuis virtutibus, omnia tribuens, præclariſſima in te munera congerebat.
Quas qui velit enumerare perinde ſit ac ſi harenarum numerum comprehendere adnitatur.
Nam quis ingenij tui memoriæq; præſtantiam? Quis literarum peritiam? Quis pruden-

tiam, Iuſtitiam, roburq; infracti pectoris? Quis deniq; modeſtiam, liberalitatem, ſuauiſſimoſq; mores tuos ſatis poterit explicare? Non immerito magnus ille Pontifex in adminiſtranda republica chriſtiana, tua opera tuoq; conſilio vſus eſt. Quod quidem inde perſpici maxime poteſt, ꝙ te vnũ ex omnibus, quem ad Sereniſſimum Cæſarem, Regemq; Galliarũ chriſtianiſſimum, cum pro cæteris Chriſtianæ religionis negocijs, tum ad diram illam, atq; execrabilem, Lutheranorum ſectam, noſtris temporibus debacchantem, reprimendam, cohercendamq; mitteret, ſummo conſilio delegit. An illud etiam non eſt fidei tuæ ac probitatis maximum, incomparabile argumentum? ꝙ ipſe alio profecturus, vrbem religionis caput, tuæ commiſerit fidei, teq; in ea legatum ſumma cum poteſtate reliquerit. Sed aliter facere videor ꝙ̃ inſtitueram, qui tuas laudes ac merita attingere auſus ſum. Sed huc me imprudentem quidem, at non inuitum, cum amor erga te meus, tum accepta beneficia pertraxerunt, & vt taceam cætera, illud tamen ſine nephario ingratitudinis ſcelere præterire non poſſum, ꝙ cum noſter Ordo, ex quo religionis patrocinium ſuſcepiſti, nullis agitatus procellis in vtranq; (quod aiunt) aurem ſecurus ocioſuſq; dormit, tum prouincia hæc noſtra, quam tu ex congregatione, vna cum ipſo Caietano atq; Oxomenſe in prouinciam ſublimaſti. quam ſæpius & annona, & muneribus ditaſti non paruis. Minime quidem in ea re degener a maioribus tuis, qui plures conuentus & aluere ſæpiſſime & ſubſtructionibus auxere magnificis. Adijcerem etiam illud, niſi ob id ipſum viderer mihi nimium placere, ꝙ hortatu meo (ut tute ingenue faſſus es) Architectorũ omnium reiecto conſilio, ſuperbiſſima auunculorum tuorum ſepulchra Leonis. X. ac Cle. VII. reliquis locis poſthabitis, in noſtris ædibus conſtruenda mandaueris. In quibus egregium chorum, magniſq; ſumptibus decoratum conficiendum curas, quo nos in dies magnis quidem æterniſq; beneficiis cumules. Quæ ſingula ſi proſequi velim, nunquam epiſtola hæc noſtra ad exitũ perduceretur. Quis igitur tot concurrentibus cauſis nobis offerri poterat, cui libentius, congruentiuſq; Caietani lucubrationes, noſtroſq; in his ædendis labores daremus, dicaremuſq;? Accipe igitur ſerena facie amoris noſtri, atq; obſeruantiæ pignus, exile quidem ſi ad tuam celſitudinem referatur, at certe animo gratiſſimo miſſum, ſtudioq; promptiſſimo, poſthac maiora accepturus ſi hæc tibi placuiſſe ſenſerimus.

Sunt porro nobis præ manibus alia authoris eiuſdem opera non contennenda, quorum aliqua iam penes nos ſunt, aliqua futura ſperamus. Quæ proculdubio ſi in lucem prodeant, uel claſſicis & eruditiſſimis viris apprime admiranda, & iocundiſſima fore nequaꝙ̃ ambigimus. In his ſunt explanatio in patrum ſententias, conciſa quidem illa, ſed quæ diuinum redoleat ingenium, diuinamq; ſapiat eruditionem. Eiuſdem in Cœli mundiq; libros, quos Ariſt. ædidit, expoſitio, tam inſignis, tam luculenta, vt huic nullam (Pace omnium dixerim,) præponendam cenſeam. Ad hæc in Pauli Soncinatis quæſtiones lima, opuſculum ſane perpolitum, atq; admodum vtile Methaphyſices ſtudioſis. Sunt & alia complura eiuſdem authoris opuſcula, ſed ea ne te pluribus immorer ſilentio præteribo. Quæ vbi primum ſeſe offerat occaſio in lucem prodire feſtinant. Tu uero interim fœlicisſime valeas noſtri non tam affinis, ꝙ̃ clientuli tibi addictiſſimi, tuiq; ſtudioſiſſimi, haud quaquam immemor.

AD LECTOREM.

C um ſapiant pauci, & ſapiat ſapientia paucis.
Hanc quærunt multi vendere non emere
E ſt igitur vilis merx hæc quam plurima turba
Deſpicit, & cuius rarior vſus erit
A t vero ex hoc ſit longe viliſſima cum quis
Et ſi non habeat, credit habere tamen
P ropterea vilis cum ſit ſapientia, vile
Sit precium, vilis copia, lector eme,
N am precio vili ſi tam precioſa reportas
Tu (fateor) ſapies, atq; ego ſtultus ero.

PROVER. 23.

Veritatem eme, & ne vendas ſapientiam erudi-
tionem & intelligentiam.

INDEX EORVM QVAE MAIORI DIGNA ANNOTATIONE *viſa ſunt, prius in margine ſuis diſpoſita locis.*

2 AVthoris libri principio laudabiliter nomen apponitur.
4 Animæ herus.
5 Animus totus perficitur ſapientia.
9 Anni vitæ qui.
14 Adoleſcentes non idonei ad emendam ſapientiam.
15 Anni triſtes non ſunt anni vitæ.
18 Aqua quõ bibenda ex proprio fonte.
21 Arma mulieris.
21 Adultere nocumenta.
21 Adulterii & furti comparatio.
22 Alligare digitis quid.
23 Adultere procacitatis triplex effectus.
24 Adultere domus.
24 Amor & timor legis diuinæ caput.
27 Acquiſita a deo quõ dicatur ſapientia.
28 Actio diuina oĩs eſt in actu ab ęterno.
30 Amicus ẽ ſapĩæ ſolus hõ ĩter mortalia.
30 Audire ſapientiam.
33 Anni vitæ & mortis qui ſint.
35 Aeſtas quid.
36 Amore nulla vis maior.
36 Argento ſimilis eſt ſermo iuſti.
40 Auari defectus & liberaliũ augmẽtũ.
40 Aſſequatur quid q̃rens bonũ & malũ.
41 Aduerte iuſti emendationem & impii punitionem.
41 Amator ſapientiæ & ſtultus quibus dignoſcantur.
44 Abundans iuſtus, impius inſatiabilis.
47 Actiuæ & cõtemplatiuæ collatio.
48 Authoritas qua probatur cogitatiões eſſe peccatum.
58 Amici fortune non hominis qui.
61 Admonitio ducentis vxorem.
61 Amicorum duo genera.
65 Acutus vir conſilia penetrat.
65 Animum produnt opera.
69 Arrogans eſt aliorum deriſor.
69 Arrogantis proprietas.
70 Abominatio eſt ſacrificium impii pro cogitatione implenda.
71 Aſſuetudo quantum valeat.
74 A lati diuites & quare.
77 Accidentia conſequentia ebrietatem.
78 Actiones gnꝗ accõmodatę virtutibus.
79 Anguſtiis cur nõ ſuccũbendum.
84 Aquilo parit pluuias in meridionali.
88 Amicus vel oſor agnoſcitur & vbi.
89 Amici conſilium dulce.
89 Amicũ veterẽ cur nõ dẽamus dimitterẽ.
89 Acuitur homo conuerſando.
93 Aduertant primates prudentes.
93 Amicus blandus.
94 Afflictus afflicto facile iungitur.
97 Appetitus interpres eſt poſtulatio.
99 Auaritiæ filiæ duæ.
101 Aĩalia quatuor moraliter imitanda.
103 Amaris animo vtilis obliuio.
109 Auditus ſerui diſciplinæ.
109 Authoritas duplex Salomonis.
109 Additio ſcĩæ quõ addat dolorem.
117 Aĩæ immortalitas vertitur in dubium.
120 Auditoris abſentiæ timor quid cauſet.
121 Angeli adſũt nobis vbiqꝫ ſcd̃m Eccle.
122 Amantium pecuniã duo mala.
124 Abortiui conditiones.
125 Accuſatio ignorantiæ philoſophorũ.
128 Actus virtutis transfertur ad vitium.
128 Actus tam iuſtitiæ q̃ ſapientiæ ſuam habet menſuram.
132 Apud principum tribunalia cõſuetũ.
133 Abuſio patientiæ diuini iudicii.
134 Aſſertio aĩam ſubdi dĩnę gubernatõi.
139 Abundantia triplex in regno principis temperari.
140 Auſter & aquilo quid ſignificant.
143 Animæ immortalitas.
148 Agnitio præſepis quid.
152 Argentum pro eloquio diuino.

B

9 BOni honeſti duo p̃cepta gñalia.
26 Bona ſua quibus cõrcet ſapiẽtia.
26 Bona fortunę quõ cõferat ſapientia.
35 Bñdicii diuerſimode iuſtus & impius.
42 Benignitas iuſti etiam ad bruta ſecundum hæbreos.
44 Boni & mali ex eodem fructu diuerſos cibos hauriunt.
45 Beneficentia vnde ortũ habeat.
51 Bona & mala caſtigatio.
57 Beneficii improperatio iniuria eſt.
86 Bonum nullum irremuneratum.
90 Bona incerta diuitiæ & regna.
92 Beatus qui ſemper eſt pauidus & cur.
93 Blandus amicus.
114 Bonum duplex in homine.
114 Boni vtriuſqꝫ rõ ex experientia.
114 Bona interdum deus diſpariter dat iuſto & peccatori.
117 Beſtia ciuilis homo.

.§..§.

123 Bonum humanum cõſtat ex tribus.
134 Bona animi ſunt priuilegiata.
137 Bonum ex cauſa integra.
144 Bona ſupernaturalia non dñr vana.
144 Bonũ hominis in tota eius vita in duobus conſiſtit.
148 Bñficia tria cõia populo iſrael.
148 Brutis rudior populus.
155 Bellica arma ad quid ordinata.
155 Bellica arma quomodo cõceſſa chriſtianis principibus.

C

4 CAntandi modus ſapiẽtiæ triplex.
5 In capite quot modis exponitur.
12 Cogitationũ cura quare eſt neceſſaria.
15 Cogitationes malæ vt euitentur expedit viam impiorum non ingredi.
17 Cogitationes ne polluãtur prima cura.
19 Congregationis & adunationis dñia.
21 Comparatio furti & adulterii.
22 Corde minutus quid.
28 Cauſarũ duplex genus.
31 Ciuitatis excelſi.
36 Cor impii cur aſſimulatur modico.
37 Curię ꝗbus exploratoribus fini plene.
41 Confidens in diuitiis aut virtute quibus innitatur.
42 Cogitationes iuſti & ĩpii quo tendant.
46 Continuatio delectationis corporalis parit faſtidium.
47 Collatio actiuæ & contemplatiuæ.
48 Cogitatiões eẽ pctm̃ ꝓbaẽ auctoritate.
51 Caſtigatio mala & bona.
58 Corpori valde confert lætitia.
63 Cogitatio hoĩs ſolo dei ꝯſilio firmaẽ.
64 Cõtentionibus ſe ĩmiſcens ſtultus eſt.
65 Conſilia penetrat vir acutus.
69 Cuſtodia linguæ ꝗ̄ ſit vtilis.
72 Conſilia ad eligenda pertinet ſcĩa ad credenda.
75 Cor qũo ingrediatur eruditionem.
76 Conditiones quibus extimatur mulier deficiũt in ſenectute.
76 Coniux aliena cur ſit puteus.
78 Cogitatio ſingulariter.
79 Caſus ſpũalis & corporalis proportio.
79 Curialium inopinatæ ruinæ.
82 Conſultores impii impediunt iuſtitiam apud reges.
89 Cor lætificat ſenſibile delectabile.
95 Contumax ſeruus.
95 Crimina duo participantis cũ fure.
99 Culpabiles delatores.
104 Conditiones vxoris raro inuente.
108 Cã mutabilitatis circuitus ſolis.
114 Collatio operis diuini & humanẽ.
117 Cõicatio ſpiritus qũo accipitur.
122 Comparatio pulchra.
126 Cor ſapientis & ſtulti vbi.
126 Caducus ẽ ſapiẽs ĩ ꝓſperis & aduerſis.
127 Celſitudo & longitudo ſpiritus.
133 Cõditiones duę dilationis ſnĩæ dĩnæ.
138 Cõparatio verborũ ſtulti & ſapientis.
143 Cathena argentea quid.
143 Contra aſſerentes in ve. teſt. nil de alia vita haberi.
148 Cauſa rebellionis quæ.
150 Cerimonie inutiles incorrigibilium.
151 Color coccineus & vermicularis qd.
152 Corruptio ciuitatis in duabus virtutibus politicis.
154 Chriſtus quomodo eleuauit ſe.
155 Chriſti viæ quæ.
155 Chriſtianis principibus quomodo cõceſſa arma bellica.
159 Comminatio dei.
159 Cõminatio expauenda.

D

2 Dicta intelligentiæ diſtinguuntur in quatuor partes.
2 Deus quomodo timeatur.
4 Differentia raptoris & furis.
5 Deriſores qui dicantur.
5 Donũ ſapiæ daẽ nõ ponẽtibus obicẽ.
6 Diues in ĩferno clamauit & nõ ĩuenit.
6 Documenta paterna duo quæ ſint.
7 Donum dei magnum eſt operari bona quæ nouimus.
8 Domus capitur pro delectatione.
9 Diſparitas delectatiõis ſapię et ſẽſuũ.
11 Deus qũo diligat quos caſtigat.
14 Diſcendũ eſt ſapẽ in ætate tenera.
15 Dñia inter viam iuſtorũ & impiorum.
15 Declinare ad dexterã vel ſiniſtrã qd ſit.
17 Dñia inter fornicariam & vxorem.
18 Dñia cõgregationis & adunationis.
19 Deo non eſt ĩputanda punitio ſed iniquitatibus noſtris.
20 Deſcriptio hominis pigri.
20 Deſcriptio hominis mali.
20 Deſcriptio eorũ ꝗ odit deus.
21 Diſcordia inter frẽs, naturę & moribus repugnat.
24 Domus adultere.
25 Diuinæ legis caput amor & timor.
26 Diuitiæ ſapientiæ.
27 Dupl'r verificantur uerba ſapientiæ.
27 Dñia inter potentiã naturalẽ & rõnalẽ.
29 Dirigere qũo & cui competat.
31 Domũ ædificare ſapientiã quid ſit.

32 Differunt ſim plex & minutus corde.
34 Delectatio prophana quos inuitat.
36 Diuitiæ extollunt, paupertas frangit.
36 Diſpoſitiones duæ odientium.
37 Deſiderium iuſtoꝝ quale ſemp ĩpleať.
40 Dr̃ia deſiderii iuſtorũ & impiorum.
43 Dolus & ſollicitudo quid pariant.
45 Dare lucem quid.
47 Duo genera hominum vitanda.
48 Dr̃ia egredientis a ſe & in ſe habitãtis.
48 Diſparitas ſimplicis & ĩgenio pollẽtis.
48 Diſparitas furibundi & cogitabundi.
49 Diuitiarum vſus ad coronam.
50 Diſparitas inter domum iuſti & impii.
51 Dies pauperis boni qñ cor bonum.
51 Diues ſine dei timore ſemper in metu.
52 Duplex ꝯturbatio familię ex cupiditate
53 Deus longe ab impiis diſtantia diſſi-militudinis.
54 Deus operatur oĩa ꝑpter ſemetipſum tanquam vltimum finem.
54 Deus qũo operatus eſt ĩpiũ pp ſeipſm.
60 Diues ob diuitias ſe tutum putat
69 Duo hominum gr̃a non ditantur.
69 Deriſor aliorũ eſt arrogans.
70 Diſparitas inter impium & rectum.
70 Dei ſolius eſt ſaluare, hoĩs præparare.
70 Differentia inter famam & gratiam.
71 Deriſor tria ſecum fert.
73 Deus vindex pauperum.
74 Diuites alati quare.
74 Duo officia viri oculi mali.
78 Deſperatio ſtulti ad ſapientiam.
79 Dulcedo ſapientiæ.
82 Deus cur occultet ſua iudicia.
83 Documentum memorabile.
89 Dulce amici conſilium.
90 Diuitiæ & regna bona incerta.
91 Dux imprudens & fraudulentus vterq; damnoſus.
92 Ditatus cito, ſuſpectus eſt fraudis.
97 Duo modi humanæ ſcientiæ.
97 Deus qũo aſcenderit cœlos.
98 Duo deſiderata a Salomone.
99 Delatores culpabiles.
99 Duæ filiæ auaritiæ.
103 Documenta materna.
105 Dotes boni animi vxoris.
110 Defectus naturales animalis rõnalis.
112 Differentia que inter hoĩem & hoĩem.
114 Duplex bonum in homine.
119 Duo præferuntur vni tripliciter.
120 Directio ſecundi actus religionis.
122 Diuina gubernatio exequiť p angelos.
112 Duplex incõmodum diuitis nõ auari.
123 Donum dei eſt poſſe vti ſuis.
123 Deſcriptio viri fœlicis.
125 Deterius eſt pati mala q̃ carere bonis.
125 Dogmata & ſectæ fruſtra multiplicatæ
126 Diſputatio de bonis animæ.
126 Domus vltima triſtitiæ præfertur domui letitiæ.
132 Dominiũ domeſticũ regale ad quid.
139 Diogenis dictum.
140 Dr̃ia inter mittere & dare elemoſinã.
148 Deſcriptio rebellionis.
148 Decl'o icorrigibilitatis ex flagellis dei.
149 Dei flagellũ quoad facultates inutile.
149 Diuinæ vltionis moderatio.
150 Deus qũo vult & non vult ſacrificia.
151 Deus hẽt aĩam ſicut irã methaphorice.
152 Deus cur tribus nominibus nominať.
158 Deus qũo ꝓcedet ĩ deſtructiõe hiel'm.
159 Dei comminatio.

E

6 EXaudiť nullus poſt mortem.
6 Error imprudentum non venialis.
12 Ethnicorũ error de terra conuinciť.
14 Emere ſapientiam eſt initium ſapiẽtiæ.
25 Exempla primatũ prouocant ad ſapientiam & ſtultitiam.
27 Ex tunc eſſe acquiſita quid ſit.
30 Eadẽ ſapientia diuerſi diuerſa ſapiunt.
31 Exempla plus mouent q̃ verba.
31 Excelſi ciuitatis.
35 Experientia manifeſtat quos filios con(fuſionis.
39 Exploratoribus plene ſunt curiæ.
40 Elecmoſinæ fructus.
45 Expoſitio rabinorum in cap. 13.
49 Efficacia timoris dei.
53 Eruditionem vertere.
57 Efficacia munerum.
59 Effectus præclarus ſilentii.
64 Effectus timoris domini.
64 Effectus vini & ſiceræ.
66 Extincta in tenebris lucerna.
68 Eleuatio oculorum.
75 Exemplum tyrannorum.
75 Edaces & bibaces pauperes fiunt.
76 Emenda non vendenda ſapientia.
77 Effectus interiores vini.
77 Ebrietatem accidentia conſequentia.
77 Ebrius qũo iacet in corde maris.
93 Exitus diſpar ꝯfidentis in ſe & in ſapĩa.
93 Exitus corrigibilium & incorrigibiliũ.
94 Etas puerilis cur eget correptione.
94 Expectat deus certam menſuram ad puniendum imipum.
109 Eſſe & fieri omnium in motu.
111 Ebrietatis effectus.
113 Euẽtus idẽ ſtultiet ſapiẽtis quo ad duo.
120 Eccl'es hortať ad actus gnq; religiõis.

121 Excuſatio & error noſtri ſeculi circa peccatum carnis.
122 Euangelice parabolæ ratio.
122 Euentus ineuitabilis.
140 Elemoſinę fructus ī multitudine dierũ.
140 Elemoſinæ promittitur bonum futuræ vitæ & vitatio mali præſentis.
152 Eccl'e. primitiue duæ virtutes.
158 Expoſitio cõformis rabinis hæbreorũ.
159 Expauenda comminatio.

F

1 Finis Parabolarum.
1 Finis iterũ particularis explicatio.
7 Fructus ſapientiæ triplex.
7 Fructus ſapientiæ nõ ex ſtudio humano ſed ex largitione diuina naſcitur.
8 Fructus primus cuſtodiæ ſapientis.
8 Fructus coniugalis.
8 Fugiēs mulieres euadit magnũ malũ.
10 Fiducia in deo ex toto corde.
10 Fidei præceptum.
11 Fructus nouus ſapientiæ.
12 Facilius eſt non facere malum q̃ facere bonum.
15 Fructus inſtructionis ſapientiæ.
18 Fornicaria fugienda pp triplex malũ.
19 Fideiuſſionis quæſtio.
19 Fidei iuſſionis præcepta duo.
21 Fratrum diſcordia repugnat naturę & moribus.
21 Furti & adulterii comparatio.
29 Facie abyſſi qd hæbrei intelligunt.
30 Fores ſapientiæ quid ſint.
33 Fatuitas tumultuatrix ēt in regnis.
39 Fideles rerum & ſpirituum.
40 Fructus elemoſinę.
41 Fructus quis iuſtitiæ & ſapientiæ.
42 Foetet intus vxor impudica.
42 Fortuna iuſti & impii qualis.
42 Fructus oris & operis qualis.
46 Faſtidium parit cõtinuatio delectationis corporalis.
48 Furibundi & cogitabundi diſparitas.
49 Facta & verba quid operantur.
52 Fouea inferior cur dicatur infernus damnatorum.
52 Familię ꝯturbatio duplex ex cupiditate
58 Fortunæ non hoīs amici qui ſint.
61 Fiducia iuſti.
63 Filii rebellis quærele non audiende.
63 Filius moderate caſtigandus.
65 fœlicitas nõnulla iuſtos hēre parētes.
67 Facilitas dīnę opatiōis ī cor humanũ.
69 Fortitudini præſtat ſapientia.
83 Fiducia in mendacee cui ſimilis.
88 Fames condimentum optimum.
92 Fraudis ſuſpectus eſt cito ditatus.
105 Fortitudo cur dicatur indumentum.
108 Flumina duobus modis reuertuntur ad loca ſua.
109 Fieri & eſſe omnium in motu.
113 Fieri ſapiens eſt fractio ſpiritus.
120 Feſtinæ locutionis ratio quæ.
123 Fœlicis viri deſcriptio.
130 Fœmineus ſexus nõ dānat ſed vitiũ.
140 Fructus elemoſinæ ī multitudine dierũ
142 Fons auri vtcei quid.
142 Fractio rote quid.
149 Flagellũ dei quoad facultates inutile.
149 Filia ſyon quare hieruſalem.
151 Ficta penitentia quæ ſit.
156 Fiducia in theſauris culpabilis.

G

15 Gloria regni ſapienti eſt pro ſcuto inſipienti vero pro ruina.
28 Genus cauſarum duplex.
31 Genera hominum ſex.
37 Gratia benedictionis diuinæ quõ pręfertur gratiæ mundanæ.
45 Gratia ſola confert vitam lex autem ſeruat a laqueis.
47 Genera duo hominum vitanda.
51 Gaudium cur faciem decoret.
61 Genera duo amicorum.
67 Gratia dei veritas. (negocia.
68 Genera hoīum duo verunt inchoata
69 Genera hoīum duo non ditantur.
73 Grata velocitas in opere.
99 Gñationes quatuor hoīum iniquorũ.
122 Gubernatio diuina exequit̃ p angelos.
149 Genera plagarum tria.
149 Genera curationũ puerilĩũ animorũ.
154 Gentes oēs qũo ad Chriſtum current.

H

3 Honoris debiti parentibus prima pars.
4 Herus animæ.
5 Hominum genera duo.
22 Homini ſapientia connaturalis.
24 Hæbrei ſapientiam pro viris ſapientibus intelligunt.
27 Honor & opes naturaliter debentur ſapientibus.
29 Habitabilis terra.
29 Hæbrei qd p faciē abyſſi intelligunt.
29 Humanæ & diuinæ ſapientiæ dr̃ia.
30 Hõ ſolus inter mortalia amicus ſapię.
31 Hominum ſex genera.

33 Hębreorũ expõ de muliere. c.6.
36 Hębreoꝵ ſnĩa ad excitãdum ignauos.
39 Homo tenet implere aĩum virtute.
40 Hębreorum de porco ſimilitudo.
42 Hębreorum intelligentia de benignitate iuſti ad bruta.
47 Hominum genera duo vitanda.
59 Hoĩes non conuerſatiui inquieti.
63 Hæreditas a parẽtibus vxor a deo danẽ
65 Hẽre iuſtos parẽtes eſt aliqua fœlicitas
65 Hoĩs eſt peccare dei vero iuſtificare.
66 Homini priuato prohibeẽ vindicta.
66 Hũanorũ actuũ dei puidẽtia pticularis
68 Hoĩm duo gñã vertũt ĩchoata negotia
69 Hoĩum duo gñã non ditantur.
70 Hoĩs eſt præparare dei ſaluare.
72 Hõ perfectus ex triplici capite.
85 Homo præceps cui ſimilis.
85 Honor virtutis pręmiũ dedecet. ſtultũ.
85 Hyrundo ſola paſcitur volando.
89 Homo conuerſando acuitur.
97 Humanæ ſcientiæ modi duo.
109 Hominum ſupremum officium.
112 Homo eſt animal ciuile ſuapte natura viuens ſub regimine regali.
115 Homini contrarietates reſpectu diuinæ prouidentiæ bona ſunt vniuerſi.
115 Homines oẽs ꝙ natura ſcire deſiderãt oritur ex appetitu perpetuitatis.
117 Homo beſtia ciuilis.
120 Hortatur Eccleſiaſtes ad actus quinqꝫ religionis.
136 Humana ĩpediri a cœleſtibus motib⁹.
143 Hominis mundus quid.
150 Hæbreorum ſolẽnitates cur dicebãtur vocationes ſanctæ.
158 Hæbreorum rabinis expõ conformis.

I

1 INtelligeẽ addit ad ſciẽ penetrationẽ
1 Intelligẽtie deã diſtinguunẽ ĩ q̃tuor
2 Initium tractatus libri.
5 In capite quot modis intelligatur.
6 Imprudentiæ error non venialis.
8 Iuſtus euadet cõia omnibus peccatis.
8 Inſatiabilitas delectationis cauſat inſatiabilitatem peccatorum.
10 Inniti proprie prudentiæ eſt vitioſum.
10 Inniti proprie prudẽtię ꝯtingit dupl'r.
12 Iuſtitiæ præcepta quinqꝫ.
13 Illuſorum pena illuſio.
16 Impii & lumine carẽt & notitia termini
18 Ibices caprarum genus quid ſint.
19 Iniquitatibus noſtris non deo eſt Imputanda punitio.
21 Intellectum furatur venus.
23 Inſidiæ mulieris.
23 Iuuenis irretitus ab adultera comparaẽ ſimilitudinibus.
24 Inuitat ſapientia.
25 Iudicium varium recti.
28 Imaginarium tempus.
28 Imaginarius ſitus apud philoſophos.
32 Impii cur odiant iuſtos.
35 Iuſtus & ĩpius diuerſimode benedicũt.
35 Intellectus abenezra de nutu oculi.
36 Imago animi ſermo.
37 Indignus eſt peccator pane quo veſciẽ.
40 Iuſtitiam & malũ ſectanciũ proportio.
40 Iuſtorũ & impiorũ dñia in deſiderio.
41 Iuſtitiæ & ſapientiæ quis fructus.
41 Iuſti emẽdationẽ & impii punitionem
41 Impius inſtabilis cur.
41 Iuſtus immobilis cur.
43 Iudicium proprium ſequi contra aliorum conſilia ſtultitia eſt.
44 Impius inſatiabilis & iuſtus abundãs.
44 Impietas eſt tacere ꝯtra vitia aliorum.
47 Interprætatio iuſti & ſapientis qualis.
48 Ingenio pollẽtis & ſimplicis diſparitas
49 Inuidia cur putrefaciat.
50 Iram cur frangit reſponſio mollis.
52 Infernus damnatorum cur dicatur fouea inferior.
54 Inter fractionem & impactionem quid interſit.
57 Improperatio bñficii iniuria eſt.
59 Inquieti ſunt hoĩes non conuerſatiui.
60 Inter mala cõgenita & ĩproperata dñia.
60 Iuſti fiducia.
62 Impl'e eſt ꝙ ſit bonus qui ſeipſm neſcit
62 Indecens eſt ſeruum dominari.
69 Inde ĩpiis pauor unde iuſtis eſt gaudiũ.
69 Intelligentiæ via.
70 Inter rectum & impium diſparitas.
70 Inter famam & gratiam differentia.
79 Iuſto non inſidiandũ vt vituperẽ.
79 Impiorum bonum & malum.
82 Iudiciorum diuinorum occultatio ſpectat ad honorem dei.
82 Ignominioſum eſt regi occultare iudicia ſua.
82 Impii conſultores apud reges impediũt iuſtitiam.
85 Iuſtus corruptus ab impiis cui ſimilis.
91 Impius pauidus iuſtus confidens cur.
94 Iniqui cur odiant iuſtos.
95 Impius cur iuſto abhoĩabilis & ecõuerſo.
110 Iraſcendi ratio eſt ſapientia per accñs.
116 Impietas in publicis & in priuatis.
118 Inuidia inter pares.
127 Iraſci licet ſed non feſtinanter.
127 Ire locus proprius.

127 Ira inanimo ſapientis non quieſcit.
133 Impiorum retributio.
133 Impius vmbra hominis non homo.
135 Iuſtis vel impiis eueniunt abſq; diſcri mine tam bona q̃ mala.
136 Impedimenta ineuitabilia.
137 Intentio ſapientis & ſtulti.
141 Iuuenilia etiam peccata iudicanda.
141 Iuuenibus ira & cõcupiſcentia ſunt fa miliaria peccata.
142 Iuuenes cur debent mente reuoluere iu dicium dei & beneficium eius.
144 Inter ſacros codices monemur ſiſtere.
148 Ingratitudinis peccatum ppl'i iſrael.
148 Incorrigibilium ſtatus deſcribitur.
148 Incorrigibilitatis decl'o ex flagellis dei.
148 Incorrigibilitas magna quando.
149 Ieruſalem cur filia ſyon.
149 Iudæ & iſrael ppl's cur dr̃ ppl's Gomor (ræ.
150 Incorrigibilitas ex religione inutili.
150 Incorrigibiliũ inutiles cerimoniæ.
150 Impiorum victimæ abhominabiles.
151 Incorrigibilium præces inutiles.
151 Incorrigibilium remedium.
159 Iudices & prophetæ quid dicant.

L

1 Libri principio nomẽ authoris lau dabiliter apponitur.
1 Libri nomen.
1 Libri materia ſunt ſimilitudines & diſ ſimilitudines.
2 Libri tractatus initium.
18 Luxum ſequitur penitudo.
24 Legis diuinæ caput amor & timor.
27 Loq; poſſumus de ſapĩa dei dupliciter.
40 Lux ſtipendium veritatis.
40 Liberaliũ augmentũ & auari defectus.
44 Ligũ cuſtodiẽdi vtilitas & labia dilatã
45 Lucerna iuſti & ĩpii qualis. (di dãnũ.
45 Litem dare quid.
45 Lex ſeruat a laqueis mortis.
57 Labium ſuperfluitatis.
58 Letitia valde confert corpori.
66 Lapillus quid.
66 Lucerna extincta in tenebris.
66 Licet ad iudicem currere pro vindicta.
67 Lumẽ naturaliter nõ ſufficit ad cogni tionem ſui.
69 Lingue cuſtodia q̃ ſit vtilis.
74 Laudabile pro oportunus laborare ſed pro diuitiis uituperabile.
74 Labor vanus ꝑ cumulãdis diuitiis cur.
79 Liberare a morte tenet̃ ſciens & potens.
87 Lites ĩ malis linguis ſicut ignis ĩ lignis.
87 Litigioſi verba & fcã qb⁹ aſſimilantur.
88 Laudare ſeipſum q̃re quis debet.
90 Laudes qũo probant homines.
105 Lingue virtutes duæ in muliere.
119 Laudabile medium.
120 Locutionis feſtinatio ratio quæ ſit.
123 Laborantes in ventum.
124 Labor humanus ad quid ordinetur.
124 Labor humanus propter aĩam cur.
138 Lingua ſtultorum.
139 Libertas vera.
152 Libertas arbitrii oſtenditur.
155 Lex noua quæ.

M

1 Materia libri ſunt ſimilitudines & diſſimilitudines.
6 Mors appellat̃ fractio & timor.
6 Mors impii ex tribus declaratur.
6 Mors vt deſolatio & vt ventus.
6 Mors vt anguſtia.
8 Mulieres fugiens euadit magnũ malũ.
9 Memoria pratica qualis.
10 Mandata quinq; relatiua ad deum.
12 Malũ ñ facere facilius ẽ q̃ facere bonũ
13 Manſuetorum præmium, gratia.
17 Mulieris colloquii periculum.
19 Mali radix ſtultitia.
20 Mali hominis deſcriptio.
20 Mendacium ex ſeipſo prauum.
21 Mulieris arma.
22 Mariti accipiunt munera ꝑ vxore ꝑ ac (cidens.
22 Minutus corde quid.
23 Mulieris inſidie.
25 Manus portatum quid.
27 Myſteria ſapientiæ duo.
31 Menſa ſapientię quid. (carnis.
33 Ml'ier nupta cur ſignificet delectationẽ
35 Manus fraudulenta & ſollicita.
35 Meſſis quid.
36 Modico & nõ nihilo aſſimilat̃ cor ĩpii.
43 Mendaciũ inſtabile, veritas ſtabilis.
47 Mulieris ſapientis & ſtulte ſignum.
50 Mũera deo placẽt ſm ꝙ placet offerẽs.
51 Mala & bona caſtigatio.
53 Manſueti idonei cẽſent̃ ad gubernãdũ.
56 Maximum eſt ſeipſum ſibi ſubicere.
57 Munerum efficacia.
61 Mors & vita in lingua.
61 Melior eſt paupertas q̃ imprudentia.
63 Mala duo viri ex vxore & filio.
63 Moderate caſtigandus eſt filius.
70 Mãſuetudinis deſcriptio & effectus eius
74 Mẽſa dñi ẽ tormẽtũ efficax ad detegẽdũ
76 Meretrix quare fouea. (ſecreta.
77 Mala ex vino immoderate bibito.
78 Malis uiris cur non inuidendum.
83 Maria & montes pollicẽtes q̃bus aſſimi lentur.

83 Memorabile documentum.
88 Manendū in uocatione qua quiſq; eſt vocatus.
89 Malū incurabile mulier litigioſa.
97 Myſterium perſonarum in trinitate.
100 Memoria mortis.
100 Memoria inferni.
100 Memoria inſatiabilis appetitus rei odibilis.
103 Materna documenta.
103 Medicina quibus ſit vinum īmoderatū
108 Motus duplex ſolis.
109 Motu nil inſtabilius.
119 Medium laudabile.
120 Miſſas & orationes ne feſtines.
125 Melius eſt præſens q̄ futurum.
126 Mors eſt terminus hominis non finis.
129 Maledicos non ponderare virtutis eſt.
129 Maledicentium commune vitium.
129 Myſteriorum occultorum gn̄a duo.
129 Malum triplex.
135 Mortui nil ſciunt vel merentur.
137 Modica ſtultitia deturpat virum quāuis ſapientem.
138 Merita hominum colliguntur ad quatuor genera.
142 Morientes bonum quod agimus parū habet voluntarii.
151 Munditia a peccato qualis eſſe debet.
152 Meretricis officium.
154 Meſſias vere mons dei.
157 Meſſias decor & celſitudo dei.

N

1 NOmen ſuis libris Salomon inter hæbreos primus apposuit
1 Nomen authoris principio libri laudabiliter apponitur.
1 Nomen libri.
15 Nequid nimis.
21 Nocumenta adultere.
26 Nobiles quare iudicant.
31 Numerus ſeptennarius quid.
36 Nulla uis maior q̄ amoris.
60 Nomen dn̄i cur turris fortitudinis.
67 Naturale lumen non ſufficit ad cognitionem ſui
83 Nocēdi modos omnes ab homine tria ſignificant.
86 Nullum bonum irremuneratum.
91 Nocitus multis & nulli vtilis, pauper fraudans pauperes.
109 Nil inſtabilius motu.
131 Nemo ſapiens integer.
134 Neſcit hō an ea quæ deus circa ſe operatur ſint ex amore vel odio.
155 Noua lux quæ.

O

2 Officia tria facit Salomon.
10 Oblationes cur fiant deo.
16 Oculus mentis.
19 Opera viæ ſunt.
20 Odibilium a deo deſcriptio.
20 Oculi ſublimes qui dicantur.
28 Oīs actio diuina eſt in actu ab ęterno.
33 Officiū ſapientię, & delectationis prophane quale.
34 Occultari, ex natura ſua vendicant ſibi peccata.
36 Occultet ſcientiam qūo ſapiens.
36 Odientium diſpoſitiones duę.
42 Ocii torpor vnde ortum habeat.
42 Oris & operis qualis fructus.
43 Oblocutorū verba quibus aſſimilent̄.
45 Opes ſine labore quare minuūtur.
46 Odium affectus & odium facti.
51 Omnes dies pauperis quare mali ſunt.
51 Oculi q̄ oculus plus vident ſingularia.
58 Occurſus vrſi q̄ ſtulti cur tollerabilior.
65 Opera animum produnt.
67 Operationis diuinæ in cor humanum facilitas.
68 Oculorum eleuatio ambitionē ſonat.
68 Officium iuſti viri.
69 Officium ſapientis eſt congregare, ſtulti diſſipare.
72 Ordo triplex in parabolis.
74 Oculo. malus vir qui ſit.
74 Officia duo viri mali oculi.
77 Oculus vini qui.
82 Occultatio diuinorū iudiciorum ſpectat ad honorem dei.
88 Oſor vel amicus cognoſcitur in diſtributione bonorum.
94 Optimum condimentum fames.
94 Omnia referenda ad diuinum beneplacitum.
98 Opulentia quæ vitia parit.
99 Officium prophetę.
103 Obliuio vtilis amaris animo.
109 Officium hominum ſupremum.
109 Occupatio mala duplici de cauſa.
112 Oculi ſapientis qūo in capite eius.
114 Operis diuini & humani collatio.
115 Omnia vanitas præter amare deum & illi ſoli ſeruire.
115 Omne datum optimū & oē donū &c.
117 Omnia in puluerem.
118 Oppreſſio a ſuperioribus.
121 Ore vtimur ad tria.
128 Opera dei diſtorta.

152 Officium meretricis.
154 Omnes gẽtes quomodo ad chriſtum.
155 Ordinata ad quid bellica arma.
156 Obſeruatores temporum qui.

P

1 PRimus inter hæbreos Salomón ſuis libris nomen appoſuit.
1 Parabolarum finis.
1 Parabolarum vtilitas duplex.
2 Parabole ſũt vtiles tribus gñibus hoĩm
3 Parẽtes tenenẽ aleř corpa & aĩas filiorꝫ
3 Prima pars honoris debita parẽtibus.
3 Pría peiorꝫ actio ad trahendũ ad pctm̃
5 Peccatores tribus gñibus ↄphendunẽ.
6 Pena ſenſus declarata poſt penã dãni.
9 Pctõres apud hæbreos mẽdaces appel.
9 Practica memoria qualis. (lanẽ.
9 Pacis noĩe ↄphendiẽ vniuerſum bonũ.
9 Præcepta gñalia duo boni honeſti.
10 Præceptum de fide.
10 Præceptum ne qs ſit ſapiens in oculis. propriis dupliciter intelligitur.
10 Præceptum timoris domini.
10 Præceptum religionis.
10 Præcepta quinq; relatiue ad deum.
11 Pax inuenitur in oĩbus opibus ſapĩæ.
12 Præcepta quinq; relatiuæ ad hoĩes.
12 Præcepta iuſtitiæ quinq;.
13 Præceptorum quatuor combinatiões.
15 Peccata ad vitanda ſufficiant quæ.
16 Præcepta quatuor iuxta corporis ptes.
17 Periculum ex mulieris alloquio.
18 Penitudo ſequitur ex luxu.
19 Punitio non deo ſed noſtris peccatis imputanda.
19 Præcepta duo fide iuſſionis.
20 Pigri hominis deſcriptio.
22 Proportio pupille rõnem cuſtodite.
25 Portarum manus. (ſtultitiã.
25 Primatũ exẽpla prouocẽãt ad ſapiam &
30 Poſtes ſapientiæ quid.
30 Poene relinquentiũ ſapientiam.
30 Participatio multiplex ſapientiæ.
31 Puelle ſapientiæ quæ.
32 Panis ſapientiæ.
34 Prophana delectario quos inuitat.
34 Prophana nupta cur ad furtiua ĩuitat.
34 Pcã ex natura ſuavẽ dicãt ſibi occultari.
36 Paupertas frangit, diuitiæ extollunt.
37 Peccator ĩdignus eſt pane quo veſcĩẽ.
40 Proportio ſectatiũ malum & iuſtitiã.
42 Peruerſitas noſtri.
44 Pigri & impigri proprietates. (tacere.
44 Pietas eſt arguere aliorum vitia ĩ pietas
46 Paup & ĩfimus cur argui ꝑ aruipẽdũt.
51 Pauperis dies boni ſũt qñ cor bonum.
60 Putat ſe tutũ diues ob diuitias.
66 Perſonas duas agit reuelator ſecretorꝫ.
66 Prohibetur vindicta hoĩbus priuatis.
66 Prouidentia dei peculiaris actuũ huma
69 Piger nec ſibi nec aliis vtilis. (norꝫ.
71 Pigritia multa pericula proponit.
72 Pr̃na ſcĩa eſt dulcis intus & foris.
72 Perfectus homo ex triplici capite.
73 Pauperum deus vindex.
75 Puerum caſtigandi vtilitas.
75 Proſperitati pcõrꝫ nõ ĩuidẽdũ & cur.
76 Pauperiẽ incurrunt edaces & bibaces.
77 Potatores vini incorrigibiles.
80 Proportio caſus ſpiritualis & corpalis
83 Pollicentes maria, & montes quibus aſſimilantur.
84 Præceptum de inimicis ſubueniendis.
84 Prunas dilatare ſupra caput inimici qd
85 Præceps homo cui ſimilis.
91 Pauper fraudans pauperes nulli vtilis & multis noxius.
92 Princeps impius ſupra populum pau perem eſt res miſerabilis.
93 Primates prudentes aduertant.
94 Puerilis etas cur indiget correptione.
95 Pręceps ĩ ſermõe cur difficile corrigiẽ
95 Parabola cõformis ſnĩæ euangelicæ.
97 Perſonarum myſterium in trinitate.
98 Poſtulatio eſt interpres appetitus.
99 Prophetæ officium.
103 Principes cur immoderate potant.
103 Periculum ex vini potu immoderato.
116 Prouidentiæ diuinæ impletio infallibilis ſaluo tamen libero arbitrio.
116 Præordinatio diuina & eius efficacia ad timorẽ & nõ ad deſperationem aut præſumptionem manifeſtatur.
116 Potentiæ diuinæ efficaciæ bene correponder timor.
118 Piger deſcribiẽ a duabus ↄditionibus.
124 Pati mala q̃ carere bonis deterius eſt.
125 Philoſoꝑhorum ignorantię accuſatio.
130 Pſtis ↄſonũ de raritate bonæ mulieris.
133 Patientia diuini iudicii abuſio.
134 Pſtorꝫ ↄfutatio negantiũ dei ꝑuidẽtiã.
137 Pauperis ſaptentia deſpecta.
137 Paupis verba nõ audiunẽ quis ſapiẽtis
137 Prouerbium vulgatum.
138 Principium & finis ſermonis ſtultorꝫ.
139 Puer rex quid ſit.
141 Peccata etiam iuuenilia iudicanda.
148 Peccatum ingratitudinis populi iſrael.
148 Preſepis agnitio quid.
148 Populus rudior brutis.
148 Pena & ſtatus populi puniendi.
149 Plagarum tria genera.

149 Ppl's iude iſrael cur pplus gomorræ.
151 Preces incorrigibilium inutiles.

Q

12 QVeſtio de fidei iuſſione.
24 Quibus reſipiſcimus.
25 Qualis ſermo ſapientiæ.
26 Quare nobiles iudicant.
27 Qũo ſapĩa habitat apud deum.
27 Qũo ſapientia dicat acquiſita a deo.
27 Quid ſit eſſe acquiſitam ex tunc.
22 Quare comparat ſe ludenti ſapientia.
22 Quare ſapientia ridens.
32 Quare viri ſancti ſemper hylares.
32 Quare impii odiant iuſtos.
32 Quare pphana nupta ĩuitat ad furtiua
35 Quos filios confuſionis experientia manifeſtat.
37 Qũo præferatur gr̃a diuinæ benedictionis, gratiæ mundanæ.
37 Quale deſideriũ iuſtorꝫ ſemp ĩpleat.
37 Quid opet via dei ad hoies & ecõuerſo.
39 Quare corruerint reſpublice.
40 Querens bonũ vel malũ qd aſſequat.
41 Quib⁹ ĩnitat ꝯfidẽs ĩ diuitiis aut virtute
41 Quibus ſignis dignoſcitur ſtultus & amator ſapientiæ.
41 Quare impius inſtabilis.
41 Quare iuſtus immobilis.
45 Quare minuuntur opes ſine labore.
47 Qualis interpretatio ſtulti & ſapiẽtis.
50 Quare reſponſio mollis frangit iram.
51 Quare gaudium decoret faciem.
51 Quare dies pauperis omnes mali ſunt.
54 Quid ĩterſit ĩterfractionẽ & ĩterpactionẽ.
52 Qũo differant turpius & ĩpius.
62 Qui ſeipſum neſcit impoſſibile eſt ꝙ bonus fit.
62 Qualis vigilantia intellectus.
63 Querimoniæ filiis rebellis nõ audiẽde
67 Qũo deus pcutit malos vt reſipiſcant.
67 Quare deo magis placet iuſtitia q̃ ſacrificium.
68 Quales impiorum ſulci.
72 Quare hõ irretitus amore ſibi relinquatur a deo.
75 Qũo ingrediatur cor ad eruditionem.
75 Qr̃ non inuidendũ proſperitati petõrꝫ
76 Qui comedũt & ſibi bibũt & q naturę.
76 Quare meretrix fouea.
76 Quare aliena coniux puteus.
77 Qũo iacet ebrius in corde maris.
78 Quare non inuidendũ uiris malis.
82 Quare deus occultat ſua iudicia.
86 Quare ſapiens apud ſemetipſum incorrigibilis.
88 Quare nemo ſeipſum laudare debeat.
82 Qr̃ nõ dimittendus eſt amicus vetus.
90 Qũo laudes probent homines.
97 Quomodo deus aſcenderit cœlos.
98 Qr̃ mentitur q addit verbis ſacre ſcripturæ.
99 Quatuor gñationes iniquorum.
101 Quatuor elemẽta moraliter imitanda.
103 Quare principes potant immoderate.
115 Quatuor contrarietates reſpectu generationis & corruptionis.
118 Qũo non eſſe melius q̃ eſſe in miſeria.
120 Quale ſtultorum ſacrificium.
121 Quare diuites non cogitant de morte.
125 Quales ſtoici & cynici.
128 Qũo in bonis & malis hñdum ſit.
133 Quid timentibus deum bonum ſit.
138 Quedã proficiſcunt a deo nõ voluntarie.
139 Qualiter & qũo comedendũ.
147 Qũo ſermones dei ſpectari poſſint.
148 Quæ cauſa rebellionis.
148 Quare caput & cor p ſacerdotibus ſumant.
158 Quare nõ ꝯfidendũ in hoĩe.

R

4 RApinam non agnoſci eſſe malũ ab adoleſcente dupliciter.
4 Retium ſimilitudo in duobus cõſiſtit.
4 Raptoris & furis differentia.
6 Ratio non exaudiendi poſt mortem.
10 Religionis præceptum.
24 Reſipiſcimus per quæ.
25 Recti iudicium varium.
26 Reges ſunt ſoli ſapientes.
32 Rõ cur deriſores non vocãt ſapientia.
32 Ratio quare nec impius vocatur.
33 Ratio quare iuſti & ſapientes pficiant.
39 Reſpublice quare corruerint.
46 Ratio cur pauper & infamis argui parui perdunt.
47 Ramus ſupbie eſt ſtultitia in ſermone.
52 Rñſio oportuna & ſermo ſũt valde bõa
54 Requirunt duo ad vineã ꝯſequendam
66 Reuelator ſecretorꝫ duas agit pſonas.
78 Rõ cur machinantes ad malum magis fiunt compotes voti q̃ ad bonum.
79 Ruine inopinatæ curialium.
82 Regi occultare ſua iudicia eſt ignominioſum.
83 Rote ſermonis quę.
90 Regna & diuitiæ incerta ſunt bona.
102 Roma tunc viluit cum exaltata fuit.
111 Riſus effectus letitiæ & ſpẽs ſtultitiæ.
120 Religionis actus ſecundi directio.
130 Rete mulieris.
133 Retributio impiorum.
139 Rex puer quid.
151 Remedium incorrigibilium.

S

1 Salomon primus īter hæbreos ſuis libris nomen appoſuit.
1 Salomon quare ſe dauid filiū appellat
1 Scire morale.
1 Scire deficit ab ītelligere ī penetratione
2 Scientia hac perficitur pars affectiua.
3 Sapientia ꝯpræhendit intelligentiam & conſcientiam.
3 Sapientes quales ſunt veri & q̄les non.
4 Sapientiæ cantandi modus triplex.
4 Similitudo retium in duobus conſiſtit.
5 Simplicitas quandoq; ſonat vitium.
5 Simplices quandoq; qui dicantur.
5 Stulti qui dicantur.
5 Sapientia perficitur totus animus.
5 Sapiæ donū dat̄ nō ponentibus obicē.
5 Sapiētiæ bñficiū q̄druplex reſpectū īpe nitētiū
7 Sapientiæ fructus triplex.
7 Sapientiæ fructus non ex ſtudio humano ſed ex largitione diuina naſcunt̄.
7 Sapientiam quare deus abſcondit.
7 Sapīam abſcōdit deus ꝓp duos fines.
8 Sapientia & vigilātia iuſti cuſtodiunt a malo.
10 Sapiētem eſſe in oculis propriis dupliciter intelligitur.
12 Sapientiæ inuentio & eductio & negociatio q̄ūo aſſimilantur mercaturæ.
11 Sapientiæ fructus nouus.
11 Sapīa ſupra oīa deſiderabilia humana
11 Sapientiæ dextera & ſiniſtra.
11 Sapientiæ operibus admiſcetur pax.
11 Sapientiæ celſitudo.
12 Sapientia eſt nomen analogum.
12 Sapientiæ opera quatuor.
12 Sapientia præſeruat a tribus malis.
13 Sapiētibus debet̄ honor & ſi qd maius
14 Sapīam emere min⁹ idonei ſūt iuuenes
14 Sapīam emere ē initium ſapientiæ.
14 Sapientiam emere & deum timere diuerſimode ſunt principiū ſapientię.
14 Sapientiā vt acquiras nulli rei parcas.
15 Sapienti pro ſcuto eſt gloria regni inſipienti vero in ruinam.
15 Sapientiæ via eſt via rectitudinis.
15 Sapientiæ inſtructionis fructus.
19 Stultitia mali radix.
20 Sublimes oculi qui dicantur.
22 Scribere in tabulis quid ſit.
22 Sapientia homini connaturalis.
23 Similitudinibus tribus declaratur iuuenis irretitus.
24 Sapientia inuitat ad virtutē.
24 Sapīa ꝑ uiris ſapiētibus apud hębreos
25 Sermo ſapientiæ qualis.
26 Sapientiæ diuitiæ.
26 Sapiens naturaliter potens eſt.
26 Soli ſapientes reges.
26 Sapientia quibus cōlcet ſua bona.
26 Sapīa q̄ūo conferat bona fortunæ.
27 Sapientibus naturaliter debentur honor & opes.
27 Sapientia q̄ūo habitat apud deum.
29 Sapientia cur ludens.
29 Sapientia cur ridens.
30 Sapientiam audire.
30 Sapientiæ fores quid.
30 Sapientiæ poſtes quid.
30 Sapientiam relinquentium penæ.
30 Sapientia eadē diuerſi diuerſa ſapiunt.
30 Sapientiæ participatio multiplex.
31 Sapientiā edificare domum quid ſit.
31 Septennarius numerus quid.
31 Sapientiæ vinum quid.
31 Sapientiæ menſa quid.
31 Sapientiæ puelle quæ.
31 Sex hominum genera.
32 Sapientiæ panis.
33 Sapientia quos vocet.
36 Sermo iuſti cur ſimilis venę.
36 Sermo imago animi.
36 Sapiens q̄ūo occultat ſcientiam.
36 Sermo iuſti ſimilis argento.
43 Stultitia eſt ſequi proprium iudicium contra aliorum conſilia.
44 Sapientia filii ex patre eſt.
47 Signum mulieris ſapientis & ſtulte.
47 Superbia in ſermone ramus ſtultitiæ.
48 Sapiens præmit alium corde dolorem & triſtitiam.
49 Stultus ſemper eſt ſtultus.
49 Sollicitudo timoris dei.
49 Sana mens cur corpus ſanum reddit.
51 Simile delectatur ſimilibus.
52 Singularia plus vident oculi q̄ oculus.
52 Sermo & rōnō oportuna valde bona.
56 Sortes apud hębreos in vſu.
57 Superfluitatis labium.
59 Sapīa & ſtultitia q̄ūo in facie appareāt.
59 Silentii præclatus effectus.
59 Stulti finis eſt inanis gloria.
60 Stultus illaqueatur propriis verbis.
62 Seruum dominari indecens eſt.
64 Siceræ & vini effectus.
64 Stultus eſt qui cōtentionibus ſe miſcet.
65 Somnum diligere ꝑ auptatē inducit.
69 Stulti & ſapientis officia diſſipare & cōgregare.
69 Sapientia præſtat fortitudini.
70 Sacrificium impii eſt abhominatio pro implenda cogitatione.
72 Scientia pīna dulcis intus & foris

72 Scientia ad credenda, conſilia ad eligenda ſpectant.
76 Sapientia emenda non vendenda.
78 Stulti deſperatio ad ſapientiam.
79 Sapientiæ dulcedo in hac vita īpſecta.
85 Stulto de decet honor præmiū virtutis.
85 Stulto qūo reſpondendum & qūo nō.
86 Stultum eſt ſtulto negocia cōmittere.
86 Sapiens apud ſemetipſum incorrigibilis
89 Senſibile delectabile lętificat cor.
90 Stultitia incurabilis.
94 Stultus impetu agitur.
95 Seruus cur non auditur ſine verbere.
95 Seruus contumax.
108 Solis circuitus cauſa mutabilitatis.
108 Solis duplex motus.
109 Sermo ſeruit interpræticationi.
109 Salomonis authoritas duplex.
110 Salomon qua ſapientia fuerit ſapientiſſimus.
110 Studium quid.
110 Salomon ad tria ſcienda cor ſuum applicuit.
110 Sapientia per accidens eſt rō iraſcendi.
110 Scientiæ additio qūo addit dolorem.
112 Sapientis oculi qūo in capite eius.
113 Sapiens fieri eſt fractio ſpiritus.
113 Sapientis & ſtulti idem eſt euentus.
113 Sapientiæ annexe vanitates quinq;.
120 Sacrificium ſtultorum quale.
121 Somnia vnde.
121 Seculi nr̄i error & excuſatio circa peccatum carnis.
125 Secte & dogmata fruſtra multiplicata
126 Sapiens in ꝓſperis & aduerſis caducus
127 Sermo laudandus in fine.
127 Spiritus pro affectu animi impulſiuo.
127 Spiritus longitudo & celſitudo.
127 Sapientia cur præſtat diuitiis.
129 Studium ad bona animi debet eſſe vniuerſale.
129 Sapientia prefertur dominio.
130 Sexus fœmineus nō dānat̃ ſed vitiū.
132 Similitudines tres reſpectu impotentiæ humanæ.
133 Snīe diuinæ dilationis ꝓdōnes duæ.
137 Sapientia pauperis deſpecta.
137 Stultitia modica deturpat virum quaſi uis ſapientem.
137 Stulti ac ſapientis intentio.
138 Similitudo pulchra.
144 Supernaturalia bona non dr̄ vana.
144 Sapientum verba ſicut ſtimuli.
144 Sapientum excellentia.
147 Sermones dei qūo ſpectari poſſint.
148 Status incorrigibilium deſcribitur.
149 Similitudines vmbraculi & tugurii qd.
150 Solemnitates hæbreorum cur dicebātur vocationes ſanctę.
152 Sermo ſpiritualis de ieruſalem.
153 Syon cur accipiur pro electis.
157 Superbus excelſus & eleuatus quomodo differunt.

T

2 Tria officia facit Salomon.
2 Timetur deus vt potens inffigere malum.
2 Timor non dicitur principium ſcientiæ ſed ſciendi.
4 Triplex eſt modus cantandi ſapientię.
5 Tria hominum genera.
7 Triplex fructus ſapientiæ.
14 Timere deum principium ſapientiæ.
18 Triplex ob malū fugiēda ē fornicaria.
23 Triplex effectus procacitatis adultere.
24 Timor & amor legis diuniæ caput.
28 Tria inueniuntur in dominante.
28 Tempus imaginarium.
29 Terra habitabilis.
33 Tumultuatrix fatuitas etiam in regnis
41 Torpor ocii unde ortum habet.
43 Tacet ſapiens in cōſiliis nō expediētia
49 Timoris dei efficacia.
49 Timoris dei ſollicitudo.
54 Timor dei ſufficit ad declinandum a malo.
59 Turpis & impii differentia.
60 Turris fortitudinis cur nomen dn̄i.
64 Timoris domini effectus.
71 Tria ſecum fert deriſor.
72 Triplex ordo in parabolis.
74 Tormentum efficax ad detegendum ſecreta eſt menſa.
74 Tyrannorum exemplum.
83 Tria ſignificant omnes nocēdi modos ab homine.
95 Timor humanus cauſa peccati.
115 Tempus eſt equale generationis & corruptionis.
115 Tria rerum genera corruptioni & generationi ſubiecta.
115 Tres cōtrarietates circa bonum vtile.
115 Tres ꝯtrarietates circa ſocietatē hūanā.
127 Tpa priora qūo meliora poſterius.
129 Tria queſita.
133 Timentibus deū & nō timentibus idē diuerſis rōnibus eſt bonū & ñ bonū
141 Timor bonum ſupernaturale.
141 Tempus poſt hanc vitam cur dicitur obſcuritatis
148 Tria beneficia coīa populo iſrael.
155 Temporum obſeruatores qui dicant.

V

1 Vtilitas Parabolarum.
2 Vtiles ſunt parabolę tribus generibus hominum.
2 Via ſapientiæ eſt via rectitudinis.
15 Vie impiorum & iuſtorum differētia.
16 Virtutes morales etiam ſanitatem corporis præſtant.
17 Vxoris & fornicarie differentia.
19 Vie ſunt opera.
21 Venus intellectum furatur.
25 Verba ſapientiæ verificantur dupl'r.
31 Vinum ſapientiæ quid.
32 Viri ſancti quare ſemper hylares.
33 Vitæ & mortis anni qui ſint.
36 Vineæ ſimilis cur ſermo iuſti.
37 Via hoīs ad deū & ecōuerſo qd operet̄.
39 Virtute tenet̄ hō implere animum.
40 Veritatis ſtipendium lux.
42 Vxor impudica fœtet intus.
43 Verba oblocutorū quibus aſſimilent̄.
43 Veritas ſtabilis mendacium inſtabile.
44 Vtilitas cuſtodiendi linguam.
49 Verba & facta quid operantur.
49 Vſus diuitiarum ad coronam.
52 Via pigrorum & iuſtorum cuiuſmodi vtriq; appareat.
53 Vertere eruditionem.
54 Veniam conſequi difficilius eſt q̄ declinare culpam.
58 Vrſi q̄ ſtulti occurſus cur tollerabilior
58 Vane ſunt diuitiæ in manu ſtulti.
59 Vana gloria finis ſtulti.
60 Verbis propriis ſtultus illaqueatur.
61 Vita & mors in lingua ſita.
61 Vxorem ducentis admonitio.
62 Vigilantia intellectus qualis.
63 Viri duo mala ex vxore & filio.
63 Vxor a deo donat̄ hr̄ditas a parētibus.
69 Vnde iuſto gaudium & impiis pauor.
69 Via intelligentiæ.
73 Velocitas grata in opere.
74 Vituperabile eſt laborare pro diuitiis non pro oportunis.
74 Vanus labor pro cumulandis diuitiis & ratio.
74 Vir malus oculo quis ſit.
75 Vtilitas caſtigandi puerum.
77 Vinum bibitum immoderate quæ mala cauſet.
77 Vini oculus qui.
77 Vini effectus interiores.
77 Vini potatores incorrigibiles.
78 Virtutibus accomodate actiones qnq;.
87 Verba & facta litigioſi quibus aſſimilantur.
88 Vitia vitiis comparata.
89 Vxor litigioſa malum incurabile.
96 Viri ſancti qūo non mentiantur dicentes ſe nequiores ceteris.
98 Vitia quæ parit opulentia.
98 Vitia paupertatis.
103 Vinum īmoderatū quibus ſit medicina
104 Vxoris raro inuente conditiones.
105 Vxoris dotes animi boni.
105 Virtutes due lingue in muliere.
105 Vxor bona non otioſa & pigra.
105 Vxoris pulchritudinem cur non laudet Salomon.
107 Vanum quid.
109 Viſus ſeruit intentioni.
113 Vanitates quinq; annexe ſapientiæ.
119 Vni preferuntur duo dupliciter.
121 Vnde ſomnia.
124 Viri infœlicis conditiones.
125 Vita preſens vita vanitatis.
126 Vbi cor ſapientis & ſtulti.
126 Vltima domus triſtitiæ præfertur domui letitiæ.
129 Virtutis eſt non ponderare maledicos
132 Vnde eleuatio impiorum & obſcuritas ſanctorum.
133 Vmbra hominis non hō eſt impius.
137 Vulgatum prouerbium.
138 Verborū ſtulti & ſapientis cōparatio.
139 Vera libertas.
141 Vtilis recordatio.
144 Verba ſapientum ſicut ſtimuli.
149 Vmbraculi & tugurii ſimilitudines qd.
149 Vltionis diuinæ moderatio.
150 Victimę īpiorū īutiles & abhōīnabiles
154 Verbum pro re expreſſa verbo.
155 Via chriſti quæ.
157 Virtutes duæ primitiuæ eccleſiæ.
159 Vexatio miſerabilis.

FINIS.

PRIMA facie,epiſtolæ,verſu.18.lege impenſius pro impenſus.Fa.2.ver.6.leg.in-
iudicio pro iudicio eadem.Fa.ver.25.leg.libros pro libro.Ver.vero ſequēti leg.ange
bar pro augebat.Fa.3.ver.13.leg.aptior pro aptius.Ea.fa leg.ver.14.auūnculus ꝑ
patruus.Ea.fa.ver.25.le.prouolutus pro peruolutus fa.Ea.ver.vltimo le.videtur pro vide
retur.Ibidem le.flātibus pro flatibus.Fa.4.ver.3.le.auunculo pro patruo.ead.Fa.ver.13.
le.permotus pro promutus.Ibidem le.ſi pro ſe.Ea.ver.26.le.Sōcinatis qōnis lima opuſcu
lū perpolitum pro qōnis lima opuſcula propoſitum.Ea ver.vltimo delete & le.haud pro
aut.Facie vero ſecūda Operis lege huiuſmodi ꝑ homini ;Fa.14.aliter habetur.pro nō ha
betur in hæbreo fa.15.paternæ.pro primæ,viis pro virtis.Fa.16.intuenē pro intuent.Fa.
18.domeſticos pro domeſticus,Fa.19,fideiuſſiōe pro fideiuſſioni,& ſic in ſimilibus vbiq.
Ibidem parant ſibi in eſtate cibum.adde & congregant in meſſe qd comedāt,& eſt textus.
Fa.22.natura pro nam Fa.25.videlicet pro res ingenium &c.Fa.27.vouiſſe pro nouiſſe.
Ibid.demonſtrādo deficit ꝙ ante &c.Fa.30.vocante pro vocantes.Ibi.manifeſtat pro ma-
nifeſtas.Fa.31.Hoc eſt pro hęc eſt.Ibi.portate pro protate.Fa.32.dicēris pro diceni i.Ibi.
ſapienti pro ſapientis.fa.33.autem pro aut.Fa.34.furtim pro furtis.Ibi.opera pro opero.
ibid.quatuor pro quatenus.Ibid comprobetur pro cōprobatur.fa.37.verificatur pro veri
ficantur.fa.39.amici pro amicis.Ibi.gubernantis pro gubernanti.Ibi.non ſoluet pro nō ō
ſoluet.fa.40.hæc pro hac.Ibi.fallaciam pro fallacia.fa.41.partes pro pattes fa.42.con-
temptui pro contentui.fa.44.deus pro deum.Ibi.omnem pro oēs.Fa.46.egeſtas pro ege-
ſta.Ibi.queris pro queri.fa.47.audit pro audet.fa.48.præcedentem pro præcentem.fa.49.
non ſit pro non fit.fac.50.magis pro magna.Ibi.ipſius pro ſpiritus.fa.54.iuſta pro iuxta,
fac.55.eloquii pro eloqui.Fa.57.euectus ꝑ cuētus.Fa.58.eſſe pro eſſet.Ibi.facilitatis pro
fœlicitatis.Ibi incidere pro incedere.fa.61.qui inuenit pro niuenit.fa.62.affectionibus
pro afferentibus Ibi diſſenſio pro diſſentio.fa.69.viuunt pro viuant.fa.70.eſt pro & .fa.
71.animę ſuperfluit.fac.73.viri pro iuris.fa.76.cibos pro cibo.Ibi.affirmare pro affirma
tur.ibi.conſequenter pro conſequenē.fac.37.effectus pro effecti.Ibi.intus pro inter.Ibid.
proferunt pro proſerunt.fac.78.intendit ꝙ pro intendit.fac.79.temporis pro tēpori.fac.
82.hoc eſt ſuperfluit eſt.Ibid.interfectionibus pro intereſctionibus.fa.90.mutaueris pro
mutaueri.fa.91.filii pro fili.fa.93.animo pro anima.fa.95.rei pro re.fa.96.ſuum pro ſuū.
Ibi.humilibus pro hominibus.fac.ligatæ pro ligata.fa.100.medio pro modo.fa.102.rō-
nē pro rōn.Ibi.repetendo pro repetēda.Fa.103.ardeat pro redeat.fa.104.ſūpſit pro ſum
pro.Ibi.manuum pro manū.fac.105.relatiue pro relatiue.fac.107.ciuitate pro ciuitatem
fa.108.in quibus ſuperfluit.fa.114.peccatori pro pectori.Ibi.exercenē pro excercent.fac.
115.ridendi pro plantandi.fa.116.Acſi pro adſi.fa.117.vnus pro vnum.Ibi.ſonant pro
ſanant.Ibi.& pro etiā.fac.118.cēſet ꝑ cenſent.fa.119.vole pro vile.Ibi.regni pro regi.fa.
120.ꝯſequēter pro ꝯſequenē Ibi.documenti pro documentis.fa.121.ꝑmittentis pro præ
mittentis.fa.125.pſ̄orum pro pſ̄um.fa.128.vanitatem pro natiuitatem.fa.125.ſcit pro
ſciunt.fa.130.ratiōes pro rutiones.fa.131.illius ſuperfluit.Ibi.tumet pro tum et.Ibi.ſtet
pro res.Ibi.principio pro primo.fa.132.rationē ſuperfluit.Ibi.adhuc pro adduc.fa.134.
ſcirem pro ſcire.ibi.deficit eſt.ibi.ideſt deficit.Ibi amor pro amore.Ibi.gubernet pro guber
nāt.ibi.aduerſa pro aduerſam fa 135.delectu pro dilectu.Ibi.coeuus pro coeuus.Ibi.ſpes
pro ſpecies.ibi.remanet pro remanent.fa.136.artificum pro artificium:ibi.hamo pro ho
mo,ibi.aſſimilat pro aſſimulat.Ibi.magna pro magnam:fa.137.Eccleſiaſte pro eccl'e.Ibi.
deficit,q̄ audientium.Ibi.faciet pro putrefaciet.fa.138.fruſto ligni pro fruſtro ligno. Ibi.
præcipitabunt pro præcipitabuntur.Ibi.peiora pro priora.fa.139.ſeparatione pro ſupera
tione Ibi.auis pro aues.fa.140.multitudine pro multitudinem.Ibi.decretam pro decretū,
Ibi.prius pro plus.ibi.effundent pro effudent.Ibi.euacuabunt pro euocabunt.fa.141.defi-
cit lux,fa.142.ſenſuum pro ſenſum.Ibi.volucris pro volueris.Ibid formidabunt pro for-
midbūt,fa.144.fures pro fares.Ibi.fides pro fidem.fa 145.Deus pro deum.Ibi.hinc pro
huic.fa.141.repreſentare pro repreſentari.fa.148.vltra pro vultra.fa.149.circumligata
pro circūlegata.Ibi adhibitum pro adhibendum.Ibi.euerſio pro cuerſio.Ibi percipite pro
percipe.fa.150.acorde pro corde.Ibi.neomeniā pro neomeuiā.fa.151.ſicut pro ſic.Ibid.

ſuperfluit etiam Ibi onere ꝑponere. Ibi.deficit clare(redditur) Ibi.ſuperfluit in Ibi.eſt pro &.Fa.152.purificatorium pro purificatorum.Fa.153.& diſcipulos pro condiſcipulos. Ibi priſcorum pro priſorum.Ibi relinquentes pro reliqueotes.Ibi reliquentes pro relinquā tes ibi,ſicut pro ſum.Ibi Ieroſolimite,pro ieroſolimitate Ibi accendetur pro accedetur. Fac. 155.Modus pro modum:Fa.156.ſuperfluit & homo.Fa.167.eleuatos prn eleuatis.Ibi concidentur pro concidetur.fa.158.Ingrediendum pro iugrediendum.Fa.199.eloquii ꝑ eloqui,.bi artificum pro artificium Ibi inſinuandum pro inſinuandam.Ibi renuentis pro re nuntis. Fa.161.par pro per.Ibi affectu & effectu.pro affectu & affcctu.Fa.163.mortuus pro mortuis.Fa.165.prohibitionē pro prohibitioaem.Fa.166.pōt pro patet Ibi.hone ſtum pro honeſtatū.Ibi poſſit pro poſcat.Fa.167.a parte pro apte.Ibi taq́ pro tamq́.Fa. 169.honeſtatis & pro honeſtatus.

Aduertant pii lectores ꝙ premiſſis comentariis expletis eorum auctor dedit textum ad veritatem hæbraicam traductum & a ſe iam expoſitum potiori pro cautela eiſdē quibus uſus fuerat in huiuſmodi traductione nōnullis aliis ſimiliter hæbraicū idioma callentibus adiectis,vt ſimul denuo inſpicerent ſi traductus textus exponendus ſibi prīo traditus in aliquo per incuriam a pura textus hębrei veritate diſcreparet.:Et cum ipſi totum hębreum textum maturius & exactius libraſſent ipſum dūtaxat parabolarum Salomonis textum in quibuſdam paucis locis aliter q̄ antea ſunt interpræfati annotantes huiuſmodi correptiones & a primis deuiantes interpræcationes,in margine.Quas auctor morte preuentus non potuit propriis in locis,ſuis inferre commentariis & illis expoſitionem accommodare. Et iccirco pro ut iacebant & a prædictis hæbreo ſermone peritis in marginibus originalium poſite erant,impreſſioni fuerunt demandate.

Citationes a prima pagina vſq́ ad.48.in margine ponēda: ipreſſoris in curia omiſſe.

Math.10 Facie.2.Infra.Margine.3.Offim̄.
Rom 1.Fac.4.infra.Mar. Triplex.
Luc.16.Fa.6.Supra.M. Diues.
Pſal.10?.Fa.13.in princip.capituli.
Phil.3.Fa.13.Supra M. 2.Combinatio.
2.Reg.16.F.13.infra.M. Debetur.
Gen.4.F.28.Supra.M. Anteq̄.
Geneſis primo.F.29.Supra.M. Terra.
Heb.primo.Fa.29 infra.M.Expoſitio.
Sap.7.Fa.31.infra.M. Domus.
Gal.2.Fa.31.infra.M.Septennarius.
Math.22:Fa.31.infra.M. Septennarius.
3.Re.4.Fa.34.Supra.M. Hic incipiunt.
Iſay.38 Fa.35.Supra.M. Manus.
Dan.3.Fa 35.Supra.M. Manus.
2.Re.13.Fa.36.infra.M.Dux.
Ro.11.Fa.37.Supra M.Gratia.
Pſal.15.Fa.37.infra M.Gratia.
Deut.32.F.37.infra.M.Gratia.
2.Tim.4.Fa.37.infra.M.Quale.
Math.12.Fa.38.infra.M.Via.
Titum primo.F.38.in principio capituli.
1.Pe.1.F.41.infra.M.Quis fructus.

Dani.13.F.42.infra.M.Impegit.
1.Re.16.Fa.43.Supra.M. Sapiens.
2.Cor.2.Fa.44.Supra.M Boni.
2.Par.32.Fa.46.Supra.M.Ratio.
2.Re.12.Fa.47.Supra M.Abenezra.
Pſal 1.Fa.48.infra.M.Differentia.
Ro.8.Fa.48.infra.M.Differentia.
Pſal.44.F.48.infra.M.Authoritas.
Pſal.9.Fa.49 infra.M.Quare.
Gen.4.F.50.Supra.M.Munera.

2.Re.19.
Dan.14. Fa.59.Supra.M.Silentii.
4.Re.6.

Oſeæ.13.F.65.infra.M. Hominis.
Deu.32.Fa.66.Supra.M. Licet.
Math.13.Fa.70.infra.M.Deſcriptio.
Gen.5.Fa.74 infra.M. Laborare.
Math.7.Fa.87.infra.M. Rationes.
Luc.15.Fa.92.Supra M. Blandus.
Pſal.57.Fa.93.Supra.M. Quare.
Gen.18.F.94.infra.M. Expectat.
Exo.3.Fa.96.Supra.M. Quare.

D. D. THOMAE DE VIO CAIETANI CARD. S. SIXTI IN PARABOLAS SALOMONIS COMMENTARIA NVNC PRIMVM IN LVCEM AEDITA.

PARABOLAE *Salomonis filij Dauid Regis Iſrael*. Expoſitis omnibus prioribus veteris teſtamenti libris, exponendus occurrit liber parabolarum Salomonis, iuxta hebraicam veritatem ſecundum ſenſum literalem. Occurrit autem cum corporis ægritudine pedetentim prorogandus. Vbi notandum eſt ꝙ inter Hebræos ſcriptores, Salomon inuenitur primus, qui proprii nominis titulo librum inſignitum ædiderit. Libri ſiquidem Moyſi, Iob, Pſalterium, & reliqui hiſtoriales libri ante Salomonem æditi, nullum præ ſe ferunt authorem. Salomon autem inchoat librum ſuum, a nomine proprio dicendo. Parabolæ Salomonis filii Dauid regis Iſrael. Et niſi laudabile eſſet, authorem libri in principio manifeſtare, non fuiſſent Salomonem imitati prophetę poſteriores Iſaias, Hieremias. Ezechiel, &c. incipientes libros ſuos a nominibus propriis. Confert ſiquidem hoc ad authoritatem libri, in cuius ſignum libri carentes certo authore, ſupputantur ab eccleſia inter apocripha. Parabolæ græca dictio eſt, non hebraica. Nam in textu hebræo ſcribitur. *miſle.* latine ſimilitudines, græce autem interpretatæ ſunt parabolæ, eo ꝙ ſententiæ ſunt iuxta ſe poſitæ ſecundum ſimilitudinem. Docet enim Salomon per ſimilitudines in hoc libro. Et quoniam ſcientia contrariorum eſt vna & eadem, ideo docere per diſſimilitudines, ſub doctrina per ſimilitudines comprehenditur. Quo circa non miraberis ſi frequenter in hoc libro inuenies documenta multa non per ſimilitudinem, ſed per diſſimilitudinem. Appellat vero ſe filium Dauidis, ſeruando antiquorum morem ad perpetuandum patrem in nomine, vt vel ſic grati eſſent parentibus, propter quod etiam regiam patris dignitatem commemorat. *Ad ſciendam ſapientiam.* Ecce ad quid ordinantur Salomonis parabolæ. Manifeſtat. n. ꝙ parabolæ ſubiunctæ tendunt ad duas operationes, videlicet, ſcire & intelligere, ita ꝙ ſententia literæ non eſt completa, ſed vnica oratio vſq; ad illa verba. Timor domini, &c. eſt ſenſus. Salomonis filii Dauid regis Iſrael parabolæ, ſeu ſimilitudines ſunt ad ſciendum ſapientiam, &c. Veruntñ duæ iſtæ operationes proponuntur duobus modis. Primo in genere, & poſtea in ſpecie diſtinguendo per partes. *Et diſciplinam.* Iuxta hebræum habetur. *Et eruditionem.* Primus itaq; fructus parabolarũ iſtarum ſcribitur ſcire ſapientiã & eruditionem. Et eſt ſermo de ſcire practico, hoc eſt notitia certa qua ſcimus, non vt ſciamus, ſed vt operemus quale eſt ſcire morale. Sapientia vero non ſumitur pro intellectuali habitu a philoſophis diſtincto contra ſcientiam, intellectum, artem, & prudentiam, ſed vt eſt ratio humanarum actionum, recta ſecundum altiſſimam cauſam quæ Deus eſt, vt inferius Salomon manifeſtabit. Eruditio autem non reſtringitur ad docere & diſcere, ſed vt extenditur ad appetitiuam partem, & ad actiones, ac paſſiones, etiam externas quibus caſtigamur, vt litera ipſa ſubiunget. *Ad intelligenda verba prudentiæ.* Iuxta hebræum habetur. *Ad intelligendum dicta intelligentiæ.* Ecce alter parabolarum fructus in genere, videlicet, intelligere dicta intelligentiæ. Scire itaq; refertur ad res: intelligere autem ad dicta, ad tradita documenta digna intelligentia: quæ proficiſcuntur a ſummis ingeniis. Differt autem intelligere a ſcire penes hoc, ꝙ intelligere addit penetrationis acumen. ¶ *Et ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ: iuſtitiam, & iudicium, & æquitatem.* Iuxta hebræum habetur. *Ad ſuſcipiendum eruditionem intelligentiæ, iuſtitiæ & iudicii & rectitudinum.* Declarat per partes quam dixerat in genere eruditionem: tum ſecundum actum ſuſcipiendi, tum ſecundum actum dandi: ita ꝙ parabolas iſtas aperit eſſe vtiles indigentibus inſtructione, ex parte actus ſuſcipiendi, hoc eſt eſſe ad diſcendum ea quæ ſunt intelligenda, quæ ſunt iuſtitiæ, quæ iudicii, & quæ rectitudinum. Eruditur ſiquidem homo per hæc quatuor, ſed non omnes ſuſcipiunt eruditiones tales quatenus eruditiones: & ad hoc Salomon ſcripſit

Salomon primus inter Hebręos ſuis libris proprium nomen appoſuit

Laudabile eſt in principio authorem libri manifeſtare in quo cauſa efficiens exprimitur.

Nomen libri.

Materia libri ſunt ſimilitudines & diſſimilitudines.

Quare ſe filiũ Dauidis appellat.

Finis parabolarum.

Parabolarum vtilitas.

Scire morale.

Alter parabolarum fructus.

Dicta itelligẽtiæ quãtã hebræorũ pro abſtruſis diuinæ paginæ exponit

Intelligere ſcire.

Finis & formalis cauſa eſt ſecũdum actum practicum quo formaliter boni reddimur.

has parabolas, vt ſuſciperemus eruditiones, quatenus eruditiones ſunt: hoc eſt vt eruditio-
nes illuſtrantes intellectum circa credenda, proſequenda, & vitanda, ſuſciperemus, vel lu-
men mentis; & ſimiliter eruditiones iuſtitiæ, qua debemus aliis reddere quod debemus
ſuſcipiamus ad exercendam iuſtitiam, eruditionem quoqꝫ iudiciorum diuinorum, quibus
diuerſis modis homines affliguntur. Suſcipiamus ad timendum Deum, & demum erudi-
tionem rectitudinum (quibus homo in ſeipſo recte diſponitur ſecundum virtutes mora-
les) ſuſcipiamus ſic, vt virtutibus impleamur. Et ex his videre potes q̃ ampla ſit eruditio
ſcienda ſuperius propoſita. Si tamen hæc tria legantur appoſitiue (videlicet iuſtitiam, & iu-
dicium, & rectitudines) ad explicandum eruditionem intelligentiæ fieri ſuſcipiendo iuſti-
tiam, & iudicium, & rectitudines, parui refert. ¶ *Vt detur paruulis aſtutia, & adoleſcenti ſcientia, &
intellectus*. Parui refert, ꝙ iuxta Hebræum habetur. ¶ *Ad dandum ſimplicibus calliditatem, puero ſcire,
& cogitationes*. Non ſolum ad ſuſcipiendum, ſed etiam ad dandum, non ſolum ad diſcen-
dum, ſed etiam ad docendum vtiles parabolæ iſtæ dicuntur, ad docendum autem pueros
ſimplices & ſapientes. Declarat. n. particulam illam propoſitam in principio, ad ſciendum

Tribus generibus hominum vtiles parabolæ.

ſapientiam, aperiendo ꝙ ſunt vtiles ad dandum iſtis tribus generibus hominum oppor-
tuna, videlicet ſimplicibus calliditatem qua egent ad hoc, vt prudenter ſe gerãt, pueris ve-
ro tum ſcire, tum cogitationes. Quemadmodum. n. ſimplices indigent, vt exercitentur in
actionibus quaſi aſtutis ne fallantur, ita pueri indigent vt exercitentur meditationibus, ne
ſint præcipites & ſciant diſcernere vitanda a proſequendis. ¶ *Audiens ſapiens ſapientior erit*. Iu-
xta Hebræum habetur. *Audiet ſapiens & addet doctrinam*. Ecce fructus parabolarũ in ſapien-
tibus, augumentum videlicet doctrinæ. *Et intelligens, gubernacula poſſidebit*. Iuxta hebræum ha-
betur. *Et intellector ingenia acquiret*. Dictio interpretata ingenia vtcunqꝫ redditur, nam alii in-
duſtrias, alii conſilia, gubernacula interpretes antiqui intellexerunt. Certum eſt autem ꝙ
aliquid pertinens ad perfectionem intellectus ſignificatur, ita ꝙ non ſolum qui ſapit, ſed
etiam qui viget acumine intelligendi proficiet ex his parabolis acquirẽdo ingenioſas vias,
clarasqꝫ induſtrias ad ea quæ agẽda occurrunt. ¶ *Animaduertet parabolam*. Iuxta hebræum ha-
betur. *Ad intelligendum parabolam, & interpretationem verba ſapientis, & ænigmata eorum*. Declarat alteram

Diſtinguuntur dicta intelligentiæ in partes. 4.

particulam in principio poſitam, videlicet intelligendum dicta intelligentiæ. Diſtinguit
enim dicta intelligentiæ in partes quatuor, videlicet parabolã quæ eſt ſermo per ſimilitu-
dinem, & interpretationem, quæ eſt explicatio miſteriorum, dicta ſapiẽtum, quæ ex autho-
ritate dicentiũ probata habentur, & ænigmata ſapientum, quæ difficultatibus referta ſunt.
¶ *Timor domini initium ſapientiæ*. Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Timor iehouah principium ſcien-
di*. Hic incipit tractatus libri huius. Præcedentia enim ſunt tanq̃ prohemium ad titu-

Initium tractatus libri.

li integritatem, & intentionem authoris declarandam. Inchoat itaqꝫ tractatum de ſcientia
a ſubiecto illius inter homines, declarando ꝙ in hominibus timentibus Deum inuenitur

Tria officia facit. Primum officium.

ſcientia & non in ſtultis. Et tria ſimul officia facit. Nam diſcernit inter ſcientiam & ſcien-
tiam. Dicendo. n. ꝙ principium ſciendi eſt timor iehouah, manifeſtat ꝙ non eſt ſermo de
ſcientia, quæ ponitur virtus ſpeculatiua, quoniam illa etiam in ethnicis non timentibus
Deum inuenitur & acquiritur ſpeculatiuo ſtudio. Scientia autem de qua eſt ſermo, ex hoc
ipſo ꝙ acquiritur timendo Deum, longe diſtat ab illa, & ex hoc ipſo ꝙ timor dei princi-

Per hanc ſcientiam perficitur pars affectiua. Quomõ Deus timeaſ. Secundum officium.

pium eſt ſciẽdi, manifeſtat ꝙ partem affectiuam hominis oportet perfici relatiue ad deum
iudicem, & gubernatorem vniuerſi, non enim deus timetur vt obiectum timoris (quum ſit
ſumma bonitas nihil penitus mali habens) ſed vt potens infligere malum. Manifeſtat
quoqꝫ qui ſunt homines accedentes ad ſcientiam dicendo ꝙ principium ſciendi eſt timor

Quare non dixit principiũ ſciẽtiæ, ſed ſciedi.

dei. Significanter. n. nõ dicit principium ſcientiæ, ſed principium ſciendi, vt intelligamus
ꝙ non loquitur de principio ſcientiæ ſecundum ſeipſam, ſed de principio quo nos acqui-
rimus ſcientiam. Scientia enim ſecundum ſeipſam analogum quoddam eſt ad ſcientiam
diuinam & humanam, & propterea ſecundum ſeipſam nõ habet pro principio timorem

Tertium officium.

dei, ſed ſecundum ꝙ fit in nobis initiatur a timore dei. Nec timor dei arctatur ad timorem
ſeruilem: quoniam timor inchoans ſcientiam ex parte ſubiecti (hoc eſt hominis acquiren-
tis illam) non excluditur ab ipſa, ſed potius perficitur, iuxta verbum domini in Euange-
lio, oſtendam uobis quem timeatis, timete eum, qui poſtq̃ occiderit habet poteſtatem mit-
tere in gehennam. Initium itaqꝫ ſciendi (hoc eſt habendi rationem rectam omnium hu-
manarum actionum ſecundum deum,) eſt timere iehouah, hoc eſt ipſum fontem eſſendi,
a quo habemus eſſe, uiuere & reliqua omnia bona, & propterea in ſolis timentibus deum,
acquiri & eſſe poteſt homini ſcientia. *Sapientiam atqꝫ doctrinã ſtulti deſpiciunt*. Iuxta hebræum
habetur. *Sapientiam & eruditionem ſtulti deſpexerunt*. Quam prius uocauit ſcientiam modo ap-

pellat

pellat ſapientiam, quia etiam apud philoſophiam ſapientia continet in ſeipſa, & ſcientiæ, & intellectus rationem. Magnificat itaq; ſcire quod inchoatur a timore dei, nominando ipſum ſapientiam. Ac ſi apertius dixiſſet. Loquor de ſcire non quocunq;, ſed quod eſt ſapere. Adiungit uero eruditionem, ut uiam ad ſapientiam. Stulti.n. deſpicientes ſapientiam, deſpiciunt quoq; uiam ad ſapere, contemnunt enim erudiri. Et e regione timentium Deum, diſtinguit ſtultos, utpote prauum iudicium habentes de actionibus humanis ſecũdum ſupremam cauſam & regulam, quæ deus eſt, fons eſſendi. Tales itaq; ſtulti expertes ſunt ſapientiæ, quia deſpexerunt eam & uiam ad ipſam. Ex propria itaq; culpa priuantur ſapientia ſtulti, ad quam accedunt timentes deum. Hæc duo proponit Salomon, ut cognoſcamus quales ſunt homines ſapientes, & quales non ſapiẽtes, & quare aliqui acquirunt ſapientiam, & aliqui non, ſimulq; diſcernamus de qua ſapientia eſt ſermo, declaraturus in reſiduo huius capituli ambo. *Audi fili mi diſciplinam patris tui.* Iuxta hebræum legendum eſſet. *Eruditionem.* Declaraturus Salomon duo propoſita, tractat ea primum domi deinde foris, hoc eſt primum in doctrina domeſtica, deinde in doctrina politica, & in domeſtica quidem doctrina incipit a primo præcepto, videlicet, honorandi parentes, quia timor dei naturali ordine per parentes proficiſcitur ad filios. Parentes.n. tenentur non ſolum corpora alere, ſed animos filiorum inſtruere. Ad imbuendum itaq; pueros timorem dei, initium ſapiendi, alloquitur Salomon eos dicẽs. Audi fili mi eruditionem patris tui. Hoc eſt enim primum præceptũ in ſecunda tabula. Nam prima honoris pars debita parentibus, eſt tum audire documenta paterna, tum ſeruare leges maternas. Meminit autem utriuſq; parentis, non ſolum quia utriq; obedire debet filius, ſed etiam ut a cunabulis quodãmodo imbuatur filius timorem dei ex maternis documentis. Prioris.n. ætatis tempora cum matre potius ſunt q̃ cum patre. *Vt addatur gratia capiti tuo: & torques collo tuo.* Iuxta hebræum habetur. *Quia copulatio gratiæ ipſæ capitibus tuis: & torques colli tuis.* Et eſt ſenſus quia ipſæ eruditio & lex erunt copulatio gratiæ capitibus tuis hoc eſt principiis tuis, & torques (hoc eſt circuli, ornamenta colli) erunt collis tuis, hoc ẽ actionibus tuis iungentibus principia, corpori negociationum. Ideo enim filium alloquens dicit capitibus tuis & collis tuis, ut intelligamus q; non proprie de capite & collo, ſed ſecundum ſimilitudinem loquitur. Promittit itaq; audienti præcepta parentum adiungendam gratiam principiis conuerſationis eius, & apponenda ornamenta ſubſequentibus actionibus. Et ſignificat hic gratia uenuſtatem, qua uir ſiue mulier, conſueuit dici q; apparet in oculis aliorum gratioſus, quod vulgo dicimus agratiato. Huiuſmodi enim gratia præcipue apparet in facie, quæ eſt in capite. Et per hoc declaratur præmium in præſenti uita eius qui incipit timere deum parendo, parentibus.

Sapientia comprehẽdit intelligentiã & ſciam.

Quales ueri ſapientes & quales non.

Parentes tenentur nõ ſolum corpora, ſed & animos filiorum alere.

Prima pars honoris debiti parentibus.

Fili mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Iuxta hebræum habetur. *Fili mi ſi incitauerint te peccatores non voles.* Domeſticã doctrinã timoris dei poſtq̃ manifeſtauit a parẽtibus tradi: manifeſtat cõſequenter a peccatoribus corrũpi. E regione itaq; parentũ non diſtinguit extraneos, ſed peccatores, eo q; parentes præſupponit fungi officio parentum recte inſtruẽdo filium. Aduerſus autem rectos ſecundum deum inſtructores, peccatores ſoli militant, utpote a recto recedentes, & obſtare principiis admonet dicendo. Si incitauerint te. Prima enim peccatorum actio ad trahendum aliquem ad peccatum incitatio eſt. Et reſiſtentiam deſcribit in radice interna, quæ maxime eſt in hominis poteſtate, dicendo non uoles. Nihil enim tam eſt in noſtra libertate, q̃ uelle, & negato uelle, tutus quiſq; eſt, ab incitatione externa peccatorum. ¶ *Si dixerint veni nobiſcum.* Non ſat fuit Salomoni admonere filium a peccatorum incitationibus in genere, ſed deſcendit ad ſpeciem, ne inexpertus fallatur ſub ſpecie parui mali annexi magno bono. Huc.n. tendit præſens documẽtum, iuxta hebraicam ueritatem. Introducit enim peccatores ſuadentes adoleſcenti ſub ſpecie diuitiarum, rapinam abſq; effuſione ſanguinis, ut facile adoleſcens ad paruum rapinæ malum trahatur amore diuitiarum abſq; ſanguinis iniuria. *Inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra.* Iuxta hebræum habetur. *Inſidiabimur ſanguini aſcondemus mundo gratis.* Et eſt ſenſus agemus noſmetipſos tanq̃ inſidiantes ſanguini, hoc eſt tanq̃ occiſuri ſimus. Et modum ſubiungit abſcondemus noſmetipſos uiro mundo, uiro qui nos non offendit, qui ſe non cuſtodit a nobis. abſcondemus autem gratis, hoc eſt abſq; ulla cauſa, abſq; ulla irritatione. *Degluttiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrum quaſi deſcendentem in lacum.* Iuxta hebræum habetur. *Glutiemus eos ſicut fouea viuos, & integros ſicut deſcenſores putei.* Hoc eſt non occidemus eos, neq; percutiemus uulnerando eos, ſed ad inſtar foueæ glutiemus eos uiuos, ſiue per foueam intelligas carcerem, ſiue foueam, in quã aliquis cadit uiuus, & illæſus, & ſimiliter glutiemus eos integros, ſine uulneribus, & liuoribus percuſſionum, ſicut deſcẽſores putei, hoc eſt ſicut qui deſcen-

Prima peccatorũ actio ad trahendum peccatũ.

Nihil tam in tua poteſtate q̃ velle & nolle.

dunt in carcerem confiſcatis eorum bonis. Suadent enim peccatores adoleſcenti ꝙ inſidiabuntur quidem tanꝗ percuſſuri, & occiſuri, non tamen occident, aut percutient, ſed capiẽt homines viuos, & illæſos in perſonis, vt adoleſcens horrens homicidia trahatur ad rapinam, tanꝗ paruum malum. *Et omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus.* Superfluit coniunctio &. Fructum inſidiarum promittunt diuitias, quas inueniẽt captis hominibus viuis, & ſententia eſt clara. *Fili mi ne ambules cum eis.* deficit. *in via.* Monet Salomõ adoleſcẽtem vt cũ dicentibus hæc non cõmunicet, ambulando in via electa ad congregandas diuitias. *Prohibe pedem tuum.* hoc eſt affectum tuum. *a ſemitis eorum.* ad acquirẽdas diuitias. Directe enim monet contra ſuaſionem peccatorum, qui dixerunt, veni nobiſcum. *Pedes enim illorum ad malum currunt.* pro. *current, & feſtinabunt ad effundendum ſanguinem.* Rationẽ reddit declinãdi ab eis, quia mentiuntur promittendo, ꝙ non effundent ſanguinem, quoniam pedes eorum feſtinabũt, non ad inſidiandum ſanguini, ſed etiam ad effundendum ſanguinem: & rurſus quia pedes eorum current non ſolum ad bonum diuitiarum, ſed etiam ad malum. Occurrit autẽ

Quæſtio

hic quæſtio de hac particula, quia pedes eorũ current ad malum, eo ꝙ ſupponit adoleſcentem non cognoſcere ꝙ rapina ſit malum. Solutio eſt. Vel ꝙ Salomon rationẽ mali in ta-

Solutio

li modo acquirẽdo diuitias, aperit adoleſcenti. Nemo enim operatur aſpiciẽs ad malum. Et ſic eſt ſenſus, quia pedes eorum current ad malum congregaturi diuitias ex rapina, quia ipſa rapina malum eſt culpæ. Vel (quod potius crediderim) præſupponit Salomon huiuſmodi rapinam non reputari malum, ſicut nec bellum reputatur malum. Peccatores.n. iſti proponunt ſocietatem prædonum, facientium excurſiones quaſi bella. Et propterea dicit, quia pedes eorum current ad malum, appoſitiue feſtinando ad effundendum ſanguinẽ, ac ſi apertius dixiſſet. Eſto ꝙ non reputetur malum huiuſmodi modus congregandi diuitias abſq; effuſione ſanguinis, ſcito tamen ꝙ mentiuntur, quia pedes eorum currẽt ad malum, vtpote feſtinantes ad effuſionem ſanguinis. Effuſio enim ſanguinis reputabatur manifeſte mala. Eſt itaq; ratio iſta, argumentum ad hominem non reputantem ſimilem rapinam malum, reputantem autem homicidium malum. *Fruſtra autem iacitur rete ante oculos pennatorum.* Iuxta hebræum habetur. *Quia fruſtra ſpargitur rete in oculis omnis heri alæ.* Et appellatur

Herus alæ.

herus alæ, animus habens in poteſtate ſua libera vſum alarum. Ratio redditur, quare pedes eorum currunt ad effundendum ſanguinem, afferendo ſimilitudinem ex auium venatione, quæ fit retibus, & conſiſtit ſimilitudo in duobus. Alterum eſt ꝙ ſicut venatores in

Similitudo retium in duobus conſiſtit.

oculis auium ſpargunt rete fruſtra, alterum eſt, & ſicut inſidiantur ſanguini auium ad tollendam eorum vitam, ita viæ omnis raptoris ſubſtantiæ animam dominorum eius tollẽt. Et primum quidem aperitur ꝙ ſocietas huiuſmodi prædonũ eſt vana, ad effectum, quem ipſi prædones proponunt quemadmodum ſparſio retis vana eſt ad capiendum aues, quia manifeſta eſt oculis auium. Et intendit ꝙ ſocietas huiuſmodi prædonum, non poteſt latere, ſed manifeſta erit, ac per hoc homines diuites cauebunt ſibipſis, & rebus ſuis ne capiantur viui, & facultates eorum diripiantur. Per alterum vero intendit, ꝙ quemadmodum inſidiantes auibus tendunt ad occiſionem earum, ita inſidiantes ad inferendam vim, vt diripiant aliena tendunt ad effundendum ſanguinem dominorum rerum. Corrige itaq; literam. *Ipſi quoq; contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas.* Nã iuxta hebræũ habetur. *Et ipſi ſanguini eorum inſidiabuntur, abſcondent animæ eorum.* Et eſt ſenſus, & ipſi venatores, quia fruſtra ſpargitur rete ante oculos auium, vtentur inſidiis ad ſanguinem eorum pennatorum, abſcondẽdo inſtrumenta venatoria ad vitam tollendam eorundem. Hæc eſt.n. ſecunda pars ſimilitudinis, deinde immediate ſubiungitur ſimilitudinis applicatio. *Sic viæ omnis raptoris ſubſtantiæ; animam dominorum illius tollet.* Mutatur enim plurale in ſingulare frequenter apud hebræos. Et ſignificanter nominat raptorem, qui violentia vtitur, ad differen-

Differentia raptoris & furis.

tiam furis qui nititur occulte tollere aliena. Et per hanc ſimilitudinem intenditur ꝙ prædonum ſocietas, quum non poſſit latere, & rapere ſalua vita diuitum, oportet vt tendant ad ſanguinem effundendum reſiſtentium ſeu cauentium, vt poſſint rapere res eorum.

Dicitur ſonare, clamare quacunq; ex cauſa id fiat ſiue fletus, ſiue gaudii.

Sapientia foris prædicat. Iuxta hebræos habetur. *Sapientiæ foris cantabunt.* Declarato ſubiecto ſapientiæ (ꝙ videlicet eſt timens Deum) ex domeſtica doctrina, declarat conſequenter ex doctrina publica, ꝙ ſapiẽtiam atq; eruditionem ſtulti deſpexerunt, quod fuit alterum propoſitorum. Et primum quidem in genere dicit. Sapientiæ foris cantabunt, hoc eſt, non ſolum domi diſcitur ſapientia, vt traditur a parentibus, ſed ſapientiæ multæ cõmenſuratæ diuerſis qualitatibus perſonarum foris extra domũ cantabunt, hoc eſt voce perceptibili & ſuaui loquentur. Modus autem loquendi non manifeſtatur in litera, & eſt triplex

Triplex cantãdi modus ſapientiæ.

vel per opera naturalia, ſeu miraculorum. Nam per naturalia opera locuta eſt ſapiẽtibus,

qui cum

qui cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerũt, per miracula uero locuta eſt Egyptiis & Cananæis inimicis Iſraelitarum, vel per doctores, ſeu prophetas, vt frequenter legimus & videmus, vel per internam inſpirationem, quam aliqui ſequuntur, & aliqui non. Deinde diſtinguendo per partes nominat tria contenta ſub hoc, quod dixerat foris, quorum primum eſt. *In plateis dat vocem ſuam.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *In latitudinibus dabit vocem ſuam.* Secundum eſt. *In capite turbarum clamitat.* Iuxta hebræum habetur. *In capite tu- multuantium vocabit.* Tertium vero eſt. *In foribus portarum vrbis profert verba ſua dicens.* Parui quoq; refert ꝙ hebraice habetur. *In introitibus portarum in ciuitate dicta ſua dicet.* Et per hæc tria comprehendit omnia hominum genera. Nam in latitudinibus homines in villis & tentoriis habitantes, in tumultuantibus homines congregati ad bella & huiuſmodi, in introitibus portarũ ciues principali parte, (hoc eſt iudicibus & ſenibus in porta ſedẽtibus) ſignificant̃, vt ꝙ cognoſcatur nullus eximitur ab audiẽda ſapientia, nullũ ſapientia excludit a doctrina ſua

Tria hominum genera

Quod autem dicitur in capite, ſignificat, vel in principio, quia in principio apparatus bellici præcipue exercetur ſapientia, vel in principe, quia ad principes belli præcipue dirigitur ſapientiæ ſermo, vel in eminentia, quia tanq̃ ex ſupernis tãgit ſapientia militares viros, qui a tumultu nominantur, eo ꝙ congregationes magnæ ſonare conſueuerunt rumorem, qui tumultus hic appellatur.

In capite quot modis poſſit intelligi.

Vſquequo paruuli diligitis infantiam. Iuxta hebræum habẽtur hæc tria ſic *Vſquequo ſimplices amabitis ſimplicitatem, & deriſores deriſionem cupient ſibi, & ſtulti odio habebunt ſcire.* Simplicitas hoc in loco nomen eſt vitii, alioquin nõ ſupputaretur inter uitia, nec reprehenderet̃ eius amor, ſonat autem uitium oppoſitum prudentiæ, hoc eſt in curiam calendi agenda & uitanda.

Cupierunt

Sunt.n. quidam qui negligunt ingenioſa media ad uerã fœlicitatem aſſequẽdam, & hi appellantur ſimplices, & arguuntur ꝙ diligunt perſeuerare in hmõi incuria. Deriſores uero ueræ fœlicitatis, arguuntur ꝙ perſeuerant, cupiendo deriſionẽ ſibi ipſis. cupiendo inq̃ non affectu, ſed facto, futuram in alia uita deriſionem ipſorum imet. Deridebuntur.n. tunc qui nunc derident ſtudentes peruenire ad æternam fœlicitatem. Stulti autem ſecundum ſupremum diuini iudicii tribunal male iudicantes (vtpote non credentes Deum habere curam humanorum actuum in ſingulari) increpantur ꝙ perſeuerant in odio ſciendi ueritatem diuinæ prouidentiæ. Et uerẽ odio habent ſcite diuinam prouidentiam erga ſingularia tanq̃ malum, tanq̃ indignum diuina celſitudine.

Simplicitas in malam partem quæ ſit.
Simplices qui ſint.
Deriſores qui
Stulti qui.

Et in his tribus generibus peccatorum comprehenduntur peccatores omnes perſeuerantes in peccatis, pro quanto omnes reducuntur ad aliquod horũ trium generum.

His tribus generibus peccatorũ reliqua comprehenduntur.

Conuertimini ad correptionem meam. Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Reuertimini ad increpationem meam.* Monentis ſunt uerba, ut quandoq; reuertantur ad ſeipſos audiendo increpationem ſapientiæ, quæ ut dictum eſt multipliciter fit. *En proferam vobis ſpiritum meum.* Dictio interpretata proferã non plene redditur, quoniam ſignificat proferre abundanter. Promittit ſapientia pœnitẽtibus perfectionem utriuſq; partis animi, uoluntatis.ſ. & intellectus, & quo ad uoluntatem quidem promittit. En proferam abundanter uobis ſpiritum meum, impulſum internum ſapientiæ, quod eſt magnum donum. Et uerificatur iſta oblatio quantum eſt ex parte ſapientiæ. Niſi enim homo ponat obicem, minus ſe diſponens datur ei abundanter internus ſapientiæ impulſus ad ſapienter agendum loquendum, tacendum, &c.

Quomõ totus animus perficitur ſapientia.
Donum ſapientiæ non ponentibus obicem.

Quo ad intellectũ uero ſubiungitur. *Et oſtendam vobis verba mea.* Iuxta hebræum habetur. *Faciam vos ſcire verba mea.* Magna intellectus pfectio eſt ſcire uerba ſapientiæ, & uerificatur hmõi ſcire in omnibus iuſtis relatiue ad uitã æternam. Quilibet.n. iuſtus ſcit ſapientiæ uerba ſibi opportuna ad uitam æternam. *Quia vocaui & renuiſtis.* Ad impœnitentes ſermonem ſapientia dirigit, & uocationem manum, cõſilium ac increpationem ſuam deſpici cõmemorat. Et uocatio quidem beneficium excitandi, extenſio uero manus, oblationem auxilii, conſilium autem inſtructionem ad eligendum bona, increpatio demum reſpectu malorum eſt.

Quadruplex bñficium ſapientiæ reſpectu impœnitentium.

Parui autem refert ꝙ iuxta hebræum legendum eſſet. *Et euertiſtis omne conſilium meum, & increpationem meam non voluiſtis.* Euertunt enim ſapientiæ conſilium uniuerſum poſt habentes diuinam prouidentiam circa humanas actiones in particulari.

Deſtruxiſtis, neglexiſtis.

¶ *Ego quoq; in interitu veſtro ridebo.* Dictio interpretata interitu ſonat fractionem. Directe ſiquidem riſus refertur ad deriſores. non ꝙ diuina ſapientia riſura ſit proprie, ſed ad inſtar ridentis deſcribitur ad ſignificandum ꝙ pœnas debitas reddet eis, qui noluerunt eam, & humano more correſpõdentes peccatis pœnas deſcribit. Intendit autem per fractionem mortem. *Et ſubſanabo cum vobis id quod timebatis aduenerit.* Iuxta hebræum habetur. *Subſanabo veniente timore veſtro.* Idem ſignificatur, ſed alia ratione, ſumitur.n. timor pro re, quam timemus. Negligentes enim ea quæ ſunt ſapientiæ, nõ timent malum aliquod futuræ uitæ, ſed duntaxat mortem, (quam ultimum terribilium credunt) & alia

Quare mors fractio & timor appelletur.

præſentis vitæ mala. Mors ergo appellatur fractio relatiue ad vires corporis, appellatur & timor veſter, hoc eſt nolentium ſapientiam, quia eſt apud eos vltimum quod timent. *Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit, quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia.*

Duæ dictiones Zara & Zuca.

Iuxta hebræum habetur. *Veniente ſicut deſolatione timore veſtro, & fractione veſtra ſicut turbine, ueniente ſuper uos anguſtia, & anguſtia.*

Qualis ſit mors impiiorum ex triplici capite declaratur.

Declarat qualis eſt mors iſtorũ, quæ appellata eſt timor & fractio eorum. Declarat aũt tripliciter, Primo ꝙ venit ſicut deſolatio, deinde ꝙ venit ſicut turbo, & demum ꝙ venit cum anguſtia & anguſtia. Oportuit autem a ſapientia declarari iſtas conditiones mortis iniquorum ad manifeſtandũ ꝙ mors non eſt huius vitæ priuatio tantum, ſed annexa habet multo peiora futuræ vitæ mala. Propterea.n.deſcribitur, ꝙ veniet ſicut

Mors vt deſolatio.
Mors vt ventus.

deſolatio priuans deſolatum omni bono extrinſeco, & ſimiliter deſcribitur veniens vt vẽtus vehemens, propellens ad extranea, vt intelligamus ꝙ peccator moriens remanet viuus ſecundum ſpiritum. Propterea.n.deſcribitur miſer tanq̃ deſolatus, & tanq̃ propulſus a vẽto vehementi. Nam & deſolatus viuit, & propulſus a uehementi uento uiuit. Vnde & demũ miſeria eius deſcribitur ex multiplicatis vndiq; anguſtiis. Viuit.n.qui undiq; anguſtatur. In tali itaq; miſeria peccatorum dicit ſapientia ꝙ ridebit, & ſubſannabit, deriſibiles & ſubſannabiles reddendo eos. *Tunc inuocabunt me & non exaudiam, mane conſurgent, & non inuenient me.* Quod interpretatum eſt mane conſurgent, legendum iuxta hebræum eſt. *quærent me.* Lege

Mors vt anguſtia.

Euangelium, & inuenies diuitem in tormentis inuocantẽ. Pater Abraam miſerere, &c. & intelliges verum eſſe, quod hic ſcribitur de damnatis, tunc inuocabunt, & non exaudiam,

Diues in inferno clamauit, nec inuenit.

quærent me & non inuenient. Quæſiuit.n.diues ille ſapientiam ſaltem pro fratribus nec inuenit. *Eo ꝙ exoſam habuerint diſciplinam.* Quatuor hæc iuxta hebræum legenda ſic ſunt. *Pro eo ꝙ oderunt ſcire, & timorem iehouah non elegerunt, non uoluerunt conſilium meum, irritauerunt omnem increpationem meam.*

Ratio non exaudiendi poſt mortem.

Ratio non exaudiendi poſt mortem redditur, quia perſeuerarunt in his quatuor iniuriis ſapientiæ, & ex hoc ipſo ꝙ ex peccatis præteritis ratio redditur nõ exaudiẽdi inuocãtes & q̃rentes, habetur ꝙ de inuocantibus poſt mortem, & q̃rentibus poſt mortem eſt ſermo. Peccata enim præterita non ſufficiunt ad impediendum exauditionem inuocantium in hac vita, quoniam in quacunq; hora ingemuerit peccator, promittitur venia. *Comedent*

Pœna ſenſus.

igitur. Declarata pœna damni, ſubiungitur pœna ſenſus dicendo, & comedent de fructu viæ ſuæ (non comedent de fructu viarum ſapientiæ, ſed de fructu viarũ propriarum iniquarum) & ſaturabuntur de fructu conſiliorum ſuorum. Pœnas enim luent tanq̃ comedentes vſq; ad ſacietatem. *Auerſio paruulorum.* Iuxta hebræum habetur. *Quia error ſimplicium occidet eos, & pax ſtultorum perdet illos.* Reſoluit redeundo ad primo propoſitos timentes Deum, & ſtultos. Cum prius reddiderit pro cauſa damnationis iniurias ſapientiæ, modo adiungit declarando fructus viarum, & cõſiliorum ſapientiam nolentium, fore mortẽ & perditionem. Nec eſt ſermo de morte corporis, ſed de morte æterna, ac perditione animæ. Vbi &

Error imprudẽtiæ non venialis.

illud annotabis ꝙ ſimplicium (hoc eſt imprudentium) error aſſeritur interfector eorum ne putes venialem eſſe errorẽ imprudentiæ. *Qui autem me audierit.* E regione meriti & pœnæ ſimplicium atq; ſtultorũ collocat meritum, ac præmium audientium ſapientiam. *Abſq; terrore quieſcet, & abundantia perfruetur, &c.* Iuxta hebræum. *Habitabit confidenter & requieſcet a timore malorum.* Illorum pœna non credita differtur in alteram vitam, iſtorum præmium incipit in hac vita, in qua iuſti habitant confidentes in Deo, & inde quietem animi ſortientes a timore malorum futuræ vitæ. Expectant.n.aduentũ domini ad gloriam, &c. Poteſt quoq; particula iſta intelligi de corporalibus bonis promiſſis in lege Moyſi obedientibus legi diuinæ. Ex eo enim ꝙ Salomon inſtruit filium, non incongrue intelligimus ꝙ ſapientia introducitur alloquens filios ſub lege omnes, & in calce præmiorum, ac pœnarum, commemorans pœnas, ac præmia pollicita à lege in terra promiſſionis, vt etiã ex malis, ac bonis imminentibus in præſenti vita alliciat ad ſapientiam, & retrahat ab inſipientia.

CAP. II.

Secundum dogma.

FILI *mi ſi ſuſceperis.* In primo capitulo dictum eſt. Audi fili mi, &c. & primum documentum paternum explicatum eſt, vt caueat filius ab incitationibus, & ſuggeſtionibus peccatorum. In hoc autem capitulo, ſecundum documentum paternum explicatur, vt filius attentas habeat aures ſapientiæ. Iuxta hebræum enim vnica habetur ſententia ſic *Fili mi ſi ſuſcepes dicta mea, & mandata mea recondes tecum, ad faciendum attendere ſapientiæ aures tuas.* Et ſtatim ſubiungitur fructus huiuſmodi attentionis dicendo. *Inclinabis cor tuum intelligentiæ.* Vide progreſſum. primum dixit, Audi fili mi eruditionem patris tui. Modo aperit modum

audiendi dicendo, fili mi, ſi ſuſcipies dicta mea, & recondes tecum, ita ut non uane audias & obliuioni tradas, ſed recondas tecum ad hoc, ut attendas ad diſcendum ea, quæ ſunt ſapientiæ (auditus enim ſenſus eſt diſciplinæ) habebis fructus ſubiunctos, quorum primus eſt, ꝙ inclinabis cor tuum intelligentiæ, hoc eſt ſubiicies uoluntatem tuam his, quæ intelliges. Magnum Dei donum eſt, vt homo bonis, quæ intelligit amanda, ſubiiciat cor ſuum. Videmus enim & probamus ſæpiſſime bona, & tamen ſequimur mala. Ex hoc itaq; ꝙ filius ſtudet ad hoc, ut diſcat ſapere aſſequitur fructum hũc, ꝙ ſubiicit cor ſuum intellectis. *Si enim ſapientiam inuocaueris & inclinaueris cor tuum prudentiæ.* Iuxta hebræum habetur. *Quia ſi intelligentiam uocaueris, intelligentiæ dabis uocem tuam.* Ecce fructus ſecundus ex eodem ramo, uocare enim intelligentiam ſpectat ad attentionem diſcendi. Fructus autem eſt etiam uocẽ hoc eſt ſermonẽ dare intelligentiæ, ita ꝙ qui nõ ſolum cor, ſed etiam locutionem ſubicit intelligentiæ intus & extra acquirit ſeipſum regulatum ſapientia. *Si quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam.* Dictio interpretata effoderis ſignificat inquirere. Interpres.n. ſpeciem pro genere poſuit. Diligentiam diſcendi deſcribit, a ſimilitudine quærentis argentum, & theſauros, perinde ac dixiſſet. Si attenderis ad diſcendum ſapientiam ſimili affectu, ac ſtudio quo inquiruntur theſauri crediti alicui (quõ homines querunt ditari) cõſequeris fructum tertium. *Tunc intelliges timorem domini.* Nomen eſt. *iehouah.* Hoc eſt tunc intelliges timendo a ſummo Deo. Diſcernes enim metuenda a nõ metuendis relatiue ad Deum fontem eſſendi, nec timebis quæ mundani timent. *Et ſcientiam Dei inuenies.* Nomen eſt. *Elohim.* Hoc eſt, & inuenies ſcire ſecundum Elohim.i.iudicem vniuerſorum. Itaq; tertius iſte fructus integratur ex intelligere timenda a Deo, & ſcire ſecundum rationem ſummi iudicis. *Quia dominus dat ſapientiam, & ex ore eius ſcientia & prudentia.* Iuxta hebræum habetur. *Quia iehouah dabit ſapientiam, de ore eius ſeruo & intelligentia.* Modus quomodo fructus iſti acquiruntur manifeſtatur, ne putaretur, ꝙ ex ui humani ſtudii naſcerentur fructus iſti in homine tanq̃ ex cauſa ſufficiente, ſed cognoſceretur ꝙ humanum ſtudium concurrit ad fructus ſapientiæ, vt præparatio & diſpoſitio, Deus autem ut largitor. Propterea enim dicit, quia iehouah dabit ſapientiam intra nos operando, & rurſus quia ex ore eius (hoc eſt ex reuelatione ipſius Dei) proficiſcitur & ſcire & intelligere humanũ. Niſi enim Deus reuelaſſet ea, quæ ſunt prouidentiæ, eius & æternæ uitæ, æterniq; ſupplicii, ignoraremus, & nec ſcire nec intelligere ſecundum Deum eſſet in nobis. *Cuſtodiet rectorum ſalutem.* Iuxta hebræum habetur. *Et recondet rectis legem.* Dixerat inquirendam eſſe ſapientiam ſicut reconditum theſaurum, explicat conſequenter apud quem recondita eſt ſapientia, uidelicet, apud Deum, qui recondit eam non ut priuentur homines illa, ſed ut det illam hominibus non omnibus (quia reſpuentes eam reddunt ſe indignos) ſed rectis quidem ſub forma legis, eo ꝙ rectos efficit aliorum legem. Rectũ enim eſt iudex ſui & obliqui. *Et proteget gradientes ſimpliciter.* Iuxta hebræum habetur. *Scutum ambulantibus in puritate.* Hoc eſt ambulãtibus autem pure recondet Deus ſapiẽtiam, ut ſcutum eo ꝙ pure ambulãtes tanq̃ ſcuto tuetur illorum puritate, & hoc frequẽter uidemus in hominibus rectis operãtibus abſq; dolo & fraude animo puro. *Seruans ſemitas iuſtitiæ.* Iuxta hebræum habetur. *Ad cuſtodiendum ſemitas iudicii.* Ecce ad quid dat & recondit Deus, & duo fines explicantur, alter ad cuſtodiendum uias iudicii in maioribus, qui iudicant alios, alter eſt. *Et uias ſanctorum cuſtodiens.* Iuxta hebræũ habetur. *Et uiam miſericordium eius cuſtodiet.* Dictio interpretata miſericordium ſignificat proprie gratiam facientes, non enim ex paſſione miſericordiæ, ſed ex ſpontaneo animo dãtes ſignificat, & additur pronomen eius, ad differentiam eorum, qui non propter Deum liberaliter donant. Eſt itaq; alter finis, cuſtodire uiam eorum, qui liberaliter donant propter Deum. *Tunc intelliges.* Iuxta hebræum legendum eſt. *Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium, & rectitudines omnis uiæ bonæ.* Paulo ſuperius dixit ſi quæſieris eam ſicut theſaurum, tunc intelliges timorem iehouah, ſignificando per tunc, tempus quo toto affectu ac ſtudio homo diſpoſitus eſt ex parte ſui ad diſcendum ſapiẽtiam. Modo uero dicit. Tunc intelliges iuſtitiam, demonſtrando tempus ex parte Dei, quo uidelicet Deus dat ſapere, & intelligere, &c. & eſt ſermo de intellectione practica, qua intelligimus ad agendum, quæ eſt ratio iuſtitiæ, iudicii, & rectitudinum ſecundum omnem uirtutem. *Si intrauerit ſapientiam cor tuum.* Iuxta hebræum habetur. *Quia ueniet ſapientia in cor tuum, & ſcire animæ tuæ dulcebit.* Effectus diuinæ largitatis redditur pro cauſa euadẽdi ſubiuncta mala. Aduentus enim ſapientiæ in cor hominis, ſic ꝙ animo hominis delectabile ſit ſcire ea, q̃ ad Deum ducunt, effectus eſt diuinæ largitatis in attendente toto ſtudio ad diſcendum ſapientiam. Et propterea ab hoc effectu incipit ſecunda pars huius documenti. Ita ꝙ prius declarauit fructus huius documenti quo ad aſſecutionem boni. Modo uero declarare intendit

Primus fructus ſapiæ.

Magnum Dei donum operari bona quæ nouimus.

Datiuus
Alia dictio.

Secundus fructus ſapientiæ, eſt regulari intus & extra.

Tertius fructus ſapiæ.

Non ex ſtudio humano naſcuntur fructus ſapiæ ſed ex largitiõe diuina.

Quare Deus recondat ſapientiam.

Eſt vna dictio ſcilicet thom.i. pfectionis integritatis vel perfecte immaculate aduerbialiter.

Propter duos fines dat Deus & aſcõdit ſapiam.

Secũda pars documenti pullulãs ex effectu diui-

næ ſapiæ in corde hbis

fructus eiuſdem quoad uitationem mali. Cauſa itaq; uitandorum malorum, quæ ſubiunguntur deſcribitur, dicendo quia ueniet ſapientia, &c. *Conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te.* Iuxta hebræum habetur. *Cogitatio cuſtodiet ſuper te, intelligentia cuſtodiet te.* Modus deſcribitur quo interna ſapientia facit euadere a ſubiunctis, & eſt modus iſte uidelicet, ꝙ cogitatio tanq̃ cuſtos vigilans ſuper te erit. Multi.n.incidunt in malum, eo ꝙ carent quandoq; cuſtodia cogitationis vigilis. Non cogitant.n.non aduertũt latentes laqueos, ſeu dolos, non cogitant imminentia pericula. Et propterea cui dulce eſt ſcire, vtitur vigilãtia cogitationum, ſuper ſeipſo quaſi cuſtodibus. Et inde conſequẽter proficiſcitur ꝙ intelligentia efficaciter cuſtodit a malo. Cogitando.n.ac penſando quæ occurrunt, emergit intelligentia penetrãs laqueos, dolos, pericula, &c. & ſic cuſtodit a malis. *Vt eruaris a uia mala.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Faciente euadere te a uia mali ab homine loquente uerſutias.* Duo mala ſubiungitur alterum a viris, alterum a mulieribus.

Vigilantia iuſti cuſtodia eius.

Fructus primus cuſtodiæ ſapientis.

Fructus itaq; cuſtodiæ primus eſt efficacia ad euadendum a via viri mali, appoſitiue a viro loquẽte verſutias. Præſupponiẽ enim adoleſcẽs in periculo, ut illaqueetur ſermonibus viri verſuti, & trahatur ad viam alicuius mali operis. *Qui relinquuntur.* Deſcribit genus hominum a quibus euadet. Deſcribit autẽ non ab aliqua ſpecie peccati, ſed ab iis, q̃ ſunt comunia peccatis omnibus. videlicet, a derelictione viarum rectitudinis, & ambulatione in viis obſcuritatis. Hæc enim comunia ſunt peccantibus omnibus. *Qui lætantur.* Iuxta hebræum habetur. *Quia lætati ſunt ad faciendum malum, exultabunt in uerſutiis.* Ideo de peruerſis in genere loquitur, quia de peccatoribus delectationis gratia tractat.

Comunia oĩbus peccatis euadet iuſtus.

lætantes

Rationem ſiquidem reddit quare relinquunt uias rectas, & ambulant in tenebris, quia lætati ſunt & gaudebunt malis. Quemadmodum itaq; in præcedenti capitulo monuit filium, vt caueret ſibi a peccatoribus propter bonum utile, ita conſequenter in hoc capitulo monetur filius, ut euadat a peccatoribus propter bonũ delectabile, qui longa cõſuetudine deſcribuntur, delectari malis operibus dicẽdo in præterito lætati ſunt, & in futuro gaudebũt, ſeu exultabunt.

In præcedẽti capite docuit filium cauere a bono vtili, in pręſenti vero a delectabili.

Quocirca præmiſit paulo ante dulcedinem ſapientiæ, in animo filii, ut delectatio ſapientiæ contineat filium a delectatione peccatorum. Et hinc prudẽs lector haurire potes, q̃ ordinate procedit Salomon inſtruẽdo filium. *Quorum uiæ peruerſæ.* Proſequitur deſcriptionem iſtorum. Deſcripſerat ſiquidem ab omiſſione uiarum rectitudinis, deſcribit modo conſequenter a commiſſione, dicendo, quorum viæ tortæ, ſic enim iacet in hebræo, & immediate ſubiungitur. *Et peruerſitates in ſemitis eorum*, hoc eſt artiores viæ eorum ſunt peruerſæ, & latæ uiæ ſunt tortæ, & omnium ratio deſcribitur delectatio in medio collocata pro cauſa.

Semitæ

Vt eruaris a muliere. Intendens Salomon monere filium, ut caueat ſibi a peccatoribus trahentibus ad bonum delectabile, introducit prius viros, q delectantur malis deinde mulieres alienas, quæ ſuapte natura trahunt ad malũ delectabile. Continuatur.n.litera hæc cũ ſupius ſcriptis, qa veniet ſapientia in cor tuum, &c. Prius enim ſubiunxit euaſionem a viris, modo ſubiungit euaſionem a mulieribus. Nam iuxta hebræum ſcribitur. *Ad faciendum euadere te a muliere extranea, ab aliena quæ dicta eius molliuit.* Ad differentiam mulieris propriæ, vel tendentis ad hoc, ut ſit propria dicitur mulier extranea, & aliena. *Et relinquit ducem pubertatis ſuæ.* Hoc eſt maritum, explicat enim particulam, aliena. *Et pacti Dei ſui oblita eſt.* Nominatur hic Deus. *Elohe.* Fœdus enim coniugale uere eſt fœdus Elohe, hoc eſt inſtitutum a Deo gubernatore omnium.

Sonat pueritiam, ſeu adoleſcentiam.

Fœdus coniugale.

Et per huiuſmodi adulteram manifeſte trahentem ad malum delectabile blandis dictis, intellige comprehendi reliqua mulierum genera ad delectabile malum trahentium. *Inclinata eſt.n.* Iuxta hebræum habetur. *Quia inclinauit ad mortem domum ſuam, & ad mortuos uias ſuas.* q̃ magnum ſit malũ, quod euadit filius euadendo ab hmõi mulieribus deſcribitur a domo, & uiis mortiferis, & nomine domus intelligitur delectatio, quam inhabitat tanq̃ domum, quæ ſe totam delectationi dedit. Delectationem ſiquidem naturalem inclinauit ad mortem animæ, & uias illius delectationis, ad mortuos, dum dedit ſe delectationi uenereorum illicitorum. Nec declino a literali ſenſu, ſed memor parabolici ſtili expono ad literã, ut congruit materiæ tam hæc, q̃ ſubiuncta.

Habetur rephaim.

Quam magnum malũ euadat fugiens mulieres

Domus pro delectatiõe

Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertentur. Pronomen eam demonſtrat domũ, hoc eſt delectationem huiuſmodi. Et uerum dicit abſq; ullo ſcrupulo, quia inſatiabilis eſt appetitus delectabilis quatenus delectabile. Hinc enim fit, ut peccatores ex delectabili, ut ſic peccent inſatiabiliter, ac per hoc non reuertantur, ſed ſemper ad delectabile tendant. Et conſequenter nunq̃ apprehendent uias uitæ ſpiritualis, ſed ſemper ibunt per uias delectabiles, quæ ſunt viæ ad mortuos, & in præſenti ſecundum ſuperiorem partem animæ, & in futuro ab æternæ uitæ participatione excluſos. *Vt ambules in uia bona.* Iuxta hebræum habetur. *Io ꝙ ibis in uia bonorum.* Poſt deſcriptas euaſiones a malo delectabili, tum a uiris, tum a mulieribus,

Inſatiabilis appetitus delectationis atq; inde eſt inſatiabilitas peccatorum.

ſigillatim, reddit rationem utriuſq; ſimul dicendo, quia ibis in via bonorum, & uias iuſtorum cuſtodies, refertur.n. hæc ratio ad utranq; euaſionem. *Quoniam recti ſunt habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea.* Legendum iuxta hebræum eſſet, *Et immaculati remanebunt in ea.* Parabolicus eſt ſermo. Diſparitas ſiquidem inter delectationem ſapientiæ, & delectationem peccatorum deſcribitur ex ſimilitudine remanentium in terra, & eorum, qui euelluntur a terra. Intendit.n. ꝙ rectorum & immaculatorũ delectatio perſeuerabit, ita ꝙ nec per mortem tolletur. Impii autem ex fundamento delectationum ſuarum excidentur, & eradicabũtur. Confer pœnam hãc cum pœna deſcripta in calce præcedentis capituli. Ibi nanq; peccatores propter bonum utile interficiendi deſcribuntur, hic autem peccatores propter delectabile bonum excidendi, & eradicandi de terra ſcribuntur, eo ꝙ inſatiabiliter delectatio tenet eos radicatos, & ſimiliter hic promittitur iuſtis ꝑpetuitas in terra, ibi vero habitatio abſq; timore, quia ibi de præſenti uita, hic autem de futura eſt ſermo. Poteſt tamen particula hæc tota ab illo loco, eo ꝙ ibis in uiam bonorum, referri ad promiſſa bona p̃ntis uitæ in lege Moyſi, ut poſt ſpiritualia ſupraſcripta alliciat filiũ Salomon, etiam per bona & mala corporalia. Et ſic litera eſt clara, quoniam in lege promittitur rectis perpetuitas in terra promiſſionis, impiis autem exterminatio indicitur. Corrige itaq; literam vltimi verſiculi. *Et impii de terra excidentur, & peccatores eradicabuntur ex ea.* Dictio enim interpretata peccatores ſonat mendaces ſeu mentitores. Hebræi enim peccantes in Deum nominant a mentiendo, eo ꝙ a ueritate diuini fœderis recedendo mentiuntur Deo.

Diſparitas inter delectationem ſapientiæ & delectationem ſenſuum.

Quare pctõres mendaces apud Hebræos.

CAP. III.

FILI *mi ne obliuiſcaris legis meæ & præcepta mea cor tuum cuſtodiat.* Vide ordinem. Poſt attẽtum ſtudium ad diſcendum ſapientiam, præcipitur memoria eorum, quæ didicit, dicendo, fili mi, ne obliuiſcaris legis meæ, & quoniam non de recordatione pura, ſed de recordatione practica (de qua ſcriptum eſt, & memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea) eſt ſermo, ideo adiungitur, & cor tuum cuſtodiat præcepta mea, hoc eſt voluntas tua curam habeat ſeruãdi præcepta mea. Rurſus cerne ordinem ex parte bonorum. Nam primum monuit filium ne ſeducatur a peccatoribus propter bonum utile. Secundo monuit cauere trahentes ad malũ propter bonũ delectabile. Et propterea nũc tertio monet ſeruari in memoria practica bonum honeſtum, quod continetur in lege & præceptis paternis. *Longitudinem enim dierum & annos uitæ, & pacem apponent tibi.* Tria ſub præmio huiuſmodi memoriȩ contineri dicuntur. Primum eſt, longitudo dierũ promiſſa a Deo honorantibus parentes, de quorum nũo eſt proculdubio filius memoria practica ſeruans parentũ mandata. Promittitur itaq; longitudo dierum in præſenti uita, & ne longitudo dierum miſera formidetur exponendo adiungitur, & annos uitæ, non annos qui ſunt dilationes mortis, ut ſunt anni ægritudinũ, ſeruitutis, oppreſſionũ & anguſtiarum, & ne longitudini dierum cum annis uitæ aliquid deſit adiungitur & pacem. Pacis.n. nomine uniuerſum Hebræi comprehendunt bonum. *Miſericordia & ueritas non te deſerant.* Dictio interpretata miſericordia interpretanda eſt gratia, eſt enim dictio illa vſitata, quæ non ſignificat paſſionẽ miſericordiæ, ſed proprie gratiam, ut alias diximus. Modus ſeruãdi in memoria practica paterna mandata traditur, deſcendendo ad præcepta boni honeſti. Prius quidem in genere, & deinde in ſpecie, in genere autem duo generaliſſima mandata traduntur. Alterũ de gratia, qua ex noſtro libero animo benefacimus alteri, non ex debito, non ex paſſione. Alterũ de ueritate, qua, excluſa oĩ fictione adequamus facta dictis, uerba cordi, cor debitis. Gratia itaq; eſt qua gratuita, ueritas qua debita exhibemus. Harum duarum uirtutum indiuidua ſocietas, aſſiduaq; exercitatio demonſtratur quaſi ars memoriæ practicæ reſpectu boni honeſti dicẽdo, gratia & ueritas nõ deſerant te, & ſubiũgendo. *Circunda eas gutturi tuo.* Pater ut refert ꝙ hebraice habetur. *Liga eas ſuper colla tua.* Ad inſtar alligantis pendulum aliquod ex utraq; colli parte ante pectus, ut ſemper habeatur prȩ oculis, deſcribit ſtudia. Nam quẽadmodum collum iungit corpus capiti, ita humanum ſtudium iũgit corpus actionũ humanarum capiti quod eſt lumen rectæ rationis. Alligandæ virtutes præcipiuntur collis, hoc eſt humanis ſtudiis, humaniſq; conatibus, ut nõ deſerant hominem, ut non ſubterfugiant exercitationem. *Scribe eas ſuper tabulas cordis tui.* Intus firmandæ mandantur in corde, in uoluntate & in uniuerſo affectu. Foris uero (hoc eſt quo ad opera) alligandæ ſtudiis. Sic enim non trademus obliuioni paternã legem. *Et inuenies gratiam & diſciplinam bonam.* Iuxta hebræum habetur. *Et inuenies gratiam & intellectum bonum in oculis Elohim, & Adam.* Ideſt hominis.

Memoria practica qualis.

Qui ſint anni vitæ.

Sub nomine pacis vniuerſum comprehẽditur bonum quia bonum nil aliud eſt ꝙ ordo tranquillus. Conſiſtit.n. in ſpẽ modo & ordine.

Duo generalia præcepta boni honeſti.

Fructus comitatus harum duarum uirtutum deſcribitur, inuentio gratię coram Deo ſummo iudice, & hominibus Nec ſumitur gratia hic ut prius, ſed eſt ſermo de gratia, qua ſiue uenuſtate faciei, ſiue uenuſtate morum uel officiorum, homo dicitur gratioſus in oculis aliorum uel principis. Et ſcito ꝙ iuxta hebræum legendum eſſet. *Et inuent* in ſecunda perſona imperatiui, & eſt ſenſus. Et per has uirtutes progrediendo tandiu quære, donec inuenias gratiam & intellectum bonum quo ad uſum, ad differentiam utentium intellectu ad

Quinq; mādata ſm relationem ad Deum.

malum. *Habe fiduciam in domino.* Nomen eſt tetragrammaton. Quinq; mandata relatiue ad Deum ſubiūgit, videlicet ſpei, fidei, timoris, honoris exterioris, & patientiæ, & omnia ſpectant directe ad ueritatem, qua debita perſoluimus Deo. Et mandantur nihilominus hæc, non ſolum ut debita Deo, ſed etiam ut ex parte operantis induunt modum gratiæ, vt ſcilicet ſpontaneo animo fiant. Sic enim induunt modum gratiæ, quoniam hęc niſi ſpontaneo

Fiducia in Deo ex toto corde.

animo fiant, parum proſunt ad ſeruandū paternas leges memoria practica. Primum itaq; mandatum ad ſeruandum bonum honeſtum datur de fiducia in ſummo Deo ex toto corde, ita ꝙ non pars cordis confidat in Deo & pars in prudentia tua. E regione ſiquidem fiduciæ in Deo ſcribitur. *Et intelligentiæ tuæ ne innitaris.* Et quia de intelligētia practica eſt ſermo, conſequens eſt, ut per fiduciam in Deo intelligamus fiduciam in prouidentia diuina

Inniti prudentiæ quomodo vitioſum.

non in ſemicorde, non uacillando, ſed ex uniuerſo corde. Prohibetur autem filius inniti intelligentiæ, ſeu prudentiæ propriæ non excludendo illam penitus, ſed ut diſtinguitur contra prouidentiam diuinam. Inniti ſiquidem prudentiæ propriæ contingit dupliciter, vel utendo intelligentia propria, ut parte quadam prouidentiæ diuinæ de agendis a te, & ſic

Dupliciter cōtingit inniti propriæ prudētiæ

inniti propriæ intelligentiæ non prohibetur, imo excludere illam eſſet fatuum, uel utendo propria intelligentia ut totali fundamento actionum & euentuum, & ſic prohibemur inniti prudentiæ propriæ. Nā ſic aduerſatur prouidentiæ diuinæ. *In omnibus uiis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos.* Iuxta hebræum habetur. *In omnibus uiis tuis cognoſce eum, & ipſe diriget uias tuas.*

Alia dictio; & dē ſonare propriè ſemitas.

2. præceptum de fide.

Poſt præceptum de ſpe, apponitur præceptum de cognitione Dei, quam proculdubio habemus ex fide. Præcipiendo autem cognitionem Dei in omnibus uiis noſtris manifeſtat ſe præcipere, ut cognoſcamus Deum, tanq̄ ducem, & regulam uiarum noſtrarū omnium. Vnde & fructus ſubiūgitur, ꝙ ipſe diriget uias noſtras. *Ne ſis ſapiens apud temetipſum.* Iuxta hebræum habetur. *In oculis tuis.* E regione cognoſcendi Deum in omnibus uiis noſtris, mā-

3 præceptū quod bifariam poteſt intelligi.

datur ne ſis ſapiens in oculis tuis. Quod poteſt dupliciter intelligi, uel ꝙ proprio iudicio non diſcernamus proprium ſapere, & hoc non prohibetur, quoniam ſicut ad ueram ſcientiam exigitur, ꝙ homo ſciat ſe ſcire, ita ad ueram ſapientiam pertinet, ꝙ homo cognoſcat ſe ſapere, uel ut oculi proprii diſtinguuntur contra oculos Dei, & conſequenter aliorum ſapientum, & ſic prohibetur, quoniam pernicioſum eſt habere pro ſapientia, quod ipſe ſolus iudicat eſſe ſapere, & ideo hoc e regione agnoſcēdi Deum ducem, ac regulam uiarum noſtrarum collocatur. Differt autem præceptum hoc ab illo paulo ante ſcripto. Ne innitaris intelligētiæ, quoniā hoc ſpectat ad iudiciū, illud uero ad fiduciam. *Time Deum.* Nomen eſt Iehouah. Tertium præceptū de timore ſummi Dei clarum eſt, cujus fructus ſub-

3. præceptum affirmatiuum ex numero præcedentium.

iungitur, receſſus a malo proculdubio culpæ. per timorem ſiquidem Dei uitamus peccata. *Sanitas erit umbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum.* Quia umbilicus cōtra oſſa diſtinguitur, inſinuatur, ꝙ umbilicus ſumitur pro uiſceribus carētibus oſſe, qualia ſunt cor, epar, ſplen, & reliqua huiuſmodi, oſſa uero pro partibus corporis reliquis. Intendit.n. ꝙ obſeruatio hmōi mādatorum eſt ſanitas & fomentū uniuerſarum partium animi ſignificatarum per partes corporis, umbilicum & oſſa, quæ oſſa humido foueri deſcribuntur nomine irrigationis.

Quartum præceptum religionis.

Ratio quare Deo offerimus.

Honora Deum de tua ſubſtantia. Nomen eſt tetragrammaton. Quartum præceptum religionis eſt pro quanto offert Deo res, quas poſſidemus tanq̄ ſacrificium. Et dicendo, honora, tangit rationem offerendi Deo, non enim offerimus Deo, ut ei utile aliquid impēdamus. Sed ut honoremus eū & apte poſt præcepta de actibus internis (ſpe, fide, & timore) apponitur præceptum de actibus religionis externis, quibus offerimus facultates noſtras Deo, ut intelligamus & hoc placere Deo, & prodeſſe ad practicam memoriam ſapiētiæ. *Et de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus.* Superfluūt duæ ultimæ dictiones. Nihil enim de pauperibus in hebræo textu dicitur. Sed cum mandatū eſſet honorare Deum, de propria ſubſtantia in genere, ſubiungitur in ſpecie oblatio primitiarum, ad inſtruendum, ꝙ honorādus eſt Deus rebus illis, quæ habentur magis charæ & precioſæ, quales ſunt primitiæ. *Et implebuntur horrea tua.* Fructus dictæ religionis promittitur abundans copia frugum, & uini, iuxta promiſſiones legis Moſaicæ. *Diſciplinam domini.* Iuxta hebræum habetur. *Caſtigationem*

Supius vbiq; redditū ē eruditionē, ſonat tū propriè caſtigationem.

5. præceptum.

iehouah fili mi, non abominaberis, & non faſtidiet te increpatio eius. Quintum præceptū ualde neceſſarium

explicatur ſatis clare. *Quem enim diligit dominus.* Nomen eſt tetragrammaton,& in futuro dicitur, *diliget.* ad inſinuandum dilectionem perſeuerantem,ad differentiam dilectionis ſecundum præſentem ſtatum,& eſt ſenſus,quia quem ſummus Deus diligit perſeuerando in dilectione ſimpliciter & abſolute,& non ad hoc temporale bonum,caſtigat, ita ꝙ non ex ira, ſed ex dilectione proficiſcitur caſtigatio. Et declaratur hoc ab exemplo,ſicut pater caſtigando filium complacet ſibi in filio,& non ex ira, aut indignatione caſtigat eum, ſed ad hoc ut habeat filium in quo ſibi cōplaceat,utpote qui caſtigatione eruditur, & melior emergit.

Q uomō d ligit Deus quos caſtigat.

Beatus homo. Datis præceptis relatiue ad Deum,ſubiungitur declaratio ſuperius propoſitæ mercedis,& vbi prius dixerat longitudinem dierum, & annos vitæ, & pacem apponenttibi,modo extendendo dicit beatitudines hominis, qui iam inuenit quam quæſiuit ſapientiam. Beatum autem intellige hic quidem in ſpe, qui futurus eſt quandoq; beatus in re Partes ſiquidem beatitudinis, quæ ſubiunguntur,excedunt præſentis vitæ bona.Congrue autem extenditur hic ſapientiæ bonitas,quia hic eſt, vt bonum honeſtū modo inter bona honeſta,ſummum bonum traditur memoriæ retinendæ. *Et qui affluit prudentia.* Iuxta hebræum habetur. *Et homini educturi intelligentiam.* Hoc eſt, & hominis qui inuenit ſapientiam ſic,ut educat ex intimis ad aliam intelligentiam,quia non ſolum ſcit quod didicit, ſed etiam ex his,quæ nouit,educit intelligentiā aliorum,& rurſus qui educit intelligentiam ad opus. *Melior eſt acquiſitio eius.* Iuxta hebræum habetur. *Quia bona negotiatio eius, præ negociatione argenti.* Introduxerat inuentionem & eductionem ſapientiæ, & propterea conſequenter aſſimilat mercaturæ,cuius partes ſunt,& inuenire precioſam rem, & educere eandem venalem. Et ideo apte dicit, quia melior eſt negociatio eius negociatione argenti, & immediate iuxta hebræum ſubiungitur. *Et præ auro prouentus eius.* Quam particulam vulgata æditio aliter habet,legēdo,primi & puriſſimi fructus eius. Dictio tñ interpretata ꝓuentus, non plene redditur,ſignificat.n.nouum fructum ex terræ frugibus. Declaratur itaq; beatitudo annexa ſapientiæ non ſolum relatiue ad negociationes,ſed etiam relatiue ad aurum,in quo confidunt homines,dicendo,ꝙ prouentus ſapientiæ melior eſt auro. Nouus.n. ſapientiæ fructus inferius ſubiungitur,longe melior auro.Et fit mentio de fructu nouo,ad differentiam fructus vltimi,qui erit in alia vita,ad inſinuandum,ꝙ etiam fructus ſapientiæ in hac vita eſt præferendus cunctis opibus.

Inuentio & eductio & negociatio ſapiæ, quomodo aſſimilētur mercaturæ.

Fructus nouus.

Precioſior eſt ſapientia cunctis opibus. Iuxta hebræum habetur. *Precioſior ipſa margaritis.* Argento & auro adiungit margaritas ad præferendā ſapientiam cunctis precioſis. *Et omnia quæ deſiderantur,huic non valent comparari.* Iuxta hebræum habet. *Et omnia deſiderabilia tua,non æquabuntur ei.* Non dicit omnia deſiderabilia,ſed addit tua,ad reſtringendum deſiderabilia ad humana. Vniuerſa ſiquidem humana bona non adæquant ſapientiam de qua eſt ſermo. Et oportuit hanc particulam adiungere,ad probandū ꝙ beatitudo hominis,annexa eſt ſapientiæ. Nam beatitudo eſt ſummum bonum hominis. Et ideo oportet ſapientiam ſuperantem omnia humana deſiderabilia comitari.

Sapiētia ſuperat omnia deſiderabilia humana, quia eſt hoīs beatitudo.

Longitudo dierū in dextera eius,& in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Parui refert ꝙ dictio interpretata gloria, ſonat, honor. Sapiētiæ dextera hoc eſt prima & ſumma pars,affert longitudinem dierum ſine fine. Siniſtra autem affert tanq̄ adiectitia diuitias & honores præſentis vitæ, affert inq̄ quātum eſt ex meritis eius,q̄uis quandoq; impediatur, hæc ſiniſtra per accidens, puta quia expedit ſaluti huius hoīs ſapientis,vel cōmuniter,boni, ꝙ careat diuitiis & honore. Et quia ſapientia vitam æternam in dextera,diuitias autem & gloriam in ſiniſtra affert, conſequēs eſt,vt intentio noſtra tendat primaria intentione,ad ea quæ ſunt æternæ vitæ,& ad ea,quę ſunt præſentis vitæ,non niſi conſequenter aſpiciat, ſi ſapientiam quærit.

Sapientiæ dextra, & ſiniſtra.

Viæ eius viæ pulchræ. Nulla admiſcetur turpitudo,nulla indecentia viis (hoc eſt operibus) ſapientiæ nullo vtitur turpi actu,ſed omnia opera eius digna ſunt laude,vtpote pulchra. *Et omnes ſemitæ eius pacificæ.* Non ſolum pulchritudo,ſed etiam tranquillitas ordinis (quæ eſt pax) inuenitur in omnibus operibus ſapientiæ,ita ꝙ nihil inordinatū,nulla confuſio,nulla perturbatio in operibus ſapiētiæ locū habet.

Pax,

Lignum vitæ eſt iis,qui apprehendunt eam. Ad inſtar ligni vitæ,quod erat in medio paradiſi,deſcribitur virtus conſeruatiua vitæ ſpiritualis, quā habet ſapientia.Quemadmodum enim lignum vitæ conſeruabat vigorem vitæ corporeæ,a defectibus ſenectutis,ita ſapientia conſeruat vitam internam animæ a pronitatibus peccandi. *Et qui tenuerint eam beati.* Iuxta hebræum habetur. *Et innitentes ei beauit.* Non ſolum conſeruat vitam ſpiritualem, ſed etiam beat ſapientia eos,qui innituntur illi,viribus ſuis vtendo ſecundum ſapientiæ regulas. *Dominus ſapientia fundauit terram.* Nomen eſt tetragrammaton,& manifeſtare intendit, vnde habet tantam excellentiam, ꝙ reddat hominem beatum. Manifeſtat ſiquidem ex hoc,ꝙ ſapientia eſt tantæ eminentiæ,ꝙ ipſa vtitur Deus in præcipuis

Sapientiæ celſitudo.

operibus. Ad hoc enim affert ꝙ iehouah ſapientia fundauit terram, hoc eſt fecit terrã fundamentum mundi, vtpote infimam mundi partem, vtpote centrum mundi. Sapientia vt prædiximus analogum quoddam eſt, ad ſapiẽtiam, quæ eſt in Deo, & ad ſapientiam, quæ

Sapĩa eſt nomẽ analogũ

beatũ reddit hominem, & propterea tanq̃ de vnica re Salomon de ſapientia loquitur aſcẽdendo ab humanis ad diuina. Eſt enim res vna ſecundum analogiam, & hinc confutantur putantes terram non eſſe factam, aut eſſe naturaliter productam. Non enim per mo-

Ethnicorũ error de terra conuincitur.

dum agentis ſecundum naturam, ſed agentis appoſito deſcribitur Deus fundator terræ, dicendo, qui in ſapientia fundauit terram. *Stabiliuit cœlos prudentia.* Iuxta hebræum habetur.

2. opus diuinæ ſapĩæ.

Direxit cœlos intelligentia. Aliud diuinum opus affertur, ꝙ videlicet, ſummus Deus direxit cœlos in aſtris & motibus ſuis, vi intelligentiæ, ordinãdo, & diſponendo ſingula. *Sapientia illius eruperunt abyſſi.* Iuxta hebræum habetur. *In ſcire illius abyſſi ſciſſæ fuerunt.* Tertium opus vni-

Tertium opus. Gen. 7.

uerſale diluuium introducitur commemorando, quod ſcriptũ eſt in Geneſi, videlicet, fuiſſe fontes abyſſi ruptos ad faciendum diluuium. Et hoc attribuitur vt cauſæ, ſcientiæ diui-

Quartum opus.

næ, ne putares naturale fuiſſe opus illud. *Et nubes rore concreſcunt.* Iuxta hebræum habetur. *Et cœli effundent rorem.* Dictio interpretata effunditur non plene redditur, quoniam ſignificat effuſionem cum maxima largitate. Quartum ſiquidẽ opus, quod attribuitur ſapientiæ diuinæ, commemoratur effuſio mãnæ, quo aliti ſunt Iſraelitæ in deſerto quadraginta annis. *Fili mi ne effugiant hæc ab oculis tuis.* Dixerat liga eas in collis tuis, ideo proſequendo methaphoram pendentium a collo, dicit ꝙ ſic ſint alligata collo, vt non diuertant a proſpectu oculorum, ut ſemper appareãt oculis, ne vnq̃ tradantur obliuioni. Reſumit autem hanc monitionẽ tranſiens de bonis ad mala. Nam poſtq̃ manifeſtauit bona ſapientiæ, intendit cõſequenter manifeſtare etiam mala a quibus ſapientia ſeruat ſapientes. *Cuſtodi legem meam atque conſilium meum.* Iuxta hebræum habetur. *Cuſtodi legem, & cogitationes.* Non ſufficit curam ha-

Quare cura cogitatio num neceſſaria.

bere legis, quæ ab alio datur, ſed oportet curam habere propriarum cogitationum. Tum quia lex punit actus exteriores, Deus autem punit etiam cogitationes. Tum quia in curia cogitationum facillime abducir a legis obſeruatione. *Et erunt vita animæ tuæ.* Fructus dictæ cuſtodiæ ſupradictus quidem, ſed magis explicatus repetitur. Dixerat enim qui eſt lignum uitæ. Explicat modo ꝙ de uita animæ eſt primo dicendo, & erũt uita animæ tuæ. Quemadmodum enim peccatum eſt mors animæ, ita cuſtodia legis, & cogitationum eſt animæ

Cuſtodia legis eſt vita animæ.

vita. *Et gratia faucibus tuis.* Iuxta hebræum habetur. *Et gratia collis tuis.* Reſumptio eſt per collum ſignificans corpus, & intendit ꝙ ea, quæ ſunt ſapientiæ nõ ſolum uiuificant animam, ſed etiam decorant corpus, quoniam (vt dictum eſt) in lege ueteri conferebant etiam bona præſentis uitæ. *Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget.* Ecce mala a quibus ſeruat ſapientia. Et primum quidem ad motum. Secundum uero ad quietẽ eiuſdem. Ter-

Tria mala a quibus præſeruat ſapientia.

tium autem ad alienos motus aduerſus hominem ſpectat, alienos autem tam repentinos, q̃ non repentinos, ad hæc tria capita ſummat præſeruationes a malis omnibus. Litera ſatis clara eſt, & ratio præſeruandi ſubiungitur. *Dominus enim erit in latere tuo.* Iuxta hebræum habetur. *Quia iehouah erit in ſpe tua.* Sufficientiſſima ratio redditur aſſiſtẽtia ſummi Dei iuxta ſpem ſapientis quieſcentis, & cuſtodiens ambulantis pedem a captura. *Noli prohibere benefacere eum qui poteſt, ſi vales & ipſe benefac.* Iuxta hebræum habetur. *Non prohibebis bonum a heri eius, exiſtente facultate manus tuæ ad faciendum.* Quemadmodum quædam ſpecialia præcepta ueritatis,

Quinq; præcepta relatiue ad homines.

& gratiæ ſuperius explicauit relatiue ad Deum, ita conſequenter quinq; præcepta ueritatis & gratiæ in ſpeciali relatiue ad homines explicat, quibus ſeruari iugis memoria diuinæ legis facile poſſit. Congruit enim tractatui de acquiſitione ſapientiæ quatenus eſt bonũ honeſtum, ut deſcendatur ad ſpeciem honeſtorum præceptorum, & relatiue ad Deum, & relatiue ad homines. Sunt autem præcepta hæc omnia negatiua, ut a facilioribus tradatur

Facilius eſt non facere malũ q̃ facere bonum.

doctrina. Facilius eſt enim non facere malum, q̃ facere bonum, & apte beneficio ſapientiæ, quo præſeruat a malis pœnæ, quæ inferuntur a proximis, adiunguntur præcepta pro-

Primum præceptum iuſtitiæ.

hibentia a malo culpæ cõtra proximum. Eſt autem primum præceptum iuſtitiæ ne. ſ. valente te reſtituere hero rem ſuam neges reſtituere, & appellat rem bonum, ad differentiam gladii non reddendo furioſo, nec dicit reſtitue, ſed non prohibebis ad comprehẽdendum omnes omiſſiones concurrentes ad impediendum quo minus herus habeat quod ſuũ eſt, ſeu quod ei debetur. Per hoc. n. inſinuatur, ꝙ pluſq̃ reſtituere præcipitur, præcipitur nanq; non negare adiutorium proximo conanti rem ſuam recuperare, & propterea apponitur ualente manu tua ad faciendum, hoc ſi manus, (ſi opera tua) ualet ad impendendum illi operam ſalutarem, hoc enim opus eſt, & ueritatis in opere & gratię in animo. *Ne dicas ami-*

Secundum præceptum

co tuo. Præceptum ſecũdum prohibet dilationem tam in debitis, q̃ in gratuitis. *Ne moliaris.*

Præceptum

Tertium præceptum.

Præceptum tertium prohibet cogitationem mali aduerſum hominem fiducialiter conuerſantem tecum. Habet enim naturalem iniquitatẽ huiuſmodi machinatio, vnde & proditores appellantur. *Ne contendas.*

Q uartũ præceptum.

Quartum præceptum prohibet ſermonem contentioſum fruſtra, hoc eſt ſine iniuria accepta, ad hoc enim exponendum ſubiungitur iuxta hebraicam veritatem. *Si non retribuit tibi malum.* Hoc eſt ſi nõ eſt vſus ingratitudine, reddendo tibi malum pro bono, & vniuerſaliter ſi non peccauit in te. *Non æmuleris hominem iniuſtum.*

Q uĩtũ præceptum.

Præceptum quintum duas actiones prohibet internas, inuidiam ſcilicet, & electionem. Inuidiam inq̃ hominis iniqui. Frequenter.n. contingit viros iniquos proſperari, & propterea oportuit monere filium, ne inuideat iniquis. Electionẽ vero, ſubiũgendo iuxta hebraicam veritatem. *Et non eliges in omnibus vias eius.* Hoc eſt nullam viam eius eliges. Viæ.n. iniquorum peruerſæ ſunt. *Quia abominatio eſt domini omnis illuſor.* Iuxta hebræum habetur. *Quia abominatio iehouah peruerſus, & rectis ſecretum eius.* Ratio redditur præceptorum, tam prius, q̃ modo datorum ex diſparitate quatuor combinationum, quarum prima eſt peruerſorũ & rectorum, ſecunda impiorum & iuſtorum, tertia illuſorum & manſuetorum, quarta ſapientum & ſtultorum.

Diſparitas quatuor cõbinationum.

Diſparitas itaq; inter rectos, & peruerſos deſcribiẽ relatiue ad Deũ, penes hoc, ꝙ peruerſus eſt abominatio, (hoc eſt ꝙ Deus abominatur peruerſum virum) rectus autem, eſt ſecretum ipſius ſummi Dei, hoc eſt, ꝙ admittit viros rectos ad conſeruandum ſecum ſecreto. Humano ſiquidem more de Deo loquitur, & quẽadmodum nos aliquorum conuerſationem abominamur, quoſdam autem ſic gratos habemus, ut ad domeſticam, ad ſecretam conuerſationem admittamus, ita dicit peruerſos abominationem eſſe Dei, rectos autem ſecretum eius. Et verificatur hoc, quia rectorũ politia (vt apoſtolus ait) in cœlis eſt. *Egeſtas a domino.* Iuxta hebræũ habetur. *Maledictio iehouah in domo impii, & habitaculum iuſtorum benedicetur.*

2. combinatio

Ecce ſecũda cõbinatio etiam relatiue ad Deum, penes maledictionem & benedictionem diuinam, & non ſolum abſolute, ſed etiam in hac vita verificatur huiuſmodi diſparitas ſecundum promiſſa legis veteris, in qua ſcribebat Salomon. *Ipſe deludet illuſores.* Iuxta hebræum habetur. *Nonne illuſores ipſe deludet, & manſuetis dabit gratiam!*

3. combinatio.

Tertia cõbinatio relatiue quoq; ad Deũ deſcribitur, penes pœnã, & pręmium. Et illuſorum pœna deſcribiẽ illuſio, vt manifeſte apparuit in punitione Pharaonis illudẽtis populo Iſrael, promittendo & non ſeruando, illudẽdo ſiquidem, vt textus ibidem dicit puniuit eũ Deus.

Illuſorũ pœna illuſio.

E regione autem illuſorum collocantur manſueti, eo ꝙ ſuperbi aliorum deriſores deridẽt maxime manſuetos tanq̃ ignauos. Præmium autem mãſuetorum apponitur gratia, qua gratioſi redduntur non ſolum ſapientibus, ſed cõmuni populo. *Gloriam ſapientes poſſidebunt, ſtultorum exultatio ignominiam.* Iuxta hebræum habetur. *Honorem ſapientes hæreditabunt, & ſtulti eleuabit ignominiam.* Frequens coniunctio ſingularis cum plurali apud hebræos, occaſio eſt, ꝙ legatur ſtulti eleuabit pro eleuabũt. Intelligunt enim ꝙ quilibet ſtultus eleuabit ignominiam.

4. combinatio.

Quarta itaq; cõbinatio deſcribitur relatiue ad merita propriarum actionũ, & quia actiones ſapientis ſuapte natura dignæ ſunt honore, ideo dicitur ꝙ hæreditabũt (hoc eſt tanq̃ hæreditatem iure obtinebunt) honorem. Debetur enim ſapientibus honor, & ſi aliquid maius honore eſſet in hoc mũdo, debetur virtuti, vt philoſophi tradũt.

Debetur ſapientibus honor; & ſi quid eſt maius in vita hac.

Stultorum autem actiones, ignominiam exaltare, teſtantur actiones Abſalon, exaltantis publice ignominiam inceſtus.

CAP. IIII.

A*V dite filii diſciplinam patris.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *eruditionem.* Vide ordinem. Poſtq̃ paterna propoſuit documenta, & propoſuit ſapientiã, cõiungit ea in vnum, manifeſtando ꝙ paterna eruditio nihil aliud eſt, q̃ inductio ad ſapientiam. Reſumit itaq; capita præceptorum omnium inchoando a primo, videlicet, audiendo eruditionem patris, explicando ꝙ loquitur ad omnes filios, & non ad aliquem vnum, dicendo, audite filii. *Et attendite vt ſciatis prudentiam.* Iuxta hebræum habetur. *intelligentiam.* Ac ſi apertius dixiſſet, audire eruditionem patris, eſt attendere ad ſciendum intelligentiam, hoc eſt, ea quæ intelligentia digna ſunt. Et hoc fuerat præceptũ ſecundum, in principio ſecundi capituli poſitum. *Donum bonum tribuam vobis.* Iuxta hebræum habetur. *Quia legem bonam dedi vobis, legem meam non relinquetis.* Ratio retinendi paternam doctrinam redditur ex eo, ꝙ pater dedit filiis doctrinam bonam, alienam.ſ. ab omni malo. Hinc enim tertii præcepti in principio tertii capituli traditi (videlicet non obliuiſcẽdi paternarum traditionum) ſimul redditur ratio, & declaratur paternam doctrinam coincidere cum ſapientia, quæ non niſi bonum docet.

Nam & ego filius fui patris mei tenellus. Ab exẽplo ſui Salomon monet filios, & cõſiſtit exemplum non ſolum in hoc, ꝙ ipſe retinuit doctrinam patris ſui, ſed pręcipue in hoc, ꝙ ipſe in ætate tenera didicit a patre ſuo, quod eſt longe maioris virtutis, & exempli. q̃ ſi vſq; ad ætatem prouectam perſeueraſſet diſcendo a patre. Ex eo. n. ꝙ orbatus eſt patre in ætate tenera, & documenta patris retinuit, exemplum dat filiis, vt in ætate etiam tenera diſcant ſapere. *Et vnigenitus coram matre mea.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Et ſolus in faciebus matris meæ.* Vbi ſciendo, ꝙ in codicibus hebraicis ita legitur, quãuis in margine legatur. *in filiis.* Ita ꝙ vbi textus habet in faciebus, margo habet in filiis. Et aiunt Hebræi exiſtimari, ꝙ Eſdras appoſuit in marginibus huiuſmodi diuerſitates. Quocunq; autẽ modo legatur, certum eſt, non ſignificari ꝙ Salomon fuerit vnicus matris ſuæ filius, quoniam hoc contradicit manifeſte capitulo tertio libri primi parali. Sed eſt ſenſus ꝙ ego eram tam dilectus a matre mea, ac ſi fuiſſem ſolus illius filius. Accumulat ſiquidem rationes exempli, videlicet, ꝙ non ſolũ in ætate tenera, ſed etiam inter maternas delitias ſolitas exhiberi vnico filio, didicit ſapientiam. Vtrunq; enim rarum eſt. *Et docebat me.* Maſculini generis eſt apud hebræos verbum interpretatum docebat, & propterea non mater, ſed pater refertur docens. *Suſcipiat.* Iuxta hebræum habetur. *Fulciet verba mea cor tuum.* Ecce doctrina tradita Salomoni a Dauide, inchoans a corde, vt cor filii officio fulciendi verba patris fungatur. Vana eſt enim doctrina moralis, quæ non ſubſtentatur in corde diſcentis. *Cuſtodi præcepta mea & viues.* Effectum ſimul cum præmio adiungit. Curam ſiquidem habere præceptorum paternorum ex corde procedit, & vita promittitur in præmium. Innititur autem promiſſio hæc authoritati diuinæ, promittenti longæuam vitam ei qui honorat patrem. *Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam.* Iuxta hebræum habetur. *Eme ſapientiam, eme intelligentiam.* Modus fulciendi & cuſtodiendi paterna documenta, explicatur dicendo, eme ſapientiam, eme intelligentiam. Ipſa ſiquidem emptio charipendendam ſignificat ſapientiam. Oblata enim vileſcunt, quæ autem oportet emere, magnipendunt. Et vere adoleſcentes, qui non magnipendunt ſapere & intelligere, minus idonei ſunt ad moralẽ diſciplinam, imo ex hoc ipſo, ꝙ non nituntur emere ſapientiam, elongant ſe ab illa. Quo contra ſubiũgitur hic effectus cõſequens emptionem dicendo. *Non obliuiſceris & non declinabis a dictis oris mei.* Hoc eſt emendo ſapientiam, retinebis memoria, & opere non declinabis a dictis oris mei, vtpote ſolam ſapientiam continentibus. *Ne dimittas eam.* Hoc eſt ne omittas emere eam, ſcilicet, ſapientiam. *Et cuſtodiet te,* ementem. *Dilige eam.* Vtpote ſummum bonum. *Et conſeruabit te.* Charipendẽtem eam. *Principium ſapientiæ poſſide ſapientiam.* Secunda particula non habetur in hebræo. *eme ſapientiam.* Ita ꝙ litera hebraica eſt. Principiũ ſapientiæ eme ſapientiam, hoc eſt, emere ſapiẽtiam, eſt principiũ ſapĩæ. Suaſerat ſiquidẽ hactenus emere ſapientiã a fructibus cõſequentibus emptionem, ſuadet modo idem ab ipſo actu emendi, ꝙ videlicet eſt initium ſapiendi. Vbi aduerte, ꝙ in primo capitulo dictum eſt. Initium ſapientiæ timor domini. Hic aũt dicitur, principium ſapientiæ eme ſapientiam. Vtrunq; ſiquidem verum eſt diuerſimode. Nam timor domini relatiue ad vitandum peccata, eſt initium ſapientiæ, emere autem ſapientiam relatiue ad acquiſitionem ipſius, eſt initium ſapientiæ, magnipendere ſiquidem ſapientiam, & ęſtimare eam pluris rebus aliis, initium non paruum eſt ſapiendi. *Et in omni poſſeſſione tua acquire prudentiam.* Iuxta hebræum habetur. *Et in omni ſubſtantia tua eme intelligentiam.* Hoc eſt, omnem ſubſtantiam tuam expende pro intelligentia, hoc ſiquidem paternum mãdatum adimpleuit Salomon præponendo ſapientiã diuitiis, & cæteris rebus. Vt patet. 3. Regum. 3. & 2. Parali. 1. ex teſtimonio Dei. *Arripe illam.* Iuxta hebræũ habetur. *Exalta illam.* Et dictio interpretata exalta, ſignificat exaltare cum labore, ita ꝙ ſapientiam fore præponendam non ſolum facultatibus, ſed etiam quietibus docet, vt nec rebus, nec laboribus parcamus, ad exaltandum ſapientiam in animis noſtris, & fructus reciprocus ſubiungitur dicendo. *Et exaltabit te.* Quod experientia quotidiana probat, & in ipſo Salomone impletũ apparet. *Et glorificaberis ab ea.* Parui refert. ꝙ hebraice habetur. *Honorabit te, quia amplexeris eam.* Collige præcepta annexa emptioni. Non ſat fuit dicere, ſapientiam eme, expendendo pro ea omnes facultates, ſed annexuit, dilige eam, exalta eam, amplectere eam. Multa enim emuntur nõ ex dilectione, ſed ex neceſſitate, vel empta non diliguntur, multa quoq; empta, ac dilecta non exaltantur, & nonnulla exaltata quãdoq; faſtidiunt, & propterea poſtremo præcipitur amplexus ſapientiæ, cum præmio honoris, quod eſt maximum inter præmia humana. *Dabit capiti tuo augumenta gratiarum.* Hebraice habetur. *Societatem gratiæ.* Hoc eſt amabilẽ te reddet, ac gratioſum aliis, ita ꝙ non ſolum faciet te honorari, ſed etiã amari. Et ꝑ modum cõcomitantis attribuitur bonum hoc capiti, eo ꝙ rationalis pars, quæ perficitur ſapientia, exiſtimatur

In ætate tenera diſcendum eſt ſapere.

Modus cuſtodiendi paterna dogmata.

Adoleſcentes minus idonei ſunt ad emẽdam ſapientiam.

Emere ſapientiam initium eſt ſapientiæ.

Q uomõ timere Deũ, & emere ſapientiam, diuerſimode ſunt ſapiendi principium.

Nulli rei parcendũ pro ſapĩæ acquiſitione.

ſtimatur ſita in capite. *Et corona inclita proteget te.* Iuxta hebræum habetur. *Corona gloriæ defendet te.* Dictio interpretata defendit, ſonat, (ſi dici liceat) ſcutabit, eſt .n. verbũ a nomine ſcuti formatum. Et eſt ſenſus. Corona gloriæ erit tibi pro ſcuto, hoc eſt corona gloriæ, qua vt rex ornaris ad gloriã, non trahet te ad mala abutendo gloria regni tui, ſed erit tibi pro ſcuto defendente te ab iniquis aduerſantibus tibi. Multorum ſiquidem regum gloria, quia ſapientia caruerunt, fuit illis ad ruinam, quo contra tibi ſapientiam amplectenti, erit pro ſcuto contra tela, & linguarum, & operum. Et hic finitur monitio Dauidis recitata a Solomone. *Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea.* Poſtq̃ Salomon ab exemplo ſui monuit filios, vt paternis inhærerent documentis, eo ꝙ ad nihil aliud tendunt, niſi ad ſapientiam & intelligentiam, proſequitur monitionem filiorum, hortando blanda appellatione dicens, fili mi audi & ſuſcipe dicta oris mei. Vide ordinem, nam primo monuit, audi eruditionem, ſecundo attende ad diſcendum, tertio ne obliuiſcaris, quarto agnoſce, ꝙ documenta paterna ſunt ſapientia, quod manifeſtauit ex præceptis Dauidis, nunc autem monet, ſuſcipe dicta meã, ſuſcipe proculdubio non ſecundum quid, ſed ſimpliciter, & abſolute, abſq; hæſitatione, abſq; difficultate, delectabiliter, & ſuauiter recipiẽdo. *Vt multiplicentur tibi anni vitæ.* Præmium explicatur multiplicatio annorum, non qualiumcunq;, ſed vitę. Anni ſiquidẽ triſtes non ſunt anni vitæ, ſed ſeminecis. *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi.* Iuxta hebræum habetur. *In via ſapientiæ docui te.* Probat documenta ſua eſſe documenta ſapientiæ, eo ꝙ docuit eum ire per viã ſapientiæ. *Et ducam te per ſemitas æquitatis.* Iuxta hebræum habetur. *Feci dirigere te in viis rectitudinis.* Ecce via ſapientiæ explicata per vias rectitudinis, non per vias aſtutiæ, & prudẽtiæ huius ſæculi. *Quas cum ingreſſus fueris, &c.* Sententia redditur, & deſcribitur fructus inſtructionis in via ſapientiæ & rectitudinis, manifeſtando q̃ fructuoſa ſunt illa, quæ docuit. Deſcribitur autem quoad duo, primum ꝙ gradiente te, non arctabitur greſſus tuus, ſecundum eſt, & ſi curres non impinges. Modi eundi ſecundo deſcribunẽ, videlicet, gradi & currere, & uterq; ſine impedimento, ita ꝙ gradienti non occurret anguſtiã, & currenti non occurret offendiculum. Hoc eſt ſiue uelociter agas, ſiue cum ſuaui mora, ſapientia reddet te expeditum. *Tene diſciplinam.* Adiungit, ut teneat filius eruditionem paternam, hoc eſt ꝙ ſuſcipiat tenendo illam, nec aliquo pacto dimittendo, imo cuſtodiendo illam, hoc eſt curam habendo illius diligenter. Quia ipſa eruditio paterna, eſt uita tua, & eſt præbens ſapientiam, quæ eſt uita animæ tuæ. *Ne delecteris in ſemitis impiorum.* Iuxta hebræum habetur. *In viam impiorum non ingrediaris, & non beabis in via malorum.* Declarauerat fructum inſtructionis primæ, ex hoc, ꝙ tribuit ſapienter gradi, & ſapiẽter currere, per uias rectitudinis eundo, declarat modo uias rectitudinis a contrariis, videlicet, a uitiis impiorum. Oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & ſubintelligitur in iis omnibus docui te. Procedit enim commemorando, quæ ſunt illa, quæ docuit eum, docendo illum viam ſapientiæ, & rectitudinis. Optima autem cautela euitandi prauas conſuetudines malosq; habitus (quibus fœlicitas ponitur in malis) datur ſub methaphora ingrediendi, dicẽdo, in viam impiorum non ingredieris, non introibis, quia ſic efficietur, ꝙ in uia malorum non beabis te, uel alios. Qui enim ingreditur uiã impiorũ, impoſſibile eſt, aut ualde difficile, ut euitet in eadem uia cõſuetudinem, ſeu habitum male uiuendi, & conſequenter ponet fœlicitatẽ in uia malorum. Qualis enim unuſquiſq; eſt ſecundum diſpoſitionem animi, talis uidetur ei finis. *Fuge ab ea.* Iuxta hebræum habetur. *Verte ab ea.* Inhibito ingreſſu ad euitandum finem malorum, monet conſequenter modum euitandi ingreſſum in viam malorum, dicendo, uerte ab ea, nec confidas in ſolo tranſitu, tanq̃ non nocituro, quoniam tranſitus per uiam impiorum contagioſus eſt, & ideo uerte ab ea, & non tranſibis per illam nec exponas te periculo. *Declina & deſere eam.* Iuxta hebræum habetur. *Declina a ſupra eam & tranſi.* Attractiua quæcunq; in uia impiorum interdicuntur, monendo ut etiam ſuperioritatem in via impiorum deuitet, ut nec etiam inter eos ſuperioritate attrahatur, ſed tranſeat contempto huiuſmodi gradu. *Non enim dormiunt.* Ratio redditur ex manifeſto ſtudio eorum ad malefaciendum: ex eo ꝙ nõ eunt dormitum, niſi prius malum aliquid patrauerint. *Et non rapitur.* Clarius iuxta hebræum habetur. *Et fraudabitur ſomnus eorum, ſi non fecerint impingere.* Perdunt ſomnum niſi fecerint aliquem ruere, tanto ſtudio afficiũtur ad aliorum ruinam. *Comedunt panem impietatis.* Hoc eſt impietate quęſitum. *Et vinum iniquitatis bibunt.* Similiter iniquitate partum. *Iuſtorum autem ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſq; ad perfectum diem.* Iuxta hebræum habetur. *Et via iuſtorum ſicut lux ſplendoris, eundo & illuminando vſq; ad directionem diei.* Poſt monitionem declinandi a uia impiorum ex parte ipſorum iniquorum. Subiungit (quam docuit) differẽtiam inter uiam iuſtorum, & uiam impiorum, ut ex diſparitate ipſarum uiarum comprehendatur, q̃ bonum eſt

Gloria regni, ſapienti pro ſcuto eſt, inſipienti vero in ruinam.

Vide ordinem admonitionis.

Anni vitæ.

Via ſapientiæ.

Fructus inſtructionis ſapientiæ.

Optima cautela ad euitandas malas conſuetudines eſt impiorum viã non ingredi.

Cautela ad euitãda peccata, eſt nõ ſe exponere periculo p occaſiones oblatas, vel quæſitas.

Differentia inter viam iuſtorum & impiorum.

Expoſitio conformis Rab: Icuſ.

gradi per uias recti iudicijs. Aſſimilatur iuſtorum uia luci auroræ, quæ ad inſtar euntis creſcit, & magis ac magis illuminat, uſquequo perueniat ad hoc, ut dirigat omnia claritate huminis diei. Lumen ſiquidem auroræ, nõ ſufficit ad illuminandum ſic, ut opera omnia dirigi poſſint. Lumen autem diei ſufficienter dirigit ad opera omnia. Et per hãc methaphoram deſcribitur progreſſus iuſtorum in uia ſua, ꝙ ſemper quidem proficiſcitur cum lumine paulatim creſcente, & magis ac magis illuminante, quouſq; perueniant ad lucem perfectam ſufficientem, ad dirigendum in omnibus. *Via impiorum tenebroſa, neſciunt ubi corruant.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Via impiorum ſicut obſcuritas neſcierunt in quid impingent.* E regione uiæ iuſtorum, deſcribitur uia iniquorum priuata luce & notitia termini. Priuatio ſiquidem lucis ſignificat, dicendo, ſicut obſcuritas, ignorantia autem caſus, dicẽdo, in quid impingent.

Impii & lumine carent & notitia termini.

Priuati ſiquidem lumine ſapientiæ dirigentis eos, non prouident offendicula, in quæ impingendo cadent, ut patet de Pharaone, & Hieroboam. *Fili mi auſculta ſermones meos.* Deſcenſurus ad particularia documenta excitat filium ad auſcultandum, & cuſtodiendum uerba paterna. Et aures quidem & oculos ad attentionem excitat, ſicut inſtrumenta ſint, ad ſeruandum in medio cordis documenta paterna, hoc eſt, ut audita frequenter meditẽtur. Sic enim præ oculis illa iugiter habebit, & in intimis cordis ſeruabit. *Vita enim ſunt.* Cõmendantur a duobus, uidelicet, quia proſunt tum animæ, tum corpori. Sunt enim uita animæ illorum, qui quærunt & inueniunt ea, & ſunt ſanitas uniuerſæ carnis cuiuſq; eorum. Et hoc uerificatur, tum quia uirtutes morales, etiam ſanitatem præſtant corporis mediante temperantia, tum quia uerificatur quoq; in ueteri teſtamento, propter promiſſiones in lege factas, bonorum temporalium. *Omni cuſtodia.* Quatuor præcepta particularia ſubiungit iuxta quatuor partes corporis, uidelicet, cor, os, oculos, & pedes. Et incipiens a corde mandat cuſtodire illud adhibendo omne genus cuſtodiæ. Et quoniam nomine cordis intelligitur uoluntas, præcipitur, ut nullum prætermittamus cuſtodiæ modum, ad cuſtodiendã uoluntatem a uitiis uniuerſis, & ratio ſubiungitur. *Quia ex ipſo exitus uitæ.* Quẽadmodum ex corporeo corde egrediuntur uitæ uegetationis, ſenſus & motionis, ita ex uolũtate ſunt exitus uitæ moralis ſecundum uirtutes diuerſas. Conſiſtunt enim uirtutes omnes in electione, qui eſt actus uoluntatis. *Remoue a te os prauum.* Iuxta hebræum habetur. *Fac recedere a te tortionem oris, & peruerſitatem labiorum fac elongare a te.* Tortuoſum peruerſumq; ſermonem prohibet, ut intelligamus non ſufficere bonam uoluntatem, ſed oportet comitari illam fidis rectisq; eloquiis, alioquin non recte nos habemus ad proximos, qui non intuent corda noſtra, ſed percipiunt, quæ dicimus uerba. *Oculi tui recta uideant.* Iuxta hebræum habetur. *Oculi tui ad id quod e regione eſt intueantur, & palpebræ tuæ facient dirigere coram te.* Ad inſtar corporeorum oculorum præcipit oculos mentis agendos. Quemadmodum enim corporeis oculis id quod, e regione eſt, occurrit intuendum primum, & conſequenter occurrit dirigere ad ea, quæ corã ſe ſunt, ita mentis oculus debet primo figi ad finem, tanq̃ ad ſcopum e regione exiſtentem, & deinde dirigere media, quę coram ſe ſunt, hoc eſt ea, quæ ſuæ ſubſunt facultati. *Dirige ſemitas pedibus tuis.* Iuxta hebræum habetur. *Libra ſemitam pedis tui, & omnes viæ tuæ dirigentur.* Ad inſtar examinantis uiam, qua gradiendum eſt, præcipit ponderandam eſſe uiam pedis interni, (hoc eſt affectus, nam affectibus graditur animus) & tanq̃ in bilance poſitam conferre unam alteri, quæ melior, quæ expeditior, & ſic omnes uiæ dirigentur, iam diligenter examinatæ. *Ne declines ad dexteram neq; ad ſiniſtram.* Præceptum circa pedes (hoc eſt affectus internos) declarat altera ſimilitudine. Primum enim ſub ſimilitudine põderantis, modo ſub ſimilitudine incedentis recta linea, manifeſtat regimen affectionum noſtrarum, quia uia uirtutis conferenda eſt cum circumſtantibus omnibus, & in medio conſiſtit, ita ꝙ tam ad dexteram, q̃ ad ſiniſtram ſunt uitia. Et propterea ut euitentur uitia, quæ conſiſtunt in defectu, & quæ conſiſtunt in exceſſu, mandatur, ut nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinetur. Vnde ad manifeſtandum hunc ſenſum ſubiungit. *Auerte pedem tuum a malo.* Ac ſi apertius dixiſſet, quia declinare ad dexteram, uel ad ſiniſtram eſt ponere pedem in malo. Malum n. eſt genus ad omnia uitia. *Vias enim quæ a dextris, &c.* Omnia hæc ſcripta uſq; in finem huius capituli ſuperflua ſunt, quia non habentur in hebræo.

Virtutes morales etiam ſanitatẽ corporis præſtant.

Quatuor pręcepta iuxta quatuor corporis partes.

Oculus mentis ad finẽ.

Librare ſemitam & in omnibus tenere menſuram, ne quid nimis, vt hebræi exponunt.

Quid ſit ad dexteram vel ad ſiniſtrã declinare.

CAP. V.

FILI *mi attende ſapientiæ meæ.* Daturus filio præceptum ſpeciale de vitanda fornicatione, quia difficile eſt adoleſcentibus ac iuuenili feruori, ſeruare continentiã, ideo ſpecialiter excitat filium ad attendendum ſapientiæ paternæ, & inclinãdum aurem in-

telligentiæ

telligentiæ paternæ. Nam in textu hebræo ſubiungitur. *Et intelligentiæ meæ inclina aurem tuam.* Monens per hæc filium, vt quia ipſe pater & intelligit & ſapit, filius adhuc minus intelligens & ſapiens ſubmittat ſe ſapientiæ, & intelligentiæ paternæ. *Vt cuſtodias cogitationes.* Ecce quorſum ſubmiſſionem prædictam requiro, videlicet, ad bonum tuum proprium, videlicet ad cuſtodiendum cogitationes cordis tui, ab inſidiis & occurſibus malis. Prima.n. cura adhibenda eſt, ne cogitationes percutiantur, ne cogitationes polluantur. *Et diſciplinam.* Iuxta hebræum habetur. *Et ſcire labia tua cuſtodient.* Cuſtodiæ cogitationum adiungitur cuſtodia ſcientiæ in locutione, vt videlicet ſermo tuus ab his, quæ pertinent ad ſcientiã (quæ perficit intellectum) non diſtrahatur ad vana & blandia, quæ molliunt animum, curam itaq; cogitationum & ſcire loqui, a te exigo fili mi per huiuſmodi ſubmiſſionem. *Ne intenderis fallaciam mulieris.* Iſta clauſula ſuperflua eſt. *Fauus.n. diſtillans labia meretricis & nitidius oleo guttur eius.* Iuxta hebræum habetur. *Quia fauum ſtillabunt labia extraneæ, & tenuis oleo palatum eius.* Manifeſtat inimicos a quibus cuſtodire debet cogitationes & ſcientiam ſermonis, declarans q̃ ſunt mulieres extraneæ a coniugio legitimo, & inchoat a locutione huiuſmodi, aperiendo q̃ earum ſermones ſunt fallaces, tum quo ad dulcedinem, tũ quo ad lenitatem: quo ad dulcedinem quidem, quia labia earum præ ſe ferunt dulcedinem, tanq̃ ſtillanti dulcedinem mellis ex fauo. Proferunt.n. verba blanda & delectabilia ſecundum carnem, quo ad lenitatem vero omnem excludũt aſperitatem, & deliniunt ſicut oleum. *Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & lingua eius acuta quaſi gladius biceps.* Superfluunt illæ duæ dictiones, lingua eius. De fine ſiquidem ſermonum dulcium & lenium dicitur & q̃ eſt amarus, & q̃ eſt acutus, ita q̃ quamuis prætendãt dulcedinem, in calce tamen ſunt amari velut abſynthium: quod in intimis viſceribus amareſcere dicitur, & ſimiliter quamuis prætendant lenitatem, in fine tamen ſunt acuti ad ſcindendũ hinc & inde tanq̃ gladius biceps, ex q̃bus manifeſte apparet ſermones mulierum extranearum eſſe fallaces. *Pedes eius deſcendunt in mortem.* Poſt deſcripta colloquia mulieris extraneæ, deſcribit cõſequenter pedes eiuſdem, (hoc eſt affectus eiuſdem) dicendo, q̃ pedes (hoc eſt affectus) illarum deſcẽdunt in mortem, hoc eſt nõ tendunt ad ea, quæ ſunt vitæ animi, ſed ad ea, quæ ſunt mortis animarum. *Et ad inferos greſſus eius penetrant.* Iuxta hebræum habetur, *Foueam greſſus eius fulcient.* Hoc eſt, ad inferorũ foueam ducendo alios, ſuſtentant illam implendo eam. *Per ſemitam vitæ non ambulant, vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabiles.* Iuxta hebræum habetur. *Viam vitæ nequando exponderes, commotæ ſunt viæ eius non ſcies.* Poſt linguam & pedes huiuſmodi mulierum, deſcribit earum vias, hoc eſt opera. Deſcribit autem eas fore ignotas, quia valde variantur dicendo, commotæ ſunt viæ eius, & propterea neſcies eas, ipſa ſiquidem varietas & inſtabilitas operũ occultat viro illa. Et in his tribus (videlicet locutione, affectibus, & operibus) comprehenduntur muliebria omnia.

Periculũ ex mulieris locutione affectibus & operibus.

Nec tacet Salomon periculum, quod ex iſtis imminet filio, ſed explicat illud dicẽdo, viam vitæ nequando exponderes, hoc eſt, nequando ex ſuo pondere educas viam vitæ. Monuerat ſuperius filium, vt ponderaret viam vitæ, tanq̃ in bilance. Manifeſtat modo periculum incurrendi contrarium, quod videlicet ex locutionibus, ex affectibus, ex operibus mulieris extraneæ adducetur, ad exponderandum, ad minime ponderandum viam vitæ proculdubio animi, quod eſſet incurrere maximum malum, quia cum vitæ via non eſtimatur, facile vitia cuncta amplectimur. Conſtat autem via vitæ ex operibus virtutum. *Nunc ergo fili mi.* Parui refert, q̃ hebraice habetur. *Et nunc filii audite.* Modo alloquitur filium, modo filios, vt vt intelligamus q̃ ita vniuerſos ſicut quemlibet inſtruit. *Longe fac.* Primum mandatũ, ad cuſtodiendum ſe a muliere conſtat ex elongatione, non ſolum a muliere extranea, ſed etiam ab oſtio domus eius, ne appropinquatio cauſet periculũ. *Ne des alienis honorem tuum.* Iuxta hebræum habetur. *Nequando des alienis decorem tuum.* Nocumenta conſequentia amorem mulieris non ſuæ incipit deſcribere, inchoans a decore. Pulchritudo enim eſt decor iuuentutis, & propterea monetur iuuenis ne det alienæ frui pulchritudine iuuentutis ſuæ. *Et annos tuos crudeli.* Niſi huiuſmodi luxus minueret annos debilitando, nequaq̃ moneretur iuuenis, ne des annos tuos crudeli. Inter vxorem enim & non vxorem tantum intereſt, vt vxor rationem habeat incolumitatis viri, fornicaria autem crudelis ſit, quia dummodo concupitis fruatur amplexibus, non eſt ei curæ, an exhauriat ſpiritum & vires iuuenis. *Ne forte impleantur extranei viribus tuis.* Poſt nocumenta pſonæ ſubiungit nocumenta facultatum. Oportet enim multum habere thaydem, & propterea monetur iuuenis, nequãdo ſaturẽtur alieni robore eius (hoc eſt facultatibus in quibus conſiſtit robur hominis) & parta laboribus multis ſint in domo aliena. Frequentiſſime enim hoc videmus contingere. *Et gemas in nouiſſimis quando conſumpſeris carnes & corpus tuum.* Iuxta hebræum habetur. *Et gemes in nouiſſimo tuo in ſinure*

Prima cura ne cogitationes polluantur.

Rabini dicunt ſonare robur.

Differentia inter fornicariam & vxorem.

Luxum, pœnitudo ſequitur.

carnem tuam, & reſiduum tuum. Quia ſuapte natura ad h mõi luxum ſequitur pœnitudo, ideo præmonetur filius, ne ad huiuſmodi pœnitudinis ſtatum ſeipſum agat. Deſcribitur autẽ infœlix pœnitentia, non poſt conſumpta omnia, ſed quando poſt multa conſumpta, eſt prope finem conſumendi vniuerſa. Huiuſmodi enim tempus deſcribitur dicendo, in nouiſſimo tuo, in finire carnem tuam, & reſiduum, & caro quidem refertur ad perſonalia, reſiduum vero ad facultates, & hunc ſenſum manifeſtant vltima uerba huius pœnitudinis ſubiunctæ. *Et dicas cur deteſtatus ſum diſciplinam.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Quomodo odi eruditionem & increpationem ſpreuit cor meum?* Verba pœnitentis ad ſeipſum ſunt ſatis clara. *Pene fui.* Iuxta hebræum habetur. *Sicut parum fui in omni malo in medio collectionis & congregationis.* Hinc apparet, ꝙ non conſumptis omnibus, ſed cum eſſet in fine conſumendi, & carnes, & facultates reſipiſcentia iſta deſcribitur, alioquin non diceret ſicut parum, hoc eſt parum abfuit, ꝙ fui in omni malo. Quod autẽ dicit in medio collectionis & congregationis poteſt referri, vel ad cauſam, vel ad pœnã, & ſi ſonat cauſam, ſenſus eſt, ꝙ cauſa ſui mali fuit imitari turbam, ſi vero ſonat pœnam, ſenſus eſt, incidi in uituperium congregationis & collectionis. Inter congregationem autem, & collectionem hoc intereſt, ꝙ congregatio ſonat multorum unitatem politicam, puta ſenatum, ſeu concilium, adunatio uero ſonat multitudinem quomodolibet congregatam. *Bibe aquam de ciſterna tua.* Iuxta hebræum habetur. *Bibe aquam de puteo tuo.* Monuit hactenus pater filium cuſtodire ſe a muliere aliena, tum quia fallax, tum quia nociua, & perſonæ, & rebus, tũ quia pariet pœnitudinem, monet conſequenter idem, monſtrando bona concomitantia euitationẽ mulieris nõ ſuæ, & primum oſtendit bona utilia, deinde delectabilia. Et quo ad utilia quidem bona vtitur parabola aquarũ uiuarum. Conſiſtit autem parabola in hoc, ꝙ quemadmodum habens puteum, ſeu fontem proprium, ipſe cum ſuis bibit aquam de proprio fonte, ita ꝙ ipſe de medio fontis manantem aquam bibit, & inde ſpargit eam foris tam copioſe, ꝙ quaſi paludem efficiat in larga planicie, retinet autem aquas ſuas ſolus, ita ꝙ non admittit alienos ad aquarũ ſuarum dominium ſecum, ſic ſit dominus facultatum ſuarum, & copioſe utatur eis, ſpargendo eas etiam foras pauperibus & peregrinis, nec alienos admittat ad dominium facultatum ſuarum. Quod tamen facit communicans cũ muliere non ſua. *Et fluenta putei tui.* Iuxta hebræũ habetur. *Et fluenta de medio putei tui.* Quod autem ſequitur. *Deriuentur fontes tui foras & in plateis aquas tuas diuide.* Iuxta hebræum habetur *Spargent fontes tui foras, & in planiciebus amplis paludes aquarum.* Copia frugum & aliarum rerum exuberans ſignificatẽ, per huiuſmodi exuberantiam aquarum ſi filius retinet eas, & utitur eis abſꝙ alienis, & ad hoc explicandum ſubiungit. *Habeto eas ſolus nec ſint alieni participes tui.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Erunt tibi ſoli tibi, & non alienis tecum.* Sententia eſt clara, & appellatione alienorum intelliguntur non ſui domeſtici operarii, & hoſpites, ſed alieni ſecundũ animũ ab ipſius bono, quales ſunt mulieres fornicariæ, lenones, ſicarii, & id genus reliqui, ac ſi apertius dixiſſet, ſi tu cũ tuis uſus fueris facultatibus tuis abundabis ualde. *Sit uena tua benedicta.* Iuxta hebręum habetur. *Erit abundantia tua benedicta.* Hoc eſt multiplicata & benedicta, ac laudata a pauperibus, & peregrinis a congregationibus, & adunationibus. *Et lætare cum muliere.* Legendũ eſt. *Et lætare de uxore adoleſcentiæ tuæ.* Ecce bona delectabilia. Captus enim amore mulieris alienæ non lætatur, non fruitur uxore propria. Meminit autem adoleſcentiæ, ut materiam letitiæ explicet. Primus enim amor radicatus eſt, & fouet lætitiam de uxore primo amata. *Cerua chariſſima, & gratiſſimus hinnulus.* Iuxta hebræum habetur. *Cerua amorum & ibix gratiæ.* Dictio interpretata ibix eſt illamet, quæ ſcribitur in principio. 38. capituli Iob. Vbi legitur. Numquid noſti tempus partus ibicum; aſſimilatur itaq; uxor quo ad amorem, imo amores, ceruæ, & quo ad gratiam, ibici. Quam gratioſa autem ſit ibix, ut Salomon aſſimilauerit ei gratiam uxoris, latet me qui nunq̃ ibices uidi, nec aliquid ad propoſitum ab aliis ſcriptum noui. De ceruæ autẽ amore nil aliud occurrit, niſi ꝙ aſſimilatur uxor ab adoleſcentia habita quo ad lætitiam, hoc eſt materiam lętitiæ, quam habet uir iugiter de cerua quam domi ſibi aluit, ex quo ablactata eſt. Huiuſmodi enim cerua, appellatur cerua amorum, tum quia familiariter amatur, tum quia domeſticus amat. Ex reciproco igitur amore, tam iugiter delectabili, appellatur cerua amorũ & aſſimilatur uxori nõ deſerendę, ſed ab adoleſcentia iunctæ. *Vbera eius inebrient te.* Iuxta hebræum habetur. *Vbera eius ſaturabunt te in omni tempore.* Non oportet aliena ubera quærere, ſed propriæ uxoris pectus omni tempore paratum ſufficiat, ad extinguendum ſitim libidinis, imo ad ſatietatem. *In amore illius delectare iugiter.* Iuxta hebræum habetur. *In amore illius errabis iugiter.* Remedia ſunt hæc feruoris iuuenilis, ex paterno proficiſcentia conſilio. Vt iuuenilis feruor erret in amore propriæ uxoris & non alienæ, erret autem non ad tempus, ſed iugiter,

Congregatio & adunatio quomodo differant.

Propriæ ſonare dicitur ciſternam ſequens autẽ dictio puteum propter triplex malum fugienda eſt fornicaria.

Q uomõ bibenda ſit aqua de proprio fonte.

Deriuatur a fodiendo & dr ſonare uenam, ſeu fontem Leui. 20. diſcooperuit venã ſanguinẽ ſuo᷑.

Ibices capreæ genus eſſe refert Plinius li. 8. c. 53. qui vis hebræorũ quidã pro hinnulo exponant ut quẽadmodũ cerua apud hinnulũ inuenit gratiam ita.

Modus iſte loquẽdi, potius vim retractiuam q̃ permiſſiuam habet, vt et

giter, hoc eſt nunq̄ erret in aliena, ſed ſi errandum eſt, erret iugiter in amore propriæ uxoris. *Quare ſeduceris fili mi ab aliena.* Iuxta hebræum habetur. *Et quare errabis fili mi in extranea & amplexaberis pectus alienæ?* Poſtremo monet filium vt caueat a muliere non ſua ob timorem dei. Et ſcito ꝙ dictio interpretata errabis, eſt illamet, quę in præcedēti uerſiculo interpretata eſt errabis, continuando ſiquidem textum e regione erroris in fruitione uxoris collocat errorem in fruitione mulieris non ſuæ. Nec interrogando, ſed comminando dicit, & quare fili mi errabis in non tua, & ſubiungendo cauſam comminationis adiungit. *Reſpicit dominus uias hominis.* Iuxta hebræum habetur. *Quia coram oculis iehouah uiæ uiri & omnes uias eius ponderat.* Viarum nomine opera intelliguntur & ſummus Deus non ſolū uidens, ſed etiam ponderans (hoc eſt diſcutiens & examinans) omnia opera hominis declaratur, ut timeat filius peccare coram oculis Dei. *Iniquitates ſuæ capient impium.* Ne imputetur Deo punitio, ſed propriis iniquitatibus hominis, & rurſus, ut certus ſit filius, ꝙ iniquitas eius ſola faciet ipſum puniri a Deo, dicit ꝙ iniquitates ſuæ capient impium. *Et funibus peccatorum ſuorum conſtringetur.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Fulcitur.* Quemadmodum connexione uirtutum iuſtus fulcitur, ita impius funibus peccatorum ſubſtentatur, ita ꝙ peccatis ſuis imputanda eſt poena. *Ipſe morietur, quia non habuit diſciplinā & multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Ipſe morietur in non eruditione, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ errabit.* Dictio interpretata errabit, eſt illamet, quæ ſuperius reperita eſt bis. Reſoluit pater poenam iniquorum in abiectam eruditionem paternam, & abiectionem reſoluit in multitudinem ſtultitiæ filii, vt primam radicem ſui mali agnoſcat filius eſſe, non modicum ſtultitiæ, ſed multitudinem ſtultitiæ, inducentis ipſum ad ſpernendum eruditionem paternam.

hebræorum quidā exponunt.

Viæ ſunt opera.

Non imputāda eſt Deo punitio, ſed hominis iniquitatibus.

Mali radix ſtultitia.

CAP. VI.

FILI *mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, &c.* Quæſtio ſtatim occurrit, an fideiiubere inhibeatur in hac litera, nam ſonat filium, qui fideiiuſſit pro amico incidiſſe in laqueum, & monetur filius, ut det operam ad liberandum ſe. Hoc enim nihil aliud eſt, q̄ uituperare fideiiuſſionem factam quaſi laqueum. At ſi hoc admittitur, opera miſericordiæ uituperātur, nam quemadmodum mutuare eſt opus pium, ita & fidei iubere. Solutio eſt, ꝙ fidei iubere contingit dupliciter, vel ex charitate, & de hoc non ſermo, uel ex leuitate, aut puſillanimitate, ſeu quæcunq; alia ſimili occaſione, & de tali fidei iuſſione fieri ſermonem hoc in loco teſtatur contextus. Nam deſcribitur fideiiuſſio tanquam impactio, & tanq̄ qui impegit captus ſit laqueo. Huiuſmodi enim metaphoræ inſinuant fideiiuſſionem, non perfectā fuiſſe ex ſpontaneo amore, ſed contigiſſe ex aliqua occaſione minus uolūtaria, ut ſæpe contingit, & propterea caſum filii miſeratus pater, conſulit illi, ut ſtudeat ſe liberare ꝑ celeriter de laqueo in quem incidit. Non itaq; uituperatur fideiiuſſio pia, ſed quaſi inuoluntaria. Duo itaq; præcepta ſimul dari intelliguntur, alterum implicite, ne temere fideiiubeat, alterum explicite, ꝙ ſi inciderit in fidei iuſſionem quaſi in uoluntariam ſollicitus ſit ad liberādum ſe. *Illaqueatus es uerbis oris tui.* Iuxta hebræum habetur. *Impegiſti in dictis oris tui, captus fuiſti in dictis oris tui.* Hinc apparet, ꝙ non de ſpontanea fidei iuſſione, quæ ex charitate fit, eſt ſermo. *Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum.* Iuxta hebræum habetur. *Vade, & calca, & robora.* Dictio tamen interpretata calca interpretari quoque poteſt. *humiliate.* Et eſt ſenſus, vade & calca (hoc eſt, ne parcas frequentibus ambulationibus) uel humilia te apud proximum tuum, pro quo fideiiuſſiſti & robora, (hoc eſt animæquiorem redde, adiuua in aliis) ut ſoluat ipſe, qui principaliter tenetur. *Eruere quaſi damula de manu.* Dictio interpretata damula, ab aliis interpretatur ceruа, ab aliis caprea, ſed parui refert, quoniam ſenſus metaphoræ clarus eſt, quoniam in litera, ſicut laqueus refertur ad auem, ita manus refertur, ad capiendum, uel retinendum animal hoc. *Vade ad formicam o piger.* Proſequendo præcepta particularia, poſt mandatam ſollicitudinem, ad liberādum ſe de laqueo fidei iuſſionis, præcipit diligentiam ad imminentes operas pro oportunis, ad uictum & ueſtitum, & ad reliqua domeſtica. Monet autem ab exemplo formicarum. *Et diſce ſapientiam.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Et ſape.* Dictio tamen hebraica ſonare uidetur fieri ſapiētem. Eſt enim ſenſus, ꝙ exemplo formicæ fias ſapiens. *Quæ cum non habeat ducem.* Vt habent oues ſequentes arietes. *nec præceptorem.* legendum eſt. *nec præfectum.* Vt habēt grues in extremis agminis. *nec principem.* legendum potius eſt. *nec dominum.* Vt habent apes regem, ſed abſq; domino, cui ſeruiant, abſq; præfecto ſollicitante, & abſq; alicuius ducatu parant ſibi in æſtate panem, ſeu cibum. Naturali ſiquidem inſtinctu formica congregat, ac theſaurizat. *Paululum dormies.*

Quæſtio de fideiiuſſione.

Solutio.

Duo præcipiuntur.

Deſcriptio hois pigri. Quidã hebræorũ admonitoriũ dictum putãt ꝙ natura paucis cõtenta eſt.

Litera vulgatæ æditionis clara eſt, ſed hebraica litera obſcura. Nã hebraice habet. *Paruis ſomnis paruis dormitationibus, paruo amplexu manuum ad iacendum.* Sed ſenſus in idem redit, eo ꝙ modus pigritiæ deſcribit, quo videlicet vtitur piger ad longum iacere. Multiplicat enim & paruos ſomnos, & paruas dormitationes, & paruos amplexus manuum ad diutius iacẽdum. Paruitatem autem intellige ſecundum iudicium ipſius pigri excuſantis ſe, ꝙ parum dormiam, parum adhuc dormitabo, parum extendam membra. *Quaſi viator.* Hoc eſt ex improuiſo ſicut viator. *Et pauperies quaſi vir armatus.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Et defectus tuus ſicut vir ſcuti.* Aſſimilatur defectus facultatũ adueniens viro viatori, pro quãto ex improuiſo obrepit, viro autem ſcuti, pro quanto non poteſt piger reſiſtere aduenienti, ſicut nõ poteſt reſiſtere huiuſmodi armato. *Si vero impiger fueris, ueniet ut fons meſſis tua & egeſtas longe fugiet a te.*

Habetur Beliahal. Deſcriptio hois mali.

Tota hæc clauſula ſuperflua eſt, non enim habetur in hebræo. *Homo apoſtata uir inutilis.* Iuxta hebræũ habetur. *Homo malus uir iniquitatis.* Nihil hic dicitur de apoſtaſia, ſed deſcribitur poſt hominem pigrum, homo malus, & eſt ſermo de malitia morali, & de eo primum dicitur in genere, ꝙ eſt vir iniquitatis. Quẽadmodum enim dicitur vir ſanguinis, qui effuſor eſt humani ſanguinis, ita dicitur vir iniquitatis, qui paſcitur, & delectatur iniquitate. *Graditur ore peruerſo.* Hoc eſt negociatur ſermone peruerſo. Peruertit enim ſermonem proprium torquendo illum in operationibus ſuis, & vtinam non experiremur taliũ hominum verſutias. *Annuit oculis.* Iuxta hebræum habetur. *Innuit in oculis ſuis.* Quemadmodum innuens oculo occultat alteri intentionem propriam, quam innuendo inſinuat complici, ita conſilia latebroſa mali viri ſignificãtur methaphora innuentis oculis. Vnum enim dicunt corã & aliud occulte tractant. *Terit pede.* Iuxta hebræũ habetur. *Loquitur in pedibus ſuis.* Metaphora quoq; eſt. Cuius enim locutionis materia pedes ſunt, non niſi ad ſubiecta ſibi tendit, & deſcribitur per hoc mali viri ſermo tendens ad ſubiciendum ſibi, & habendum omnes tanquam pedes ſuos. *Digito loquitur.* Iuxta hebræum habetur. *Docet in digitis ſuis.* Quemadmodum docens mõſtrando digitis ea quæ docet, facit euidenter cognoſci ea quæ docet, ita malus vir arrogat ſibi docere, ac ſi monſtraret digitis. Vult enim ꝙ habeamur pro euidentibus ea, quæ docet, ac ſi monſtraret ea digitis. *Prauo corde machinatur malum.* Iuxta hebræũ habetur. *Verſutiæ in corde eius.* Deinde ſequitur. *Cogitat malum.* Ita ꝙ duæ ſunt clauſulæ, altera uerſutiam in corde, altera malorum in cogitatione. *Et omni tempore iurgia ſeminat.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *In omni tempore inimicitias mittet.* Ad tollendum præcipuũ inter homines bonum, amicitiam. *Huic ex templo ueniet perditio ſua.* Iuxta hebræum habetur. *Super ſic ſubito ueniet contritio eius, repente frangetur & non ſanitas.* De pigro dixerat, ꝙ veniet paupertas ex improuiſo tanquam vir armatus. De homine autem malo dicit, ꝙ ſuper malitia eius frangetur, ſic ꝙ fractio eius ſubita erit abſq; ſanitatis ſpe, & ſiue fractionis nomine intelligatur ruina ſtatus, ac facultatum, ſiue ruina corporis, verificari hæc ſæpe uidentur. Nam & vulneribus abſq; ſanitatis ſpe quandoq; confodiuntur, & in indignatione principum incidentes expoliantur rebus & exautorantur abſq; remedio. *Sex ſunt quæ odit dominus.* Nomen eſt tetragrãmaton. Deſcripto homine malo, deſcribit conſequenter mala, q̃ odioſa ſunt ſummo Deo. *Et ſeptimum deteſtatur anima eius.* Iuxta hebræum habetur. *Et ſeptem abominationes animæ eius.* Senſus tamen in idem redit. Intendit enim dicere, ꝙ ſex ſunt odioſa Deo, & ſi adidatur ſeptimum erunt ſeptem abominabilia animæ Dei. Methaphoricus ſermo eſt ad inſtar abominationis quam experimur in anima noſtra, ita ꝙ adiunctum ſeptimum efficit, ꝙ non ſolum exoſa, ſed etiam abominabilia ſint. *Oculos ſublimes.* Ecce primũ exoſum. Nec eſt ſermo de oculis corporeis, ſed de oculis mentis. Superbiæ enim initium per ſublimes oculos deſcribitur. Superbi enim eſt ſuſpicere appetitu ad altiora incommenſurata ſibi. Poſſunt quoq; per ſublimes oculos intelligi definitiones de ſublimibus excedentes ingenia definientium. Sublimes enim oculi ſunt eorum, qui negant diuinam prouidẽtiam circa humanas actiones, qui negant immortalitatem animæ & huiuſmodi. Sublimes oculi ſunt chriſtianorum, qui negant myſterium trinitatis, & aliorũ quæ catholica eccleſia profitetur. *Linguam mendacem.* Secundum exoſum eſt lingua mendax, & hoc uerificatur uniuerſaliter de omni mendacio. Nam mendacium eſt in ſeipſo prauum, & nulla poteſt quantũcunq; ſancta intentione adhibita rectificari, ac per hoc ſuapte nã lingua mendax exoſa eſt Deo. *Manus effundentes innoxium ſanguinem.* Tertiũ Deo exoſum, expoſitione non eget. *Cor machinans cogitationes peſſimas.* Iuxta hebræum vltima dictio legenda eſt, *iniquitatis.* Et ſententia eſt clara. *Pedes ueloces ad currendum in malum.* Quintum exoſum, executores mali cum feſtinatione, ſignificantur per pedes. *Proferentem mendacia teſtem fallacem.* Iuxta hebræum habetur. *Faciet loqui mendacia teſtimonium fictum.* Sextum exoſum Deo ſupputatur, facere ut aliquis mentiatur,

Deſcriptio eorum quæ odit Deus.

Primum odibile. Qui oculi ſublimes dicantur.

Secundum odibilẽ. Mendacium ex ſeipſo prauum.

Tertium odibile.

Quartum.

Quintum

Sextum.

ad teſtificãdum falſum,quod crebro in iudiciis fit, in graue damnum proximi. *Et eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Sententia ſeruatur,& hoc eſt ſeptimum tam abominabile Deo, vt conſtituat ſeptem abominationes,hoc eſt,vt reddat vniuerſa abominabilia Deo. Valde ſiquidem repugnat,& naturæ,& moribus,mittere diſcordias inter fratres,inter quos eſt naturalis concordia. *Conſerua fili mi.* Moniturus filium,vt caueat ab adulterio,præmittit mãdatum,de aſſidua reuocatione ad mẽtem,tam paternæ,q̃ maternæ legis. Aſſidua enim recordatio deſcribitur,tum per partes corporis,cor,& collum,tum per partes temporũ gradiendi,dormiendi,euigilandi. Deſcribitur autem,vt non ſolum intus & extra,(hoc eſt coram aliis) ſed etiam quando vadit cubitum,quando expergiſcitur,& cum graditur, renouet memoriam paternarum traditionum. Corrigenda eſſet litera. *Cum dormieris cuſtodiant te.* Nam hebraice habetur. *In iacere tuo cuſtodiet ſuper te.* Sed ſenſus in idem redit. *Quia mandatum lucerna eſt.* Ratio tantæ diligentiæ redditur ex virtute illuminatiua,quam habent parentum præcepta,& ex virtute vitali,quam habent increpationes eruditionis. Nã vbi legitur. *Increpatio diſciplinæ.* Legendum eſt. *Increpationes eruditionis.* Increpando enim,parentes erudiunt filium,& prebent ei viam vitæ proculdubio animi. *Vt cuſtodiant te a nupta mala.* Ecce quo tendit vniuerſa hæc monitio,& ad literam loquitur de muliere nupta adultera, vt etiam inferius ſubiungitur. Ita q in præcedenti capitulo monuit filium,vt cuſtodiret ſe a muliere nõ ſua in genere,hic autem monet eundem in ſpecie,vt caueat ab adultera.Quam deſcribit prius a malitia appellando eam nuptam malam,quia vere eſt mala, vtpote malæ voluntatis, & rurſus eſt mala, quatenus eſt nociua aliis, deinde a blanditiis, ſubiungendo. *A blanditiis linguæ extraneæ.* Ita q non ſolum eſt mala, ſed etiam prouocans, blando ſermone alliciendo. *Non concupiſcat cor tuum.* Ac ſi apertius dixiſſet. Quamuis pulchritudo ejus placeat oculis tuis non tamen penetret cor tuum. *Ne capiaris nutibus illius.* Iuxta hebræum habetur. *Et non capiet te in palpebris ſuis.* Hoc eſt in officio oculorum ſuorum. Colligetria (videlicet linguam blandam,pulchritudinem,& oculorum motus.) eſſe arma mulieris, a quibus oportet ſe ſeruare iuuenem. *Precium enim ſcorti vix unius panis eſt,mulier autem viri precioſam animam capit.* Iuxta hebræũ habetur. *Quia per mulierem meretricem vſq ad fruſtum panis,& uxor viri animam precioſam venabitur.* Intendẽs declarare grauitatem adulterii, manifeſtat grauitatem ipſius, primum relatiue ad fornicationem,deinde relatiue ad furtum. Nec eſt ſermo de grauitate eſſentiali,ſed quo ad nocumenta. Comparando itaq nocumenta illata a ſcorto, ad nocumenta quæ inferuntur ab adultera,dicit, q per mulierem meretricem exhauriuntur opes,vſq ad fruſtum panis,mulier autem adultera venatur precioſam animam, hoc eſt facto tendit ad perimendum vitã hominis,qua nihil eſt precioſius. Fornicator enim non exponit ſe periculo mortis, adulter vero,& ſubiacet pœnæ mortis ſecundum leges,& exponit ſe periculo occiſionis a marito. *Nunquid abſcondere poteſt.* Sententia huius clauſulæ ſatis clara eſt, & in textu declaratur, quorſum affertur hæc ſimilitudo ignis,& hic clare habes, q de adulterio eſt ſermo, dum dicitur ad vxorem proximi ſui, &c. Quod autem ſequitur. *Non grandis eſt culpa, &c.* Paraphraſis eſt nõ interpretatio. Nam hebraice habetur. *Non vilipendent furem,quia furabitur ad implendum animam ſuam,quia eſuriet.* Comparat conſequenter furtũ adulterio,& quo ad cauſas,& quo ad nocumẽta,manifeſtando longe grauius eſſe adulteriũ. Et cãs quidẽ furti deſcribit ſubordinatas,videlicet,alere propriam vitam,quia indiget alimentis. A nocumentis autem eiuſdem excludit ignominiam,declarando nocumenta furti eſſe reſtituere ſeptuplum,& ſi oportuerit omnem ſubſtantiam ſuam dare pro reſtitutione. *Et liberabit ſe.* Superfluũt iſtæ tres dictiones. *Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam.* Hæc clauſula non redditur integre. Nam in hebræo adiungitur. *Ipſe faciet illud.* E regione cauſarũ furti, collocat cauſas adulterii. Ille furatur propter rerum inopiam,iſte adulteratur propter cordis defectum,rurſus ille furatur,vt impleat animam ſuam,iſte adulteratur ad perdẽdam animam ſuam,ille demum non facit ſibiipſi malum,iſte vero ſibiipſi facit malũ illud,hoc eſt, quia ille coactus fame furatur,iſte autem ſponte adulterium committit. Appellatione autem animæ intellige vitam,nam & fur ad ſuſtẽtandum vitam ſuam furatur,& adulter exponit periculo mortis vitam propriam,cordis autem defectum internum defectum, quo adulter agitur,intellige. Paſſio ſiquidem concupiſcentiæ,& delectationis carnalis, aduerſatur valde bonæ diſpoſitioni,tam intellectus,q̃ appetitus,vnde & apud ethnicos ſcribitũ, q venus furatur intellectum. *Turpitudinem,&c.* Iuxta hebræum habetur. *Plagam & ignominiam inueniet,& opprobrium eius non delebitur.* E regione nocumentorum conſequentium furtum,ſupputat nocumenta conſequentia adulterium, & inter conſequentia quidẽ furtum non niſi facultatum damna ſupputata ſunt,concomitantia autẽ adulterium deſcribuntur primum

Septimum abominabile

Diſcordia inter fratres naturæ, & moribus pugnat.

Eſt ſingularis numeri.

Arma mulieris.

Nocumẽta adulteræ & extraneæ meretricis.

Comparatio furti & adulterii.

Venus intellectũ furatur

vulnera,& deinde ignominia,quo contra de fure dictum eſt,non ſpernent eum. Frequenter enim adulteri vulnerantur,& pro ignominia illata marito & conſanguineis, notantur, ita ꝙ opprobrium illius non deletur. *Quia zelus,& furor viri.* Legendum eſt. *Quia zelus ira viri & non miſerebitur in die vindictæ.* Ratio redditur,quare adulter perdet animã ſuam,quia zelus mariti eſt ſuapte natura pariens iram,quæ eſt appetitus vindictæ, & propterea non miſerebitur in die commodo ad uindicandum. *Nec acqueſcent cuiuſquam precibus.* Iuxta hebræum habetur. *Non eleuabit faciem omnis precii.* Hoc eſt non reſpiciet ad perſonam quantũcunq; precioſam. Intendit enim ꝙ adulterum quantuncunq; nobilem occidet (commoditate habita) maritus. *Nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* Sententia redditur. Iuxta hebræum tamen dicitur. *Et non volet, ꝙ facies multiplicare munera.* Significatur.n. ꝙ maritus non appetit, ꝙ tu adulter multiplices munera,ad placandum eum, cuius tamen oppoſitum quandoq; videmus. Sed quia hoc euenit per accidens,ideo non contrariatur ſententiæ Salomonis. Dicta ſiquidem a Salomone,hic de animo mariti erga adulterum verificantur per ſe,hoc eſt, ſecundũ ea quæ communiter,& ſuapte natura conueniunt animo mariti. Propterea enim præmiſit, ꝙ zelus mariti eſt ira,hoc eſt appetitus vindictæ. Vnde ſequitur,ꝙ non eſt appetitus miſericordiæ,neq; munerum per accidens autem (hoc eſt propter mollitiem animi adiunctã) nonnulli mariti faciunt oppoſitum.

Mariti accipiunt munera pro vxore p accidẽs

CAP. VII.

FILI *mi cuſtodi ſermones meos.* Poſt monita de adulterio, deſcendit ad ſpecialem quẽdam modum attrahendi iuuenes ad adulterium. Et quoniam modus iſte habet magnam vim attrahendi, ideo præmittit pater longum exordium, ad excitandum filium, vt ſibi caueat. *Fili honora dominum,& valebis, præter eum uero non timueris alienum.* Tota hæc particula ſuperflua eſt. Non.n. habetur in textu hebræo. *Et legem meam quaſi pupillam oculi tui.* Pupilla oculi contutata eſt a nã multis internis tunicis, & externis palpebris,ac ciliis, ſic contutandã paternam legem a filio intus,& extra monet pater. Vnde ad externas, & internas vigilantias deſcendit dicendo. *Liga eas in digitis tuis, ſcribe eam in tabula cordis tui.* Externa cuſtodia deſcribitur in digitis,interna in corde. Methaphora autem digitorum non affertur ex ornamentis annulorum,qui geſtantur in digitis, ſed ex alligatis in digitis,quæ firmius retinẽtur. Et tendit parabola ad hoc, ꝙ quemadmodum alligata digitis,non recedunt ab intuitu oculorum (nullum enim membrum noſtrum nudum,tam frequẽter obiicitur propriis oculis,) ita paterna mandata ſæpiſſime obiiciantur mentis oculis, tanq̃ alligata digitis. Scribere autem in tabula cordis, ſonat firmam retentionem in corde,in intimis affectus, quẽadmodum ſcribere (quod olim fiebat in tabulis) ad retinendum dicta ordinatur. *Dic ſapientiæ ſoror mea es,& prudentiam uoca amicam tuam.* Dictio interpretata prudentiam interpretanda eſt, *intelligentiam.* Et hoc quoq; pertinet ad modum cuſtodiæ, vt videlicet amoris vinculo,& quaſi naturali neceſſitudine iungat ſe filius ſapientiæ,ac intelligentiæ, quæ præcipiuntur paternis mandatis, tanq̃ connaturalem, quaſi ſororem iubet haberi ſapientiã, quia vere connaturalis eſt ſapientia hoĩ, vtpote in quo virtutum ſemina congenita ſunt,& quia non omnis ſoror,quamuis dilecta, eſt amica, ideo ad mutuum adipiſcendum amorem adiungitur, & intelligentiam voca amicam tuam,dilige eam,& diligeris ab illa. *Vt cuſtodiat te.* Ad q̃d tendit huiuſmodi dilectio,cum prius deſcripta cuſtodia paternę legis,incipit manifeſtare, proponens in genere cuſtodiam a muliere extranea non quacunq;, ſed leniente verba ſua, ad attrahendum iuuenes. *De feneſtra enim domus meæ, per cancellos proſpexi.* Deſcendit admodum ſpecialiter intentum deſcribendo illum. Vbi aduerte ꝙ quemadmodum Salomon inſtruẽdo filium non reſtringitur filii nomen ad Roboam,& ad filios naturales, ſed appellatione filii comprehendit adoleſcentes iuuenesq; omnes,ita induit perſonam patris, & deſcribit ſeipſum tanq̃ patrem proſpicientem per feneſtram domus propriæ non patẽtem, ſed cancellis opertam,hoc eſt proſpicientem,ita vt ipſe videat alios, & non videatur ab aliis, qui foris ſunt. Sæpe.n. hoc fit. *Et video paruulos, conſidero uecordem iuuenem.* Iuxta hebræum habetur. *Et vidi in ſimplicibus intellexi in filiis adoleſcentem minutum corde.* Simplices appellantur,qui modici ſunt iudicii,filii autem,qui paruæ ſunt ætatis. Facile enim ludentibus pueris miſcentur ſimplices. Et apte deſcribit pater ſeipſum videre huiuſmodi greges puerorum, & ſimplicium,& e feneſtra cancellata proſpicere,quoniam ſi videretur ab eis fugerent, inde erubeſcẽtes coram cenſore ludere. Inter itaq; ſimplices & pueros vidit adoleſcentem minutum corde, vtpote ſimilẽ vtriſq;. Minutus enim corde appellatur cui deſunt morales virtutes, quæ ſunt

Proportio pupillæ ratione cuſtodiæ.

Quid ſit alligare digitis.

Quid ſcribere in tabulis.

Sapientia homini connaturalis.

Minutus cor de.

de integritate vitæ animi. *Qui tranſit per plateas iuxta angulum.* Non per medium plateæ, ſed prope angulos plateę idoneos, ad inchoāda ea, q̄ libidinis ſunt, vtpote loca minus patētia, multis cōmoda hinc inde occurſibus. *Et prope uiam domus illius graditur.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *deambulat.* Nec habetur prope, ſed ad, ſeu per, pronomen autem illius cum ſit maſculini generis, nō demonſtrat mulierem, ſed anceps relinquitur, eo ꝙ dictio ſignificās domum, eſt quoq; maſculini generis apud hebræos. Senſus tamen porrigere videtur, ꝙ mulieris domus demonſtratur. Periculum enim deſcribitur iuuenis, ex hoc ꝙ deambulat, ad viam domus mulieris adulteræ. *In obſcuro.* Iuxta hebræum habetur. *In crepuſculo, in ueſpera diei, in nigredine noctis, & obſcuritate.* Deſcripto loco idoneo, ad pericula libidinis, deſcribitē conſequenter, tempus idoneum ad idem. Deſcribitur autem relatiue ad diem, tempus crepuſculi veſpertini, relatiue autē ad noctem, deſcribitur nigredo, ad ſignificandū crepuſculum magis ſapere nigredinē noctis, q̄ claritatem diei. Adiūgitur vero obſcuritas, ad ſignificandum qualitatē crepuſculi, ꝙ videlicet nō lucebat luna, ſed erat obſcuritas. *Et ecce mulier.* Cōſequenter deſcribitur, occurrēs adultera a multis cōditionibus, & primo ab occurſu, deinde ab habitu ornatus meretricii, non expectat inuitari q̄ occurrit ſpōtanea cū armis ornamēti meretricii. *Præparata ad capiendas animas.* Iuxta hebræū hř. *Et minuta corde.* Qualitas cordis eius, tertio deſcribitur, a defectu virtutū moralium, ac ſi apertius dictū fuiſſet, vacua virtutis. *garrula.* A, lingua deſcribitur loquax, quaſi tumultuoſe. *Et uaga.* Inquietudo ſm̄ localē motū ſignificatur. *Quietis impatiens.* Iſtæ duæ dictiones ſunt ſuperfluæ. *Nec ualens in domo, &c.* Sententia redditur. Declaratur enim, ꝙ ita eſt vaga ꝙ non habitant in propria domo, pedes illius tam parua morula continentur domi. *Nunc foris, &c.* Officium ad quod vagatur, deſcribitur, videlicet, inſidiari, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulum quemcunq;. *Apprehenſumq;.* Deſcriptis conditionibus mulieris, ſubiūgitur conſequenter effectus triplex, videlicet apprę̄henſionis, oſculi, & procaci vultu allocutionis. Interpres enim apoſuit blanditur. Nam textus hebraicus petulantis vultus, duntaxat meminit. *Victimas pro ſalute deuoui.* Iuxta hebræū habetur. *Sacrificia pacificorum ſuper me.* Fingit mulier Deum benigne exaudiſſe illam, & fouere deſideria amoris ſui, erga illum adoleſcentem. Fingit.n. ſe olim uouiſſe ſacrificia pacificorum deo pro amore illius iuuenis, & illo die exoluiſſe vota ſua, & ſuper hac fiducia ſe egreſſam eſſe in occurſum illius adoleſcentis, ad quærendum vultum eius, & inueniſſe eum. Hæc enim ſunt quæ procaci vultu dixit, quo ad animum ſuum erga illum. Deinde ſubiungit quæ præparauit dicens. *Intexui funibus.* Iuxta hebraū habetur. *Pauimentaui pauimentis lectum meum, eleuatis funibus Egypti.* Similitudo pauimenti facile intelligitur in lecto ſtrato, ſed qualis funis Egypti vſus fuerit nō facile patet, niſi ꝙ ad delitias ſpectare videē. *Aſperſi cubile meum.* Mixtura liquida ex aromatibus (ligno aloes, mirrha, & cinamomo) inſinuatur ex hebraico verbo ſignificāte colare, quod interpres antiquus recte expoſuit aſpergere. *Veni inebriemur uberibus.* Iuxta hebræum habetur. *Eamus ſatiemur amoribus, uſq; mane, ſatiemur in amabilibus.* Reliqua interpres addidit circumloquendo hebraicam breuitatē. *Non eſt enim uir in domo ſua.* Pronomen ſua demonſtrat, ꝙ verba iſta nō ſunt mulieris, ſed authoris libri, ad reddendum rationem ſecuritatis mulieris, quia videlicet non eſt maritus in domo eius, ſed abiit uia longinqua munitus pecunia. *In die plenæ lunæ.* Iuxta hebræum habetur. *Die ſupputato ueniet ad domum ſuam.* Ex his enim, vxor interim abſq; timore viri, vacat ſuæ libidini. *Irretiuit eum multis ſermonibus.* Iuxta hebræū hř. *Fecit declinare eum in multitudine captionis ſuæ, in lenitate labiorum ſuorum impellet eum.* Efficacia muliebris occurſus, blanditiarum, procacitatis, & promiſſionum deſcribitur, ſub nomine multitudinis captionum, quæ vim habent impellendi animum hominis ad libidinis opus. *Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad uictimā.* Legendum eſſet. *Ad macellum ueniet.* Quod autem ſequitur. *Et quaſi agnus laſciuiens, & ignorans, ꝙ ad uincula ſtultus trahatur.* Iuxta hebręum habetur. *Et tanquam tintinnabulum ad caſtigationem ſtulti.* Tres ſimilitudines afferuntur ad declarandum modum, quo iuuenis iſte vadit poſt adulterā mulierē. Prima eſt bouis euntis ad macellum, & per hanc manifeſtatur modus, quo a muliere non tam ducitur, q̄ trahitur ad mortem animæ Secunda eſt hominis inſanientis, cui alligatur tintinnabulum in pede, & ſic ducitur ad locū vbi caſtigantur fatui, & per hanc manifeſtatur, ꝙ tanq̄ cum feſtiuitate iuuenis ducitur ad ignominiam fatuorum, & rurſus ꝙ macellum eius non tollit vno ictu vitam, ſed eſt aſſidua mors, velut caſtigatio fatuorum. Tertia autem ſimilitudo ſubiungetur auis feſtinantis ad laquęum, ignorando ꝙ cōtra vitam ſuam feſtinat, & per hanc manifeſtatur, initium ſpontaneæ ambulationis per quam adoleſcens incidit in laquęum mulieris, ignorando ꝙ contra vitam ſui animi ambulat. Omnis enim malus ignorans, & vt inferius ſcribitur. Errāt omnes qui operāur malum.

Sonat.n. diei vel noctis eſt.n. anceps. ad vtrunq; coiter redditur caligo.

Mulieris inſidiæ.

Effectus procacitatis adulteræ triplex.

Inferius, ca. 31. redduntur ornaui ornamentis. Abraham.n. per pauimenta, intelligit ornamenta.

Amoribus proprie, prior tamen dictio poteſt verti dilectis amabilibus.

Vide quō lecha ſit pluralis numeri, cum plurale ſit melecha.

Tres ſimilitudines quibus declaratur iuuenis ab adultera irretitus.

Verum inter ſecundam, & tertiam interponitur hæc clauſula. *Donec transfigat ſagitta iecur eius.* Secundum enim ſententiarum ordinem, hæc clauſula in fine omnium ſimilitudinum intelligẽtia eſt, quoniam ſignificat tamdiu iuuenẽ aſſimilari aui, boui, & inſanienti, q̃diu ſagitta amoris ſcindit illius iecur, in quo philoſophi concupiſcibilem animæ partem collocarunt. Poſſet quoq; cõtraria intelligi ſentẽtia, videlicet, ꝙ iuuenis aſſimilatur iſtis, q̃diu habet iecur non ſciſſum ſagitta reſipiſcentiæ, ſed ex integro concupiſcens. Dictio enim interpretata tranſigat, iuxta hebraicam veritatem interpretanda eſſet. *ſcindet.* Reſipiſcentia.n. ſcindit cupidinem, & auertit animum ab amore adulteræ, & quia cauſatur huiuſmodi reſipiſcentia ex aliquo nocumento, vel ex aliquo triſti, aut turpi ſuperueniente, ideo appellatur ſagitta ſcindens iecur. Quandoq;.n. diuturnus adulter ex aliqua ſuperueniente ignominia, vel ex aliquo nocumento notabili in perſona, vel in rebus, tanq̃ ex ſagitta ſcinditur quo ad amorem, & reſipiſcit. Vexatio namq; dat intellectũ, & hic ſenſus pro germano amplectendus eſt. *Nunc ergo fili.* Parui refert, ꝙ hebraice habetur. *Et nunc filii audite me.* Viciſſitudo pluralis vel ſingularis teſtatur, ꝙ (vt dictum eſt) iuuenes omnes monet vt filios. *Ne abſtrahatur.* Iuxta hebræum habetur. *Non declinabit ad vias eius cor tuum, & non decipieris in viis illius.* Quia initiũ peccandi eſt declinare in vias ducentes ad locum adulteræ, ideo monet pater filios, vt principiis obſtent, vt cor nõ declinet in vias adulteræ, & ſic euitabunt fallacias viarum, hoc eſt operum illarum. *Multos enim vulneratos.* Iuxta hebræum habetur. *Quia multos occiſos fecit cadere, & fortes omnes occiſi ab ea.* Particula prima clara eſt. Libido ſiquidẽ carnalis fecit cadere multos, ſic ꝙ fuerunt occiſi. Sed particula ſecũda quæſtione non caret, quia nec occiſos omnes propter libidibem fuiſſe fortes, nec fortes omnes occiſos fuiſſe per libidinem verificatur. Solutio eſt, ꝙ cum dicitur fortes omnes fuiſſe occiſos propter mulieres, non eſt ſenſus, ꝙ ſinguli fortes fuerint ſic occiſi, ſed ꝙ genera omnia fortium hominum fuerunt ſic occiſa. Eſt enim diſtributio pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generũ, & adiecit hoc Salomon ne iuuenes confiderẽt in viribus ſuis. *Viæ inferi domus eius.* Dictio interpretata inferi interpretanda eſſet, *foueæ*. Et directe redditur ratio occiſorum propter adulterium, ex hoc ꝙ domus adulteræ nil aliud eſt, q̃ via ad foueam ſepulchri. Et de eiſdem viis ſubiũgitur. *Penetrantes interiora mortis.* Quod clarius hebraice ſcribitur. *Deſcendentes ad cubicula mortis.* Multæ ſunt viæ ad mortem ex adulterio, iuxta multitudinem modorum, quibus contingit occidi adulteros, & ſunt tales, ꝙ cum creduntur ducere ad cubicula delectationis, deducendo ab intento, ducunt ad cubicula mortis.

Quibus reſipiſcimus.

Quæſtio

Solutio.

Adulteræ domus.

CAP. VIII.

NOn ne ſapientia clamitat. Dictio interpretata clamitat interpretãda eſſet, *vocabit.* Quod autem ſequitur. *Et prudentia dat vocem ſuam.* Iuxta hebræum habetur. *Et intelligentia dabit vocem ſuam.* Quia in præcedentibus introduxerat Salomon mulierem procacem, inuitantem iuuenes ad libidinem ſermone blando, & petulanti, ideo conſequenter introducit ſapientiam inuitantem homines ad virtutem. Ad demonſtrandum itaq;, ꝙ non minus inuitantur homines a ſapientia, q̃ a muliere mala, adæquat ſapientiam mulieri malæ, quo ad hoc, videlicet, ꝙ etiam ipſa ſapientia vocat, & ſimiliter intelligẽtia perſeuerat dando vocem ſuam. Eſt autem vocare excitare, atq; vertere vocatos, ad audiendum loquentẽ ſapientiam, quemadmodum vocans voce ſenſibili excitat, & cõuertit vocatum ad audiendum loquentem. Introducit autem primum ſapientiam quatenus eſt in hominibus vocantem alios, deinde ſapientiam quatenus eſt in diuina mente loquentẽ. *In ſummis, &c.* Iuxta hebræum habetur. *In capite excelſorum ſuper viam, domo ſemitarum ſtetit, in manu portarum ad os ciuitatis, ingreſſu portarum cantabunt.* Ad inſtar perſonæ ex diuerſis locis vocantis, videlicet, ex loco excelſo ſupra viam ſcito ac frequẽtato, & ex loco portæ ciuitatis, vbi conueniebant olim primates, &c. probat ſimul & manifeſtat ex locis, ꝙ ſapientia, & intelligentia vocãt, & affert duo loca in quibus ſapientia vocat. Primus locus eſt caput excelſorum ſupra viã caput inquã, quod eſt domus ſemitarum, in hmõi capite ſtetit ſapientia, & ſi hebraica veritas reddenda eſt, oportet fingere paſſiuũ præteriti ſtetit. Significatur enim ꝙ conſtituta eſt ſtans. Hinc enim elicitur clarior ſenſus, ꝙ caput diuinæ legis deſcribitur, in quo conſtituta eſt ſapientia ſtans, eſt autem diuinæ legis caput, amor ac timor vnius ſummi Dei, vt patet Deut. 6. Eſt enim hmõi amor caput excelſorum præceptorum ſuper viã humanæ vitæ, eſt & domus ſemitarum omnium humanorum ſtudiorum. Nam & ad eam terminantur omnes humanæ viæ, & ex ea incipiunt omnia humana opera, eſt & in quo conſtituta eſt a Deo

Sapientia inuitat.

Vnde & hebræi ſapientiam, pro v.ris ſapientibus intelligunt,

Diuinæ legis caput, amor & timor.

ſapientia ſtans non cadens non declinans. Et ex hoc itaq; ꝙ ſapientia ſtat in capite legis manifeſtatur ꝙ inde (hoc eſt ex lege) ex legis ſūmitate excitat homines. Alter locus eſt manus portarum ad os ciuitatis, manus inq̄ qui ingreſſus eſt portarum. Iuſti judices ac gubernatores ciuitatum optimi deſcribuntur, manus.n. portarum opus ſedentium in portis iudicum ſignificat ad os ciuitatis hoc eſt ad officium oris publicis, ſic ꝙ pariat īgreſſum frequentem portarum hoc eſt inuitans homines ad frequentandum ingreſſum portarum ciuitatis pro iudicio & iuſtitia, exiſtentibus.n. iuſtis gubernatoribus, frequentant homines locum iudicii. Non ſolum itaq; ex lege ſed ex operibus iudicii & iuſtitię gubernatorum ciuitatis ſapientia vocat homines, minus dico quia litera ſonat ꝙ ſapientia, & intelligentia cantabunt non vocabunt ſummiſſa voce, ſed perſeuerant vocantes alta ac modulata voce ſicut cantantes. Nihil.n. efficacius ac regularius excitat homines ad uirtutes q̄ ſapiētia operibus comprobata optimatum qui gubernant ciuitatem. *O viri ad uos clamito.* Iuxta hebræū habetur. *Ad uos uiri uocabo, & uox mea ad filios hominis.* Manifeſtato uocante & unde uocat, manifeſtantur uocati, videlicet homines, & principaliter quidem uiri, generaliter autem uniuerſum genus humanum ad compræhendendum etiam mulieres, & ad excludendum irrationabilia animalia. *Intelligite paruuli aſtutiam, & inſipientes animaduertite.* Iuxta hebræum habetur. *Intelligite ſimplices ingenium, & ſtulti intelligite cor.* Incipit ſapientia proponere ea ad quæ excitat, excitat autem primum homines ad cognoſcendum ſeipſos. Nam idem eſt hominem penetrare notitia vtrāq; ſui partem internam (res, ingenium & cor) & noſſe ſeipſum. Ingenium enim ſonat partem qua cognoſcimus, cor uero partem qua appetimus & vniuerſa opera inchoamus. Appellatione vero ſimplicium intelliguntur (vt prius dictum fuit) homines modici iudicii, ſtultorum uero, imprudenter operantes, per hæc.n. duo genera compræhēduntur omnes non ſapientes. *Audite quoniam de rebus magnis loquutura ſum.* Iuxta hebræum habetur. *Audite quia extractiones loquar, & apertio labiorum meorum rectitudines.* Poſtq̄ ꝓpoſuit ꝙ homo intelligat quid quātumue eſt tam ingenium q̄ cor humanum, cōſequenter magis excitando proponit ꝙ dictura eſt ea quæ maxime pſiciunt tam ingenium q̄ cor hominis, & p perfectione ingenii ſpondet, ꝙ loquetur extractiones, hoc eſt ea quæ homines latent quæ indigent extractione vt educantur in lucem humani ingenii, qualia ſunt diuina opera, p perfectione vero cordis aperiet os ſuum ad loquēdum rectitudines morum, & operum. *Veritatem meditabitur guttur meum.* Iuxta hebræum habetur. *Quia ueritatem meditabitur palatum meum, & abominatio labiorum meorum impietas.* Ne putares ꝙ myſteria proferenda eſſent figmenta, explanat & ꝙ veritatem meditatam loquetur, & ſimiliter ne ſuſpicareris ꝙ rectitudines dicendæ eſſent rectitudines fictæ, manifeſtat ꝙ omnis impietas erit abominatio labiorū eius. *Iuſti ſunt omnes ſermones mei.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *In iuſtitia omnia dicta oris mei.* Quia nō ſufficit ad rectitudinem abominari malum, ſed oportet adeſſe bonum, ideo abominationi impietatis adiungit iuſtitiam non quorūdam ſed oīum dictorum eius. Et ad maiorē claritatem iuſtitiæ ſubiungit. *Non eſt in eis prauum quid & peruerſum.* Dictiones hebraię interpretatæ prauum & peruerſum, ambæ ſonant tortum, differunt autem inter ſe ꝙ prima ſonat valde tortū, altera vero tortum, ſæpe.n. hebraica lingua pręponit maius minori. Quoniam itaq; iuſtitia conſiſtit in æqualitate cui opponitur quomodolibet tortum, ideo ad excludendum omne tortuoſum a ſermonibus ſapientiæ, negatur non ſolum valde tortum, ſed etiam parum tortum, ſicut paulo ante affirmando veritatem meditatam, excluſa eſt nō ſolum falſitas, ſed etiam præcipitatio a ſermone ſapientiæ. Per hæc.n. diſcimus ꝙ nullus ſermo falſus aut præceps, valde aut parum tortuoſum proficiſcitur a ſapientia in quocūq; homine. *Recti ſunt intelligentibus.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Omnes ipſi recti intelligenti, & rectis inuentoribus ſcire.* Quoniam apud diuerſas nationes variatur iudicium recti, iuxta diuerſas conſuetudines, leges, ſeu animi paſſiones, (germani.n. furti vitium olim ignorabant, aſſyrii inceſtum non abominabantur. apud romanos diuortia non ſolum licita, ſed ſancta habebantur &c.) ideo ad hmōi omnia inſana iudicia excludenda dicit ſapientia ꝙ ſermones ſui omnes ſunt recti, apud vigentes intellectu, & inquiſitoribus ſcientiæ. (hoc eſt notitiæ certæ) ita ꝙ perueniunt ad inuētionem ipſius ſcire, tales.n. habent iudicium mundum a paſſionibus, & purum ab admixtione errorum. *Accipite diſciplinam meam.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Accipite eruditionem meam & non argentum, & ſcire pluſquam aurum electum.* Propoſitis his ad quæ excitat, proponit conſequenter q̄ præcioſa ſunt. proponit autem relatiue ad res pręcioſas, argentum aurum, margaritas & id genus reliqua. Nam ſubiungit. *Melior eſt ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis.* Ad paraphraſim ſpectant tres vltimæ dictiones. Nā hebraice vnica tantum dictio habet interpretata. *Margaritis.* Et adiungitur omne deſiderabile præ

Manus portarum.

Nihil magis prouocat ad ſapientiam q̄ primatum exempla, & e diuerſo ad ſtultitiam.

Cognitio ſui ad quā excitat ſapientia.

Ingenium.

Cor.

Simplices ſtulti.

Vide de dictione meglidim quā alii reddūt glorioſa, alii magna, ſeu ſapientia.

Sermo ſapientiæ qualis.

Recti iudicium varium.

ſentis vitę, bonum ſiue vtile, ſiue delectabile. Nam honeſtum claudi in ſapientia reſtantum ſubiuncta *Ego ſapientia habito in conſiliis & eruditis interſum cogitationibus.* Iuxta hebræum habetur. *Ego ſapientia habitaui ingenium, & ſcire cogitationum inueniam.* Poſtquã ſapientia propoſuit ea ad quæ excitat, & pręcioſitatem eorum, conſequenter manifeſtat habere ſe illa, minus dico, quia manifeſtat diuitias ſuas, explicando per partes ea quæ ſummarie propoſuit. Et inchoando ab illis quæ perficiunt intellectum, dicit, habitaculum ſuum eſſe ingenium, intentionem vero ſuam eſſe ſcire cogitationũ. Et dum primũ in pręterito, ſecũdũ vero in futuro ſcribit, docet ꝙ ſapientia prius habitat in ingenio, & deinde extẽdit ſe ad inueniendum ſcire in multis meditationibus, & eſt ſermo de cogitationibus circa ſingularia occurrentia in diuerſis eligendis, vel reſpuendis, agendis vel omittendis &c. Sapientia.n. in uiro ingenioſo inuenit ſcire (hoc eſt certam notitiam) iſtarum cogitationum ducendo cogitationes varias ad certã notitiam eligendorum ac agendorum, conferendo cogitationes inter ſe & ad rectitudinẽ, ita ꝙ inuentio prouenit ex ingenio habitato a ſapientia. *Timor domini odit malum.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Timor iehouah odio habere malum, ſuperbiam & ſuperbum, & viam mali & os verſutiarum odiui.* Poſt pertinentia ad intellectum ſubiungit conſequenter pertinentia ad voluntatem, & eſt ordo litteræ, quia timor iehouah eſt odio habere malũ, ideo ego ſapientia, cuius principium eſt timor iehouah, odiui, & ſuperbiã & ſuperbum, & viam mali, & os vertẽs nigrũ in candida, hæc.n. omnia mala ſunt. Et ſuperbia quidem malum eſt animi, os vero verſutiarum malum eſt ſermonis, viam vero mali ſignificat malum operis. Meminit autem non ſolum ſuperbiæ, ſed ſuperbi, ad inſinuandum ꝙ etiã ipſe homo ratione ſuæ ſuperbiæ dignus eſt odio. *Meum eſt conſilium & æquitas.* Iuxta hebræum habetur. *Mihi conſilium & ſtatutum.* Ius poſitiuum appellatur ſtatutum, & inter ſapientiæ diuitias ſupputãtur iura poſitiua, quæ vere ſunt poſitiua non corruptiones virium, & ſimiliter conſilia non corruptiones conſiliorum. *Meũ eſt prudentia, mea eſt fortitudo.* Iuxta hebræum habet. *Ego intelligentia, mihi potentia.* Quia vt ſupra ſcripta ſæpe teſtantur, ſapere inſeparabile eſt ab intelligere, ideo ſapientia ait, ego ſum intelligentia, ut ſic omnis perfectio intellectus ad recte viuendum, compreheñſa in ſapientia intelligatur. Quod autẽ ſubditur mihi potẽtia, initium eſt ſubiunctarum particularum. Gloriatur autem ſapientia, ꝙ ſua eſt potentia non ea ſolum ratione, quia ſapiẽtiæ debetur potentia (deberent.n. ſoli ſapientes poſſe ſuper alios) ſed pręcipue quia ex ſapientia ſuapte natura oritur potentia, vnde & phyſici dicunt ꝙ homines vigentes ingenio naturaliter ſunt domini aliorum. *Per me reges regnant.* Parui refert ꝙ hebraicę ſcribitur. *In me reges regnabunt.* Regnabunt inquit non corrumpent regna, vertentes.n. regnum in tyrannidem, & abutentes regno non regnant, ſed corrumpunt regna. Sola autem ſapientia eſt ratio regnandi, hoc eſt recte vtendi dignitate & poteſtate regia. *Et conditores legum iuſta decernunt.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Et principes ſculpent iuſtitiam.* Ad inſtar ſculptorũ decernentes iuſtitiam in ſcriptis, ſignificantur, eo ꝙ firmam ac ſtabilem reddunt ſcribẽdo ſicut ſculpentes. *Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam.* Iuxta hebræum habetur. *In me domini dominabuntur, & nobiles omnes iudices terræ.* ¶ Quod diximus de regnare, intelligo quoque de dominari videlicet vt diſtinguitur contra corruptionem dominii. Quod autem ſubditur, & nobiles omnes iudices terræ, ſignificat ꝙ ſapientia efficit, vt nobiles ſoli aſſumantur ad iudicandum terram hoc enim ſpectat ad authoritatem iudicii: nam quum viles ſunt iudices iudicium redditur cõtẽptibile. *Ego diligentes me diligo.* Legẽdũ eſt, *diligam.* Hoc eſt perſeuerabo diligẽdo. Enumeratis ſiquidem bonis quæ habet ſapientia cõſequẽter manifeſtat quibus cõmunicat illa, & primum explicat amicos dicendo, ego diligentes me diligam: deinde inquiſitores eius dicendo. *Et qui mane vigilauerint ad me, inuenient me.* Hebraice tamen breuius dicitur. *Et inquiſitores mei inuenient me.* Ne errares putando ꝙ ſufficit diligere ſapientiam, adiunxit ꝙ oportet ipſam ab hoĩe inquiri ad hoc vt inueniatur & habeatur. *Mecum ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuperbæ & iuſtitia.* Iuxta hebræum habetur. *Diuitiæ & honor mecum, ſubſtantia multa & iuſtitia.* Prenumeratis propriis ſapientiæ bonis, adiectitia bona ſubiunguntur: qualia ſunt bona fortunæ, comitata tamen iuſtitia. Sapientia.n. confert etiã hæc bona, ſed non per fas & nefas ſed iuſtitia concomitante. *Melior eſt fructus meus auro & lapide pretioſo.* Dictio interpretata lapide prætioſo ſonat aurum itaque geminatur aurum: ac ſi apertius dixiſſet melior eſt fructus meus auro quolibet, & quãtocũque. Pauloante ſiquidem dixerat de ſeipſa melior eſt ſapientia, & modo dicit melior eſt fructus meus: vt diſcamus ꝙ non ſolũ ipſa, ſed etiam fructus eius qui ex ipſa naſcitur, præſtat cunctis opibus. *Et genimina mea argento electo.* Dictio interpretata genimina ſonat prouentum nouum ex frugibus terræ, ad inſtar enim tam arborũ fructificantiũ q̃ ſegetum proferentiũ fruges deſcribit effectus ſuos ſapiẽtia præponẽdo

Diuitiæ ſapientiæ.

Non eſt dictio cochim ſeu coch, ſed thuſciah ſonãs eſſentiã, ſapiam, legẽ, & vĩ deriuari ab eſſe hoc eſt a ieh.

Iura propoſitiua nõ ſuis corruptiones inter ſapiæ diuitias computantur.

Sapiens naturaliter potens eſt.

Soli ſapientes reges.

Proprie princeps principabitur.

Quare nobiles iudices.

Quibus nã bona ſua ſapientia cõmunicet.

Quõ ſapia confert et bona fortunæ.

tia præponẽdo illas oĩbus fortunæ bonis. ℭ *In viis iuſtitiæ ambulo.* Parui refert ꝙ hebraicę habetur. *In via iuſtitiæ theoin medio ſemitarum iudicii.* Ne putares deficere ſapientiæ huiuſmodi bona corporalia, pro eo ꝙ comitem habet iuſtitiam (abundant.n. tabernacula prædonum) manifeſtat ſapientia ꝙ in defeſſe ibit ipſa per viam iuſtitiæ, & non declinando ad aliquod extremorum, perget ſemper per mediũ iudicii. Ius .n. & iuſtitia in medio cõſiſtunt. ℭ *Vt ditem diligentes me et theſauros eorum repleam.* Mãca eſt littera. Nã hebraicę habetur. *Ad faciendum hereditare diligentes me eſt: & theſauros eorum implebo.* Et eſt ſenſus: eunte me ſapientia per viam iuſtitiæ & iudicii, eſt apud me quod ſufficit diligentibus me pro hæreditate, & theſauros quoq; eorum implebo. Et hinc habetur ꝙ diligentes ſapientiam non ſolum conſequũtur plenitudinẽ, & theſaurum temporalium bonorum, ſed etiam ꝙ hęreditario iure bona eiuſmodi conſequuntur. Et re vera, tam honor, ꝗ opes, & id genus reliqua, ſapientibus debentur tanꝗ hæredibus ſapientiæ, quãuis quaſi per errorem bona hæc ab iniuſtis ſæpe de facto poſſideantur. ℭ Et tu prudens lector conſiderabis ꝙ hæc ſapientiæ verba verificantur dupliciter. Primum ex parte ſufficientiæ ipſius ſapientiæ: quia videlicet, perſeuerãs in iuſtitia ſufficiens eſt ad cõmunicandum hæc tẽporalia bona diligentibus eam: & hunc ſenſum præſefert litera. Deinde ꝙ loquitur tẽpore legis moſaycę promittẽtis bona temporalia populo perſeueranti in iuſtitia: quod euentus verificauit: vt patet legenti hiſtoriales libros ſacræ ſcripturæ. ℭ *Dominus poſſedit me in initio uiarũ ſuarum.* Iuxta hebręum habetur. *Iehouah acquiſiuit me principium viæ ſuæ.* Eleua prudẽs lector mẽtem: qm̃ non moralia, ſed ſpectabilia valde tradũtur.

Honor & opes naturaliter ſapiẽtibus debent.

Dupl'r verificantur verba ſapientiæ.

Sapiẽtia.n. poſtꝗ pinxit ſeipſam quatenus habitat in hominibus, volat aſcendendo ad deſcribendum ſeipſam quatenus eſt apud deũ ratio diuinorum operum, analogice nquidẽ dicitur ſapientia de ſapientia humana, & ſapientia diuina. Cerne ordinem, poſtꝗ e regione impudicæ mulieris occurrentis, blandoq; ſermone inuitantis iuuenes, pinxit ſapientiam habitantem in hominibus ſapientibus, vocantem & inuitantem alios ad virtutẽ: modo cõſequenter e regione impudicæ mulieris quæ iactauerat ſe nouiſſe deo, & exauditam a deo introducit ſapientiam narrantem coniunctionem ſuam cum ſummo deo. De ſapientia autem diuina loqui poſſumus dupliciter: uel abſolute, & ſic non verificatur ꝙ eſt acquiſita a deo: quoniam eſſentia dei ſuapte natura eſt ſapientia ſua, & nulla interuenit acquiſitio inter eſſentiam & ſapientiam, vel vt eſt determinata ad opera dei facienda: & ſic ſapientia eſt acquiſita a deo, mediante electione diuina, non enim naturaliter ſed ex electione determinauit deus ſapientiam ſuam ad hoc, vt eſſet ratio eorum quæ fecit, facit & faciet. Si hæc non penetras reuoca ad memoriam differentiam. 9. Meth. ſcriptam inter potentiam naturalem, & potentiam rationalem: penes hoc ꝙ illa eſt ex ſe ipſa determinata ad unum (vt calor ad calefaciendum, & frigus ad frigefaciẽdum) potentia autem rationalis poteſt efficere oppoſita: ſicut ars medicinæ poteſt, & ſanare, & ægritudinem inducere, & ars fabrilis poteſt opificium, & pulchrũ, & turpe efficere, & niſi determinetur ab electione medici, ſeu fabri, nunquã aliquid operabitur, neutrius oppoſitorum erit principiũ. Sic ſapientia diuina nullius eſſet operis principium, niſi ab electione ipſius dei determinata eſſet ad hoc ꝙ ſit principium, & ratio horum, & illorum operum. Sapientia itaq; nõ abſolute, ſed quatenus principium vniuerſi operis diuini dicit de ſeipſa: iehouah acquiſiuit me principium uiæ ſuæ: hoc eſt operis ſui vniuerſi. Vide quanti refert habere textum correctum iuxta hebraicam veritatem. *Antequam quicquam faceret a principio.* Iuxta hebræum habetur. *Ante opera ſua ex tunc.* Dixerat ſe acquiſitam a ſummo deo, incipit declarare quando fuit acquiſita ab ipſo deo, dicens, ante opera ſua ex tunc: hoc eſt ex illo ante opera ſua, ex quo fuit illud ante opera ſua: & per hoc declarat duo myſteria. Alterum eſt diuinitatis ſuæ, ex hoc.n. ꝙ ante opera dei acquiſita eſt a deo ſapientia, habetur ꝙ ipſa ſapientia nõ eſt opus dei, ac per hoc non eſt creatura, ſed creaturæ omnis principium, ut dictum eſt: & vere ſic eſt: quoniam ſapientia determinata diuina electione ad hoc ꝙ ſit principium diuinorum operum, vna & eadem res eſt cum diuina eſſentia. Alterum æternitatis dicendo, ex tunc niſi.n. ab æterno acquiſita eſſet, nequaquã verificaretur ꝙ ex tunc, demonſtrãdo ante opera dei acquiſita eſt. Quod vt penetres finge huiuſmodi acquiſitionem nõ ab æterno, ſed ante creationem mũdi per annos mille imaginarios: & videbis ꝙ de huiuſmodi acquiſitione non verificatur ꝙ ex tunc (demonſtrando opera dei) fuit, nam ante illos mille annos imaginarios præceſſit ab æterno ante opera dei, & ex tunc non erat acquiſita: erat.n. illud tunc, & non erat acquiſitio. Ad docendum itaq; ꝙ nunquam fuit tunc demonſtrans ante opera dei, quin fuerit ſapientia acquiſita a deo, adiunxit, ex tunc. ℭ *Ab æterno ordinata ſum & ex antiquis antequam terra fieret.* Iuxta hebręum habetur. *A ſemper fui dominata a capite ante terram.* Poſtꝗ ſapientia quatenus pri-

Q uomodo ſapia habitat apud deum.

De ſapia dei dupliciter loqui poſſumus.

Q uomodo ſapia dicatur acquiſita a deo.

Inter potentiam naturalem, & rationalem.

Duo myſteria ſapiæ.

Q uod ſit eſſe acquiſitam ex tunc.

Eſt vna dictio dominata ſum, regna ui.

Eſt nolatiuũ pſlẽ in regimine, ita ꝙ ſequẽs dictio eſt genitiuus, ab initiis terre.

cipium omnium operum dei dixit ſe à deo acquiſitam eſſe & quando (ſcilicet ab æterno) conſequenter adiungit, qualis fuit ab æterno ante diuina opera dicendo, a ſemper dominata ſum. ¶ Sed ſtatim occurrit quæſtio, quomodo verificatur ꝙ ſapientia ab æterno dominata eſt nullo exiſtente ſeruo: quum dominus intelligi non poſſit ſine ſeruo. Solutio eſt ꝙ quãuis ab æterno non fuerit ſeruus cui dominaretur ſapientia, & ꝑpterea non erat relatio dominii in ſapientia, erat tamen in ſapientia tam poteſtas dominii, quã actio dominandi. In dominante.n. inueniuntur tria: videlicet poteſtas, actio, & relatio, quorum vltimum cõuenit deo non ab æterno, ſed ex tẽpore quo fuit creatura aliqua: alia vero duo conueniunt diuinæ ſapientiæ ab æterno. Et de poteſtate quidem facile eſt intelligere: de actione vero dominandi difficile eſt. Exercitati tamen in methaphyſica intelligunt ꝙ omnis actio diuina eſt in actu ab æterno: itaꝙ actiua creatio, gubernatio, dominatio, in deo eſt in actu ab æterno. Et ratio eſt quoniam ſi aliqua actio diuina non eſſet actu ab ęterno, adueniret deo de nouo, & mutaretur deus de ocio ad agendum, quod eſt omnino impoſſibile: quia deus eſt actus purus: ac per hoc alienus ab omni ſpecie mutationis. Sapientia itaꝙ diuina dicit verum manifeſtando, ꝙ a ſemper dominata ſum, quatenus ab æterno habuit actualiter actionem dominandi, quãuis non eſſet tunc quæ ſeruiret creatura: ſicut & habuit actionem creandi quãuis nulla tunc fieret creatura. ¶ At ſi ex methaphyſica obiicitur ꝙ cauſa in actu exigit effectum in actu, reſpondendum eſt cauſarũ duplex eſſe genus, alterum naturale, alterum a propoſitio: vt in eadem methaphyſica tradit̃. Et differunt etiam penes hoc ꝙ cauſa naturalis in actu, ponit effectum ſuũ in actu coæuum ſibi quatenus eſt in illo actu, calefaciens.n. infert calefieri coæuum calefactioni: & ſic de aliis, cauſa autẽ a propoſito in actu, non infert fieri coæuum actionĩ: ſed ſi efficax eſt infert fieri tempore decreto ab ipſa cauſa a propoſito. Verbi gratia, medicus decreuit hodie, potionem exhibẽdã ęgro cras hora matutina: & ſi vires artis exiſtentis in mente medici cum tali decreto eſſent per ſeipſas ſufficiẽter efficaces ad potionẽ matutinam inferendã abſꝙ miniſtro & inſtrumento tam coniuncto (vt eſt manus) q̃ ſeparato (vt ſunt inſtrumenta aromatariorum) cauſa fuiſſet in actu hodie, & effectus eius foret in actu non hodie, ſed cras hora matutina. Si.n. iſtis adiunxeris ꝙ deus eſt agens a propoſito, & virtutis efficaciſſimæ, & ꝙ decreuit creaturas fieri non ab æterno: ſed in tẽpore: percipies ꝙ deus eſt cauſa in actu ab æterno, & effectus eius non eſt in actu ab æterno, ſed in tempore decreto a diuina ſapientia. Qui poteſt capere capiat. Ait ergo a ſemper dominata ſum, quo ad actionem dominandi, & ad hoc amplius manifeſtãdum ſubiungit, a capite ante terram. Semper.n. ſonat diſtributionem omnis temporis: ab æterno aũt ante terram nullum fuit tempus ſecundũ rem, ſed imaginario tempore vtẽdo dicimus ante terram. Ne itaꝙ errares intelligendo a ſemper: hoc eſt ab omni tẽpore, adiungit explanando a capite antẽ terrã: hoc eſt a capite æternitatis quæ eſt duratio ante terram, hoc eſt mundum, terra.n. eſt centrum mundi: & propterea idem eſt dicere ante terrã & ante mundum. ¶ Nec mireris nouitie ꝙ vtamur tempore imaginario vt intelligamur a diſcentibus: nam eadem ratione philoſophi vtuntur ſitu imaginario quum dicunt extra cælum nihil eſt, nec locus, nec vacuum &c. Præpoſitio.n. extra non demonſtrat ſitum realem qui nullus eſt, ſed ſitum imaginarium. *Nõdum erant abyſſi & ego iam concepta eram: nec dum fontes aquarum eruperant.* Iuxta hebræum habetur. *In non abyſſis fui parturita: in nõ fontibus aggrauatis aquarum.* Et eſt ſenſus ꝙ nõ exiſtentibus fontibus vnde incremẽta magna aquarum ꝓueniunt, nec exiſtentibus abyſſis (hoc eſt in menſis profunditatibus aquarum) fuit genita ſapientia Proſequitur enim manifeſtando modum quo acquiſita eſt a ſummo Deo: & ſimul per negationes manifeſtat, quod dixerat affirmatiue: videlicet ante terram, hoc.n. manifeſtat per negationem abyſſorum fontium & montium. Per methaphoram vero partus manifeſtat ꝙ non eſt a deo acquiſita ab extrinſecis exemplaribus ſeu obiectis contemplatis: ſed ex intimis diuinæ mentis diuinæꝙ voluntatis acquiſita eſt, quemadmodum proles ex intimis matris pꝛodiens acquiritur matri, vñ & Eua quum peperit primogenitum ſuum Cain dixit, acquiſiui hominem. *Nec dum montes graui mole conſtiterant.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *In adhuc non montes fuerunt fundati: ante colles fui parturita.* Sententia patet ex antedictis. *Adhuc terram non fecerat: & flumina & cardines orbis terræ.* Iuxta hebræum habetur. *Vſꝙ non fecit terram & plateas: & caput puluerum orbis habitati.* Ad excludendum omnem ambiguitatem, explicat ſapientia ſuam æternitatem: clare narrando, ꝙ partus eius fuit non aliquo tẽpore ante terram, ſed tota duratione menſurante non facere terram, hoc.n. ſignificatur adiungendo uſꝙ non facere terram: & eſt ſermo de facere terram in effectu. Platearum autem nomine intelliguntur planities, meminerat.n. montium & collium tacendo planities. Quod autem ſubditur

Quæſtio.
Solutio.

Tria inueniuntur in dominante.

Omnis actio diuina eſt in actu ab æterno.

Cauſarũ duplex genus.

Tempus imaginarium.

Situs imaginarius apud philoſophos.

Parta ſum, vna dictione.

Anteq̃ vna dictione, anteq̃ montes fixi ſunt.
Parta ſum, vna dictione
Orbis, eſt theuel.
Habitati, non hr̃ expſſe.

& caput puluerum habitabilis, ſpectat ad id quod in Geneſi ſcriptum eſt de detectiõe terræ ab aquis. Terra ſiquidẽ habitabilis reddita eſt ex hoc, ꝙ eleuata eſt ſecundũ aliquas ſui partes ſuper aquas: & hic emerſerũt puluereſ in terra. Caput itaq; puluerum habitabilis diſcoopertam terram circũloquitur: quoniam ipſa detectio terræ, caput eſt puluerum habitabilis orbis. ¶ *Quando præparabat cælos aderam.* Iuxta hebræũ habetur. *In ſuo dirigere cælos ibi ego.*

Terra habitabilis.

Hactenus ſapientia deſcribit ſe ipſam ante dei opera: conſequenter deſcribit ſeipſam quando deus creauit mundum. Et quoniam in principio temporis creauit deus cęlos & terram, (vt ſcribitur in principio Geneſis) ideo inchoat a creatione cælorum, dicens ꝙ in directione qua deus direxit cælos ibi ego: hoc eſt in ipſa directione ego fui, quod eſt dictu, dirigente deo cælos, vt perſona dirigente, ego direxi eoſdem vt ratio dirigendi. Vtitur autem directionis nomine, ad inſinuandum creationem cælorum fuiſſe vnico actu cum plenitudine perfectionis cælorum quam directio ſonat.

Dirigere vt perſona, & vt ratio dirigendi quo, & cui competat.

Quando certa lege & gyro vallabat abyſſos. Iuxta hebræum habetur. *In ſuo ſculpere circino ſuper facies abyſſi.* Declarat ſe ſimiliter concurriſſe ad figurandum ſuperficies corporum diaphanorum incorruptibilium, quæ abyſſi nomine ſignificãtur hic, quẽadmodum & in principio Geneſis. Ipſa autem figuratio cæleſtium corporum circino facta deſcribitur, propter plenam rotunditatem ſuperficierum cæleſtium, ad inſtar rotunditatum quę circino fiũt. Sculpta aũt propter ſtabilitatem firmiſſimam.

Per facies abyſſi, intelligunt hebræi hoc centrum mundi.

Quando æthera firmabat ſurſum. Iuxta hebræum habetur. *In ſuo firmare cælos deſuper.* Locum uniuerſi ſupremum datum cælis a deo, nõ qualitercũq; ſed cum firmitate (eo ꝙ dedit illis naturam: qua vendicant ſibi ſupremum locum) inducit: & ſe ad hanc actionem diuinam cõcurriſſe narrat. *Et librabat fontes aquarum.* Iuxta hebræum habetur. *In roborare fontes abyſſi.* Similiter ſe concurriſſe ad actionem roborandi fontes abyſſi dicit, roborãtur autem fontes ex quibus prouenit immenſa aqua, ſeruando virtutem generatiuam aquarũ in multis vniuerſi locis. ¶ *Quando circundabat mari terminum ſuum & legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos.* Iuxta hebræũ habetur. *In ponere ſuo ſtatutum ſuum mari, & aquæ non tranſibunt os ſuum.* Concurriſſe quoq; ſe narrat ad actionem qua deus ſtatuit mari terminum ne aquæ tranſirent os propriũ: hoc eſt meatum loci proprii, quod deus fecit eleuando aliquas terræ partes ſuper cõgregationes aquarum. *Quando appendebat fundamenta terræ.* Iuxta hebræum habetur. *In ſuo ſculpere fundamenta terræ.* Narrat demum ſe concurriſſe ad exacte firmandum terræ fundamenta: hoc eſt centrũ mundi quod ſubſtinet terram longe pluſquam quicunq; lapides dolati. Propter hoc enim aſſimilatur ſculpturæ. Vide differentiam inter vulgatam æditionem & hebraicam veritatem, hæc.n. ſonat concurſum ſapientiæ ad actiones diuinas primas: illa ſonat quãdo, quod eſt pars temporis. ¶ *Cum eo eram cuncta componens.* Iuxta hebræum habetur. *Et fui ad latus eius nutritius.* Poſtquam ſapientia manifeſtauit ſeipſam quatenus concurrentem ad primam rerum conditionem, extendit narrationem ſuam ad ſcribendum ſeipſam quatenus concurrit ad gubernationem vniuerſi: & dicit, & fui ad latus eius (.ſ. dei) tanquam nutritius rerum vniuerſi. Humano.n. more deſcribit cõcurſum ſuum ad fauendum ac ſeruandũ vniuerſum aſſimilando ſeipſam nutritio ſtanti apud parentem vniuerſi. Sapiẽtia ſiquidem diuina apud Deũ eſt in diuina mẽte, portans omnia verbo oris ſui.

Sapia deſcribit quatenus ad gubernationem mundi concurrit.

Expoſitio conformis hebræis.

Et delectabar per ſingulos dies. Iuxta hebræum habetur. *Et fui luſus die die.*

Eſt plẽ, ſicut paulo poſt.

Ad explicandum ꝙ gubernatio vniuerſi quæ fit a ſapientia diuina fit operatione delectabili, (vtpote ex ſpõtaneo amore abſq; quacũq; vtilitate propria) aſſimilat ſeipſam in gubernatione quotidiana luſui: qui ſolus delectationis gratia fit.

Quare ſapientia cõparat ſe ludenti.

Ludens coram eo omni tempore. Iuxta hebræum habetur. *Ridens coram eo in omni tempore.* Ad declarandum ꝙ quatenus eſt Deo ratio gubernandi nõ aliquo ſed omni tempore, nullam inducit laſſitudinem, nihil habet admixtum triſtitiæ aut laboris, ſed cum pleniſſimo perſeuerat gaudio (ſignificato per riſum) dicit ridens coram eo in omni tempore. Et hoc dixit ad manifeſtandum quanta eſt differentia inter ſapientiam humanam & diuinam in actu gubernandi. Sapiẽtia.n. humana non poteſt omni tempore gubernare (imo nec cõtinuare gubernationem diutius) ſine labore, ſine laſſitudine, ac triſtitia.

Quare ſapia ridens.

Dffa inter diuinã & humanam ſapientiam.

¶ *Ludens in orbe terrarum.* Iuxta hebræum habetur. *Ridens in habitabili terra ſua.* Non ſat fuit ſapiẽtiæ manifeſtare plenitudinem gaudii ſui relatiue ad deum, ſed adiunxit ſimilem gaudii plenitudinem relatiue ad orbem terræ habitabilem: manifeſtando per hoc ꝙ gubernando tot diuerſarum naturarum, qualitatum, motuum. &c. res, pleno potitur gaudio, quemadmodum ridens cuius lætitia effluit.

Eius, maſculine.

Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Iuxta hebræum habetur. *Et luſus mei cũ filiis Adam.* Hoc eſt, & operationes meæ delectabiles ſunt cum filiis ſeu ad filios Adã. Operationes ſiquidem diuinæ ſapientiæ, ut ſic non ſunt ſub ratione luſus (hoc eſt operationis delectabilis) apud inanimata aut bruta, ſed apud homines rationali anima donatos: inter

Solus homo inter mortalia amicus ē ſapiētiæ.

res.n.omnes mortales,ſolus homo particeps eſt ſapientiæ,ſolus homo delectatur contemplando ſapiētiæ opera,ſolus homo ſapientia afficitur & cum ea amore amicitiæ iungitur, & propterea merito dicit,& luſus mei cum filiis Adā. Delectatur.n.faciēdo homines amicos ſuos,& delectare facit amicos ſuos fruitiōe ipſius. *Nunc ergo filii.* Paruı refert ꝙ hebraice habetur. *Et nunc filii audite me.* Completa narratione,monet filios promittendo beatitudinem cum multis bonis.E regione ſiquidem impudicæ mulieris promittētis amoris laſciuias,promittit ſapientia ſubiuncta bona. *Beati qui cuſtodiunt.* Incipit promittere beatitudinē curam habentibus viarum ſapientiæ:hoc eſt operum per quæ ſapiētia venit ad nos, & per quas nos participamus ſapientiam. ¶ *Audite diſciplinam.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Audite eruditionem & ſapientes fite & non inuertetis.* Dixerat audite me,ſubiungit modum quo audiatur,dicendo,audite eruditionem,ac ſi apertius dixiſſet,audire me eſt audire eruditionē, audite autem eruditionem ſic,vt fiatis ſapientes,& non per vnam aurē ingrediatur,& per alteram exeat,hoc.n.ſignificatur dicendo,& non inuertetis in contrarium fructus ſapientiæ.

Audire ſapientiam.

¶ *Beatus homo qui audit me.* Dixerat beatos cuſtodientes vias eius per quas diuina ſapientia venit ad homines:adiungit beatum fore audientem eam ad perſeuerandum iuxta fores eius. Hebraice.n.ſubiungitur non vt vulgata æditio habet. *Et qui vigilat ad fores meas quotidie.* ſed. *Ad perſeuerandum iuxta fores meas die die.* Vbi manifeſte ſignificatur,beatum eſſe hominem ſapiētiam audientem:ad hoc videlicet ad perſeuerādum de die in die iuxta fores ſapientiæ. Propinquiores ſunt iſti ſapientiæ, ꝗ curam habentes viarum ſapientiæ: iſti.n. iuxta fores, illi iuxta vias.Oſtia autem diuinæ ſapientiæ,effectus ſunt illius per quos intellectos quaſi per oſtia aperta,conſpicitur ab humanis mentibus ſapientia diuina.Perſeuerantes itaq; indefeſſe circa intelligentiam effectuum diuinæ ſapientiæ,deſcribuntur beati. *Et obſeruat ad poſtes oſtii mei.* Iuxta hebræum habetur. *Ad cuſtodiendum poſtes oſtiorum meorum.* Poſtes oſtiorum ſapientiæ,ſunt doctores ſubſtinentes oſtia : hoc eſt effectus quatenus reuelatos & cognitos, ſubſtinentes autem doctrina vel ſaltem pura exemplari vita. ¶ *Qui me inuenerit inueniet vitam.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Quia inuentor mei inuenit vitam.* Rationem reddit tactæ vigilantiæ ex fructu,quia inuentor ſapientiæ iam inuenit vitam animi. *Et hauriet ſalutem a domino.* Iuxta hebræum habetur. *Et eduxit voluntatem a iehouah.* Hoc eſt & eduxit a ſummo deo quod voluit,intellige impetrando. ¶ *Qui autem in me peccauerit lædet animam ſuam.* Dictio interpretata lædet ſonat potius. *Torquebit.* Poſt præmia obſequentium ſapientiæ, apponuntur penæ peccantium contra ſapientiam diuinam.Quarum prima eſt contra ſeipſos, torquent n. vitam animi proprii:nonnullum.n. tormentum eſt animi repleri contrariis, qualia ſunt peccata:naturaliter.n.habet animus virtutum nō vitiorum ſemina. *Omnes qui me oderunt diligunt mortem.* Ecce altera pæna,& iuxta hebræum præteriti temporis eſt, diligunt. Dilexerunt.n oſores ſapientię non ſolum tenebras magis ꝗ lucem,ſed etiam mortem animæ pluſquā vitam. Et hic finitur octauum capitulum.

Fores ſapientiæ,effectus eius ſunt.

Poſtes ſapientiæ ſunt doctores.

Prima pœna relinquentium ſapientiam.

Secunda pœna.

CAP. IX.

Eadem ſapientia diuerſi diuerſa ſapiunt.

SApientia ædificauit ſibi domum. Iuxta hebræum habetur. *Sapientiæ ædificauit domum ſuam.* Diſcordat nominatiuus cum verbo, ſapientiæ enim nominatiui eſt pluralis, ædificauit vero numeri eſt ſingularis : ſed non eſt hoc rarum in hebraica phraſi De diuina ſiquidem ſapientia ſecundum multas illius participationes in hominibus eſt ſermo, aliud eſt.n.ſapere vitæ contēplatiuæ,aliud vitæ actiuæ,aliud paſtorum,aliud eremitarum, aliud virginum,aliud coniugatorum.In præcedenti ſiquidem capitulo ītroduxit Salomon ſapientiam quatenus habitat in hominibus,deinde introduxit ſapientiam quatenus eſt in deo principium omnium:nunc conſequenter coniunctionem humanæ ſapientiæ cum diuina manifeſtare intendit.Et quia diuina ſapiētia in ſeipſa vnica multis participationibus communicat ſe hominibus,ideo ad inſinuandum participationes multas,ſcripſit ſapiētiæ in numero plurali,& ad inſinuandum vnitatem diuinæ ſapientiæ participatæ tanquā principalis agentis,dixit ædificauit in numero ſingulari,& eſt ſenſus,ſapientia diuina per multas ipſius participationes ædificauit domum ſuam. Vt autem eluceſcat intentio huius capituli,aduerte ꝙ in præcedentibus Salomon introduxit mulierem impudicam,& ſapientiā tum in hominibus,tum in deo ex altera parte vocantes homines,illam ad libidinem, iſtas ad virtutem:in hoc autem capitulo intendit Salomon manifeſtare differentiam inter iſtas ſimul iunctas,& illam,tum quo admodum vocandi homines,tum quo ad id ad quod vocantur,tum quo ad vocatos. Simulq; manifeſtas ꝙ exempli cauſa introduxit mulierem impudicam

Multiplex participatio ſapientiæ.

pudicam exponendo quid intendit per illam. Hæc eſt huius capituli intẽtio.

Intentio capituli.

¶ Ad magnificandum itaq; inuitandi modum, narrat primum ꝙ diuina ſapientia medns eius participationibus ædificauit domum ſuam: hoc eſt domum propriam habet non ædificatam ab alio, ſed ipſamet ædificauit domum ſuam. Eſt autem domus ſapientiæ omnis anima iuſta: ſcriptum eſt.n. Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, & pari ratione domus eſt ſapiẽtiæ ædificata ab ipſa ſapientia, quoniam anima iuſta dono fit ſapientiæ diuinæ, rurſus ſapiẽtia nõ deſtruit non facit ruere domum ſuam quæ eſt anima hominis, eo ꝙ gratia non tollit naturalia ſed perficit ea, & hoc eſt ædificare domum ſuam.

Domus ſapientiæ.

Quid ſit ſapiẽtiã ædificare domum ſuam.

Excidit columnas ſeptem. Deficit pronomen: nam hebraice habetur. *Excidit columnas eius ſeptem.* Hæc eſt vniuerſas. Septenarius eni numerus ad vniuerſitatem ſignificandam ponitur. Appellãtur autem columnæ domus ſapientiæ doctores & paſtores aliorum, dicente Paulo ad Gal. 2. de primis apoſtolis qui videbantur colũnæ eſſe, vniuerſos ſiquidem paſtores & doctores excidit, ſegregauit, dolauit, præparauit, & fecit colũnas ad ſubſtinendũ domũ ſuam.

Septenarius numerus vniuerſitatem ſignificat.

¶ *Immolauit uictimas ſuas.* Iuxta hebræum habetur. *Lanauit lanionium ſuum.* Nomen.n. & verbum eiuſdem deriuationis ſunt hoc in loco: & propterea lanionium appellauimus quod laniatur: eſt.n. ſenſus ꝙ mactauit & parauit animalia quẽadmodum in macello occiduntur & parantur carnes ad eſum. Pręparatio.n. deſcribitur conuiuii in domo ſapientiæ columnis fulta, ad inſtar præparationis corporeæ, quemadmodum in euangelio de conuiuii apparatu dicitur, tauri mei & altilia occiſa ſunt. Etiam ad literam deſcribuntur obſonia conuiuii in genere, deſcribet.n. panem & vinum. Sunt autem ſapientiæ obſonia ſpiritualia quæ non tam ad neceſſitatem paſcendi animum, q̃ ad cõmoditatem ſpectant: quorum maxima eſt in ſacra ſcriptura copia a diuina ſapientia parata, ad conuiuium noſtri animi tanq̃ obſonia. *Miſcuit uinum.* Aiunt hebræi ꝙ dictio interpræta miſcuit ſecundum primeuam originem ſignificat colare: & propterea legẽdũ potius eſſet. *Colauit uinum.* Non tñ reprahẽdenda eſt vulgata æditio. Legẽdo itaq; miſcuit vinum, ſimilitudo minus digna conuiuio ſcribitur, ſolet.n. in conuiuio ſolẽni non vinum mixtum ſed merum exhiberi: & hinc innuitur ꝙ legendum eſt colauit uinum, de ſolẽni ſiquidem conuiuio agitur, & uinum colatum (hoc eſt optime depuratum) deſcribitur. Vel colatio ad extractionem uini ex uegete ſpectat, vt pręparatio uini perfecta deſcribatur in promptu. Vinum autem ſapientię, eſt ſpiritualis delectatio quam fert ſecum ſapientia. *Et propoſuit menſam ſuam.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Etiam parauit menſam ſuam.* Non ſolũ res ſed & mẽſam integrã (vt unico uerbo omnia concluderet) paraſſe deſcribitur. Eſt autem ſapientiæ mẽſa doctrina ſacra, abunde cõtinens omnia ad conuiuium animarum pertinentia.

Quod ſit vinũ ſapiæ.

Menſa ſapiæ, eſt ſacrã doctrina.

Miſit ancillas ſuas ut uocaret ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Iuxta hebræum habetur. *Miſit puellas ſuas uocabit: ſuper humeros excelſorum ciuitatis.* Ecce modus uocandi quo ſcilicet diuina ſapientia uocat homines ad conuiuium ſuum, mittendo.ſ. puellas ſuas: hoc eſt uirtutes: ipſæ.n dicuntur ſapientiæ puellæ, eo ꝙ ſuapte natura famulantur & obſequuntur diuinæ ſapientiæ, ad excitandũ homines ad conuiuium diuinum. Deſcribuntur autem ſapiẽtiæ diuinæ nuncii ſub ſpecie puellarum, eo ꝙ per inermes inuitat, & non per arma cogit.

Puellæ ſapientiæ, ſunt virtutes.

¶ Locus autem unde per uirtutes diuina ſapientia uocat, deſcribitur ſuper humeros excelſorum ciuitatis. Methaphora eſt, ſignificans ꝙ uirtutes miſſe a diuina ſapientia officiũ uocandi exercent, non prędicatę, nec ſcriptę, ſed protatę ſuper humeros hominum: hoc eſt ſuſtentatę factis, uiribus, & laboribus hominum, quemadmodũ ea quæ ſuper humeros portantur. Virtutes itaq; in factis conſiſtentes, excitant homines ad diuinum conuiuium, nunquã.n. apoſtoli & alii ſancti Paſtores excitaſſent mundum ad diuinum conuiuium, niſi factis propriis, niſi uita propria uirtutes portaſſent tãquã in humeris propriis. Facta autem excelſorum præcipue uocant alios. Et cogor ex ſubiunctis in eodẽ capitulo intelligere per excelſos ciuitatis, non celſos uirtutibus, ſed celſos ſtatu & officio: quoniam excelſi ciuitatis cõmunes ſcribuntur ſapientiæ & inſipientiæ: ut inferius patet. Et quãuis uirtutes in factis quorũcunq; hominum ſuapte natura inuitent alios ad ſapientiæ conuiuium: quia tamen diuina ſapientia gubernat infima per media, ideo ad ordinem diuinæ ſapientiæ ſpectat, ꝙ virtutes in factis hominum excelſorum in ciuitate (qui aliis pręſunt ſtatu, authoritate, officio uel cõſilio) excitent & inuitent alios ad cæleſte cõuiuium: cõuenit.n. eis ex officio. Tenentur namq; epiſcopi & paſtores ad uocandum alios uita uirtutibus prædita.

Plus mouent exempla ꝙ verba.

Excelſi ciuitatis.

¶ *Siquis eſt paruulus ueniat adme: & inſipientibus locuta eſt.* Iuxta hebræum habetur. *Qui ſimplex declinabit huc: & minutus corde dixit ei.* Aduerte ꝙ fit mentio ſex generum hominum, nominantur.n. ſimplices, minuti corde, deriſores, impii, ſapientes & iuſti: ſed diuerſimode deſcribuntur relatiue ad uocationem ſapientiæ per ſuas puellas, nam ſimplices & minuti corde deſcribũtur vocari

Sex hominum genera

Simplex & minutus cor de quomodo differant.

Quare viri ſancti ſemper hylares.

Panis ſapientiæ.

ad conuiuium: deriſores autē & impii deſcribuntur non vocari, ſapientes vero, & iuſti deſcribuntur foueri tanquā exiſtentes iam in conuiuio. Inter ſimplices autem, & minutos corde intereſt, ꝙ ſimplices modici ſunt iudicii: minuti vero corde, modici ſunt cordis, illi deficiunt in parte qua cognoſcimus: iſti deficiunt in parte qua appetimus: deficiunt autem ob ignorantiam vel paſſiones vel fragilitatem humanam, & non ob malitiam a veris virtutibus. Per puellas itaq; ſuas dicit ſapientia diuina, quis eſt ſimplex declinet huc: hoc eſt in domum meam: & ſimiliter qui eſt minutus corde. Quod autem ſubditur, dixit ei ad vtrunq; refertur. Vnde & pluraliter ſubiungitur. *Venite cōmedite panem meum: & bibite uinum quod miſcui uobis.* Loco dictionum trium ultimarum in hebræo habetur. *Colati.* ut iam prædiximus. Et quemadmodum, quia vinum lætificat cor hominis, ſignificatur delectatio ſpiritualis qua potamur a diuina ſapientia (vnde & ſancti viri leguntur ſemper hylares,) ita quia panis cor hominis confirmat, diuinæ ſapientiæ panis intelligitur doctrina illius pręſtans reliqs doctrinis in hoc, ꝙ ſola habet in ſe unde firmet cor humanū in bene beatoq; viuere. Reliquę.n. doctrinæ infirmæ ſunt ad cōferendum firmitatem cordis in vita beata, & propterea ſapientia diuina dicit, paſcimini panem meum mihi proprium. Vinum autem colatum, delectatio eſt depurata ab admixtis carnis ac mundi delectationibus, in promptu parata quātum eſt ex parte diuinæ ſapientię. Nos.n. impedimenta affectionum noſtrarū opponentes efficimus, vt non tanq̄ bibentes repleamur illa delectatione pura. ℭ *Relinquite infantiam & uiuite.* Iuxta hebræum habetur. *Relinquite ſimplices & uiuite: & dirigite in uia intelligentiæ.* Non ſolū vocātur ad conuiuiū boni, ſed monet deficiētes in iudicio aut moribus, vt relinquant proculdubio vias ſuas: promittendo eis uitam animi a qua recedunt ſuis defectibus, ad quam peruenient dirigendo greſſus proprios per viam intelligentiæ uerę beatitudinis. *Qui erudit deriſorem ipſe ſibi facit iniuriam.* Iuxta hebræū habetur. *Erudiens deriſorem accipit ſibi ignominiam.*

Rō quare deriſores non vocat ſapientia.

Tertium hominum genus introducitur non inuitatum a puellis ſapientiæ, & ſapientia tanquam reſpondens tacite obiectioni quare deriſores, & impii, non inuitantur ad cōuiuium ſapientiæ, reddit rationem, quia erudiens deriſorem accipit ſibi ignominiam: eo ꝙ irriſor veræ doctrinæ, quum eruditur, deridet erudientem: ac per hoc ipſum irrideri, eſt ei ignominia. Et militat hæc ratio quo aduocationem per puellas: hoc eſt uirtutes in hominibus exiſtentes. Vocatio.n. horum deberet eſſe eruditio, a quo abſtinēt uiri probi cognoſcentes eſſe inutilem, & nihil aliud parere q̄ erudientium ignominiam. *Et qui arguit impium generat maculam ſibi.* Iuxta hebræum habetur. *Et arguens impium maculam eius.* Subaudtiur.n. uerbū accipit, quod in præmiſſa oratione poſitum eſt. Ratio quare puellæ non uocant impium arguēdo ipſum, reddit quia homo arguens impium, accipit maculam ipſius impii. Appellatur autem impius peccator ex malitia: qui quātum eſt ex ſe eſt incorrigibilis: & propterea ſi arguitur multiplicat peccatum, quo fit ut homo arguens ipſum accipiat ſibi maculam multiplicatam ab impio: utpote qui arguendo illum, occaſionem dedit multiplicandi peccatum. Imprudenter.n. fit huiuſmodi increpatio pertinacium in malo moris, quod eſt quartum genus hominum. ℭ *Noli arguere deriſorem ne oderit te.* Non habetur in hebræo noli: ſed. *Non reprehendes deriſorem, ne quando odio habebit te.* Accumulat rationes ad idem, & non eſſe a te excitandum ad tui odium deriſorem, manifeſtat, tum quia excitaretur ad peccatum odii: tum quia iuſtos odio haberi nō expedit cōmuni bono. Facile autem deriſores, & impii excitant ad iuſtorum odium, eo ꝙ moralē habent contrarietatem ad eos. *Argue ſapientem & diliget te.* E regione deriſorum collocantur ſapientes, non ꝙ ſapientes egeant increpatione, ſed ut inſipientia deriſorum manifeſtetur per contrarium effectum ex una eademq; actione, increpare ſiquidem deriſores parit odium: increpare autem ſapientes, parit dilectionem, ſiue iure ſiue iniuria fiat increpatio. ℭ *Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia.* Interpres addidit occaſionem. Nam hebraice ſcribitur. *Da ſapienti, & capiet amplius.* Et quoniam de augumento ſapienti agitur, ſubintelligi congruit rem dandam eſſe doctrinam, conſilium, & id genus reliqua. Quintum itaq; genus hominum introducitur dicenti. Da ſiue ſponte, ſiue requiſitus ſapientis conſilium, & huiuſmodi, & fiet ſapientior. *Doce iuſtum & feſtinabit accipere.* Iuxta hebræum habetur. *Fac ſcire iuſtum & addet doctrinam.* Sextum hominum genus introducitur gens iuſta. Iuſti.n. quouis modo cognoſcāt nouiter aliquid, addunt & ſibi ipſis, & aliis doctrinam ſeu ſtatutum, & propterea tam iuſti q̄ ſapientes proficiunt ex noua notitia quā accipiunt. E regione ſiquidem impiorum deſcribuntur iuſti. quēadmodum e regione deriſorum, deſcribuntur ſapientes, & illi quidem dimittuntur inanes, iſti autem uocantur ad perfectum. ℭ At ſi amplius perſpexeris iſta ſex hominū genera, uidebis ꝙ ſimplices, deriſores, & ſapientes, ad partem pertinent qua cognoſcimus. Nam ſimplices ſunt modici

Ratio quare nec impius vocatur.

Quare impii oderint iuſtos.

Quintū genus hoīum.

Sextum genus hoīum.

Tria genera hoīum ad ptē cognitiuā ptinēt & tria ad affectiuam.

iudicii

iudicii, deriſores vero arrogant ſibi cenſuram omnium, ſapientes aut vere iudicant. Alii vero tres ad partem pertinent qua appetimus. Nam minuti corde deficiunt a morali uirtute, impii autem in exceſſu ſunt mali moralis, vtpote ex malitia peccātes, iuſti autem uerum bonum eligunt. *Principium ſapientie timor domini: & ſcientia ſanctorum prudentia.* Iuxta hebræum habetur. *Principium ſapientiæ timor iehouah: & ſcire ſanctorum intelligentia.* Ratio redditur quare ſapientes & iuſti inſtructi proficiunt, ex eo ꝙ in eis eſt timor ſummi dei, qui principium eſt ſapiēdi: & ipſum ſcire eſt intelligere ſancta: hoc eſt munda, & quæ deo dicanda ſeu dicata ſunt. Dicitur hoc ad differentiam ſapientum mundi huius, in quibus non eſt timor ſummi Dei. Et propterea ægreferūt inſtrui vel argui, ſcire.n. eorum non eſt intelligentia ſanctorū, ſed prophanorum. *Per me.n. multiplicabuntur dies tui: & addentur tibi anni vitæ.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum legendum eſſet. *In me.* Ratio redditur conuiuii diuine ſapientiæ, vtilitas non ipſius ſapientiæ diuine: ſed hominum obſequētium illi. Et prius quidem reddit rationem ex hoc quod ipſa diuina ſapientia eſt benefica: vtpote quia ipſius conuiue conſequuntur longitudinem vite non qualitercūꝗ, ſed fælici ſucceſſu. Longitudo ſiquidem vitæ ſignificatur multiplicatione dierum. Proſperitas autem appoſitione annorum vite, ad differentiam annorum mortis. Et verificantur hæc in hac quidem vita ſecundum promiſſiones veteris legis, in æterna autem ſecundum gratiam noui teſtamenti.

Ratio quare ſapientes, & iuſti proficiunt.

Anni vitæ, & anni mortis qui ſint.

¶ *Si ſapiens fueris tibi met ipſi eris: ſi vero tu illuſor ſolus portabis malum.* Sententia redditur quāuis in hebræo textu non ſcribatur malū, & omnia verba ſint præteriti temporis. Rationi ex parte beneficentiæ adiungit rationem ex parte nullius vtilitatis redundantis in ipſam diuinam ſapientiam dicendo, ꝙ ſi homo ſapit, ſapit ſibi ipſi, & non diuinę ſapientię: & ſi'r ſi illuſor fuerit, ipſe patietur non diuina ſapientia. ¶ *Mulier.* Iuxta hebræum habetur. *Nupta.* Superius in Cap. 6. et. 7. Introduxit Salomon mulierem nuptam impudicam: & propterea ad inſinuādū ꝙ de illa met muliere nunc loquitur, non dicit mulier, ſed nupta, intendens declarare ꝙ mulier illa nupta non reſtringitur ad venerea, ſed ſignificat delectationem tam carnis ꝗ mundi, delectationem cōprehendentem delectari, & in hiis quæ ſunt ſenſuum, & in his quæ ſunt dominii, gloriæ, famæ, & huiuſmodi. Ita ꝙ e regione diuinæ ſapientiæ vocantis homines ad conuiuiū ſuū, collocatur delectatio tam carnis ꝗ mūdi ſub ſpecie mulieris nupte. Mulieris quidem propter blandam attractionem, nupte vero propter cōiunctionem quā in homine ſortita eſt. Eſt delectatio, & carnis & mundi, cum rōnis regimine tanquam marito gubernante eam. Appetitus ſiquidem huiuſmodi delectabilium ſubditur in homine rationi, & ſecundū naturæ ordinem regendus eſt recta ratione ſicut vxor a viro. Et ideo quotiens a regimine rationis recte exorbitat: quaſi nupta mariti thorum relinquens adulteratur, adherens vano vel ſenſui. Mulier itaꝗ nupta hoc eſt delectatio mundi ac carnis, e regione ſapientiæ diſtincta deſcribitur multipliciter, & primo ſecundum duplicem illius ſtatum dicendo.

Hebræi hanc mulierē, exponunt, alii pro ſtultitia, alii pro corpore in quo ſenſualitas &c.

Mulier nupta quare ſignet carnis, & mundi delectationem.

Stulte & clamoſa: plenaꝗ illecebris & nihil omnino ſciens. Iuxta hebræum habetur. *Fatuitatis tumultuatrix: ſimplicitatis & neſciuit quod.* Nupta fatuitatis quidem deſcribitur tumultuatrix, ſimplicitatis vero deſcribitur neſciens quid: hoc eſt effectum ſequentem. Delectatio profana ſi vſꝗ adeo exorbitat, vt fatuitate abundet excitat tumultus non ſolum in ciuitate, ſed in regnis: quod vtinam humanum genus nō ſæpe experiretur ex inſana dominandi libidine. Si uero non inſanit, ſed ſimplex (hoc eſt modici iudicii) eſt ceca, eſt non videns effectus ſequētes actiones ſuas, & hoc ſæpe videmus euenire. Sæpe.n. oporret eos dicere non putaram.

Fatuitas tumultuatrix etiam in regnis.

¶ *Sedet in foribus domus ſuæ.* Parui refert ꝙ deficit coniunctio. *Et.* Deſcripto.n. diuerſo ſtatu delectationis prophane, deſcribitur cōmune vtriꝗ ſtatui officium: videlicet, & ſedet in foribus domus ſuæ. De diuina ſapientia dixerat ꝙ ædificauit domum ſuam: de delectatione dicit ꝙ ſedet in hoſtio domus ſuæ: illius officium eſt ædificare, iſtius eſt quieſcere non intra domum, ſed in oſtio domus in manifeſto. Effluit ſiquidem delectatio tam fatua, ꝗ modici iudicii. Domus autem ſua animus eſt, affectus concupiſcentiis & vanitatibus.

Officium ſapientiæ, & prophanæ nuptæ ſeu delectationis quale.

Super ſellam in excelſo urbis loco. Iuxta hebræum habetur. *Super ſedem excelſorum ciuitatis.* Sapientia diuina ſuper humeros excelſorum ciuitatis, vocat homines. Delectatio autem prophana, ſuper ſedē excelſorum ciuitatis, vocat homines: quia illa ſuper labores hominum excelſorum ciuitatis, iſta ſuper quietē eorūdem innititur. Excelſi ſiquidem in ciuitate recuſando labores virtutum, & delectabilibus vacando, fulciunt profanam delectationem, in ſe & aliis. *Vt uocaret tranſeuntes per viam: & pergentes in itinere ſuo.* Dictio interpretata pergentes, ſonat dirigētes. Ita ꝙ abſꝗ coniunctione legendum eſt. *Dirigentes vias ſuas.* Officium uocādi attribuit delectationi, quia vere excitat, & inuitat homines. Inuitat autem tranſeuntes dirigentes vias ſuas. Quemadmodū.n. ſapientia non inuitat deriſores, & impios (vtpote pertinaces) ita

Quos vocat ſapientia

quos prophana delectatio inuitat.

prophana delectatio non inuitat ſapientes, & iuſtos (vtpote contrarios ei) ſed medios deſcriptos a tranſitu per viam huius vitæ, & a directiōe uiarum ſuarum, quibus. ſ. placent boni mores quãuis ex ignorantia ſeu fragilitate peccent. ¶ *Quis eſt paruulus declinet ad me: & uecordi loquuta eſt.* Iuxta hebræū habeť. *Quis ſimplex diuertat huc, & minutus corde & dicet ei.* Vide ꝙ eorūdem generum homines uocantur a ſapientia diuina per puellas in humeris excelſorum, & a delectatione prophana quieſcente in ſede excelſorum. Simplices n. & corde minuti ab utraꝗ uocantur: vtpote uiuentes in moribus abſꝗ pertinacia, & mobiles ad utrãꝗ partem: & propterea deſcripti ſunt non fixi, ſed tranſeuntes. Nec opus eſt hanc particulā aliter exponere, ſed intellige utſupra. ¶ *Aquæ furtiuæ dulciores ſunt: & panis abſconditus ſuauior.* Sententia redditur, & uulgatum prouerbium aſſumi puto: ita tamen ut per aquam & panem, ſignificentur uniuerſa ſpectantia ad conuiuium. Sapientia ſiquidem inuitauit ad paratum conuiuium panis, uini, occiſorumꝗ animalium & uniuerſe deniꝗ mēſæ ordinate: prophana autem delectatio inuitat ad aquas furtiuas: hoc eſt furto ablatas (ut hebraica ſonat litera) & ad panem abſconſionum, quia dulceſcunt. Et ſpecies ipſe teſtantur quantum præſtet conuiuium, conuiuio, quantum uidelicet uinum præſtat aquæ, & ordinata menſa, abſconditis commeſtionibus tanquã furtis ueſcētibus. Prouerbium autem ortum eſt, ex eo ꝙ ueſci in abſcondito dulceſcit in hominibus tanquam aliquid ſingulare, & frui alienis furtiue dulceſcit tanquã aliquid ualde concupitum, & rarum, hoc eſt ꝙ non ſemp in promptu habetur. Hinc. n. uenerea cum aliena, dulceſcūt, ſæpe magis q̄ cum propria uxore quãuis pulchriore &c. Ex hoc ipſo autem ꝙ ad aquas furtiuas, & panem abſconſionum inuitat delectatio prophana, teſtatur, ꝙ turpia ſunt ꝙ inhoneſta ſeu mala ſunt. Nam odium lucis teſtimonium eſt mali & turpis, dicente domino. Omnis qui male agit odit lucē, & ꝙ homines dilexerūt magis tenebras q̄ lucem, propter mala eorum opere. Ad ſacietatem itaꝗ appetitus in occultis inuitat delectatio. Occulta autem intellige quæ ex ſe uendicant ſibi occultationem, uel ratione modi, quia male parta ſunt, uel ratione rei, quia turpia ſunt. Naturale ſiquidem eſt homini occultare ac tegere proprium malum morale & turpe, & propterea quãuis peccata multorum manifeſta ac notoria ſint: tamen omnia peccata quantū eſt ex eorum natura, ſunt in genere occultorum: hoc eſt habentia in ſeipſis turpitudinem quæ deberet occultari. ¶ *Et ignorauit ꝙ gigantes ibi ſint.* Iuxta hebræum habetur. *Et neſciuit qꝫ mortui ibi.* Nihil dicitur de gigantibus: ſed declaratur ſupraſcripta particula illa, & neſciuit quid. Declaratur. n. ꝙ neſciuit multitudo dedita delectationi prophane, ꝙ ibi (hoc eſt in conuiuio prophanæ delectationis) ſunt mortui: hoc eſt incurrunt mortem, quã incurrerūt priores Et eſt ſermo de morte animæ. ¶ *Et in profundis inferni conuiuæ eius.* Sententia redditur, quãuis hebraicę habeať. *In uallibus foueæ uocati ab ea.* Sed de fouea inferni ſermo eſt, & eſt ſenſus ꝙ delectatio neſciuit effectum ſequentem poſt hanc uitam: ꝙ videlicet mortui in conuiuio eius, habitant in uallibus inferorum, & dicitur hoc e regione eius quod dixerant ſapientia, in me multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni uitæ Deſcribitur autem delectatio neſciens hunc effectum, pro quanto attrahit, & ſeruat conuiuas, tanquam neſciens malum cōſequens. *Qui. n. applicabitur illi deſcendet ad inferos: nam qui abſceſſerit ab ea ſaluabitur.* Tota hæc clauſula ſuperflua eſt: utpote quæ non habetur in hebræo.

Quare ad furtiua inuitat prophana turpia.

Peccata ex natura ſua vindicant ſibi occultari.

CAP. X.

Hic incipiunt parabolę ſeu ſiſæ Salo. vt hebræi ſentiunt, quod autē precęſſit eſt veluti præfatio quædam.

Secunda pars libri.

P*arabolæ Salomonis.* Titulus iſte teſtatur, ꝙ liber iſte parabolarum Salomonis ex diuerſis fragmentis collectus eſt, ꝙ clarius etiam apparet inferius in principio. Cap. 25. Salomon. n. edidit tria milia parabolarū, ut ſcribitur. 3. Reg. 4. Ex qbus non habemus niſi ſcriptas in hoc libro, & ut hæc teſtantur ſine ordine collecte ſunt, ſparſe ſiquidem ac perdite fuerant, ante tempus Ezechiæ Regis: & hoc paruum uolumen conflatum eſt ex collectis quibuſdam, ea propter hactenus ordinate proceſſimus, quia litteram ordinatam habuimus prout ab ipſo Salomone ordinata fuit: deinceps autem, ſine ordine exponemus litteram ut ſeſe offert. Secūda itaꝗ pars huius libri hic incipit a titulo, propter rationem dictam. *Filii David regis Hieruſalem.* Dictiones iſtæ quatenus ſuperflue ſunt, in hebræo. n. non habetur. *Filius ſapiens letificat patrem.* Sententia tam clara eſt, ut quottidiana experientia comprobatur, in patre & matre naturali, & in hiis qui patris uel matris officio funguntur.
¶ *Non proderunt theſauri impietatis: iuſtitia vero liberabit a morte.* Relatiue ad Deum verificatur non prodeſſe alicui theſauros impietatis, hoc eſt impie acquiſitos: quo contra iuſtitia hominis tantum valet apud Deum, vt eruat hominē etiã a morte corporis imminēte. Ezechias. n.

audiens ab Eſaia propheta, diſpone domui tuæ quia morieris, orauit ad Deum, memento domine quomodo ambulauerim in viis tuis, & quod rectum fuit fecerim &c. & exauditus euaſit mortem. Ananias, Azarias & Miſael, liberati ſunt a morte iuſtitia ſua. ¶ *Non affliget dominus fame animam iuſti: & inſidias impiorum ſubuertet.* Iuxta hebræum habetur. *Non faciet perire ſa me iehouah animam iuſti, & fractionem impiorum impellet.* Iuſtitia hominis ualet apud Deum, non ſolum ad eruendum a morte imminente, ſed etiam ad ſubueniendum in penuria in periculis famis, & aliorum incommodorum, quo contra impios incipientes ruere deus impellit ad perfectam ruinam. ¶ *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortium diuitias parat.* Iuxta hebræum habetur. *Pauperem facit manus fraudis, & manus ſollicitorum ditabit.* Relatiue quoque ad Deum ucrificatur ꝙ manus fraudis (hoc eſt actio fraudulenta) facit hominem pauperem, eo ꝙ accumulat homini non ſua, & obligatus ad reſtituẽdum aliena, ex quibus ſe diuitem fecit, reſtituendo remanet pauper, vtpote qui non dedit operam ad habendum propria, ſed aliena. Quo contra ſubditur ꝙ manus ſollicitatorum ditabit, actio præſtantium acumine ingenii, & non parcentium labori opportuno ad negociationes, facit eos diuites, quoniã licita actione acquirunt facultates, quas alii fraudibus, dolis, aliiſue illicitis actionibus acquirunt. ¶ *Qui autem nititur mendaciis: hic paſcit uentos: idem ſequitur aues uolantes.* Nihil huius clauſulæ inuenitur in textu hebraico. ¶ *Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis.* Iuxta hebræum habetur. *Colligens in æſtate filius intelligens: dormiens in meſſe filius confuſionis.* Eſtatis nomine intellige tempus commodum ad acquirendum, quemadmodum æſtas tempus eſt ad colligendum fruges pro toto anno. Per meſſem autem intellige ipſas res acquirendas ſeſe offerentes, quemadmodum ſecande ſegetes tempore meſſis. Filius vero cõfuſionis ſonat plenum confuſione: quemadmodum filii, nuptiarum appellantur vacantes nuptiis. Et experientia teſtatur homines neſcientes (aut minus errãtes) uti cõmoditatibus temporum, & rerum ad prouidendum domibus ſuis, vel ad negotiandum ſeu lucrandum, confuſos inueniri. ¶ *Benedictio domini ſuper caput iuſti: os autem impiorum operit iniquitas.* Iuxta hebræum habetur. *Benedictiones capiti iuſti; & os impiorum operietur iniquitate.* Caput iuſti locus benedictionum (hoc eſt officii benedicendi) deſcribitur. Nam benedicere proprium eſt iuſti, quo contra impiorum os quod in capite, eſt operit ſermonem ſuum iniquitate, eo ꝙ ſi benedixerit non ex pietate, ſed ex iniquitate benedicit ad tegendum impietatem ſuam. Impii.n. ſiue benedictiones taceant, ſiue illas proferant, non recte, ſed inique agunt ad hoc ut facilius nocere aut decipere poſſint. ¶ *Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet.* Parui refert ꝙ dictio interpraetata laudibus, ſonat benedictionem. Senſus.n. in idem redit, niſi ꝙ clarius hebraica litera explicat ꝙ memoria uirorũ iuſtorum ad benedictionem (hoc eſt ad multiplicatam laudem) erit. Quo contra nomen impiorum paulatim deficiet quemadmodum putreſcens: immo multiplicando producit fœtorem, & hoc non ſolum eſt uerum ex meritis iuſti & impii, ſed verificatur de facto apud colentes deum. ¶ *Sapiens corde præcepta ſuſcipiet: ſtultus cæditur labiis.* Iuxta hebræum habetur. *Et ſtultus labiorum impinget.* Relatiue ad præceptorem deſcribitur ſapiens, ꝙ ipſe mandata ſuſcipit corde, hoc eſt non ſolum excipit illa ſermone, ſed animo. Quo cõtra ſtultus nec labiis ſuſcipit, ſed renuit vel murmurat. Et propterea appellatur ſtultus labiorum: & impingit in offendiculum aliqd ſine regula mandatorum progrediens. ¶ *Qui ambulat ſimpliciter ambulat confidenter: qui autem deprauat uias ſuas manifeſtus erit.* Dictio interpraetata ſimpliciter, ſonat. *In puritate.* Et dictio interpraetata manifeſtus erit in multis codicibus ſonat. *Frangetur.* Et hæc dictio complectenda videtur eo ꝙ e regione ambulantis confidenter congruẽtius collocatur frangere, ꝗ manifeſtus erit. De operante ſeu quodcũꝙ negocium exercente ſub ſimilitudine ambulantis dicitur ꝙ ambulans in puritate (abſꝙ admixtis aſtutiis, dolis, & aliis malis artibus) progredietur confidenter, utpote proprie puritatis, & diuino auxilio innixus. Quo contra deprauans torquendo uias ſuas (hac & illac torquẽs aſtutiis & uerſutiis operationes ſuas tãquam torquens iter) frangetur in progreſſu: quia hoc meretur ex malis ſuis artibus. Detegẽtur.n. & machinationes eius frangentur. ¶ *Qui annuit oculo dabit dolorem, ſtultus labiis uerberabitur.* Dictio interpraetata annuit ſonat. *Innuit.* Secunda uero particula iuxta hebræum habetur ſic. *Et ſtultus labiorum impinget.* Non eſt ſermo de quocũꝙ annuẽte oculo (cum hoc quandoꝙ recte fiat,) ſed de innuente oculo, uel ad irriſionem, uel ad proditionem, uel ad libidinem. Hęc.n ſæpe fiunt, & male. Effectus autem huiuſmodi innuere deſcribitur, dabit dolorem, quia irriſus dolet, & ſimiliter proditus: maritus quoꝙ ſeu conſanguineus mulieris cui innuitur, dolet. Innuens itaꝙ oculo infert dolorem aliis. Quo contra ſtultus labiorum (loquens.ſ. ſtulta) frangetur, vel impinget, quia contra ſeipſum agit. ¶ *Vena vitæ*

Manus fraudulenta, & manus ſollicita.

Quid æſtas.

Quid meſſis.

Quos filios confuſionis experientia manifeſtat.

Diuerſimode benedicit iuſtus, & impius.

De nutu oculi ad irriſionem intelligit abenetra

os iuſtorum autem impiorum operit iniquitatem. Legendum eſt. *Operietur iniquitatem.* Aſſimilatur venæ
Q uare ſermo iuſti ſi- mil.s venæ.
ſermo iuſti,quia per eum vita aliorum tanquam per venam uenit. Sermo.n. iuſtorum ad
vitam tum animæ:tum corporis aliorum tendit.Quo contra os impiorum tegetur a pro-
pria iniquitate ne vitalia proferat,niſi forte ficte. ¶*Odium ſuſcitat rixas: & uniuerſa delicta operit*
charitas. Dictio interpratata delicta ſonat. *Rebelliones.* Legendumq; eſſet. *Et ſuper omnes re-*
O periet idem omnino verbum quod ante.
belliones operiet charitas. De odio itaq; dicitur ꝙ mouet lites,contentiones, & rixas inter eos,
quos homo odio habet,vel inter ſeipſum,& eum quem odio habet. Quo contra uniuer-
ſas rebelliones(vel aliorum inter ſeſe,vel aliorum relatiue ad diligentem)operiet charitas
Nulla vis maior q̃ amo ris.
teget amor atq; dilectio diligētis rebelles,nulla ſiquidem eſt maior uis q̃ uis amoris. Et cũ
amari ſe cõſpicit rebellis ſedatur. Nobilis ſiquid animus hoīs amore trahitur magis q̃ ti-
more,uerbere,&gladio.Et propterea hic dicitur ꝙ ſuper uniuerſas rebelliones operiet cha
ritas:hoc eſt vir diligens,operiet autem ne appareant amplius.Apte autem affertur ſimili-
tudo tegminis:quoniam amor uerba hinc,& inde tegentia occaſiones litiganti ſeu contē-
denti multis referta coloribus pallientibus cauſam,adhibet. ¶*In labiis ſapientis inuenitur ſapiē-*
tia:& uirga in dorſo eius qui indiget corde. Dictio interpratata ſapientis ſonat. *Intelligentis.* Et eius
qui indiget corde ſonat. *Minuti corde.* Vigens intelligētię acumine non ſolum ſapit in ani-
Sermo imago animi.
mo,ſed etiam in ſermone ita ꝙ ēt in labiis eius relucet ſapiētia.Quo cõtra minutus corde
(hoc eſt deficiens in ornatu animi)uſq; adeo alienus eſt a ſapientia ,ut indigeat virga ca
ſtigante eum ſuper humeros eius,hoc eſt caſtigatiõe magna,quæ vulgari italico dicit̃ ba
Q uomodo ſapiens oc cultet ſcientiam.
ſtonata. ¶*Sapientes abſcondunt ſcientiam:os autem ſtulti confuſioni proximũ eſt.* Vltimæ dictiões iuxta
hebræum habētur. *Fractio propinqua.* Sapientibus attribuitur recondere ſuum ſapere reſer-
uantes illud loco,& tempore.Quo contra ori ſtultorum attribuitur ꝙ eſt tanquam fractio
propinqua. Aſſimilatur ſiquidem fractioni īminentis ruinæ propinquæ:quia eloquiũ ſtul
torum vitandum ac fugiendum eſt ab aliis ,utpote propinqua fractio animorum,tracta-
Hanc ſnīam vſurpant hebræi excitando ad la borem ignauos.
tuum,& ſenſatorum ſermonum. ¶*Subſtantia diuitis urbs fortitudinis eius:pauor pauperum egeſtas eorũ.*
Dictio interpratata pauor ſonat. *Fractio.* Attribuitur diuitibus ꝙ facultates eorũ ſunt in
quibus confidunt tanquã in urbe fortitudinis ſue.Quo contra pauperibus attribuitur ꝙ
paupertas eorum non eſt dũtaxat paupertas: ſed eſt fractio animi eorũdem:pauperes.n.
non audent apparere,& uirtutes ſuas proferre.Nam quemadmodum diuitiæ præſtant for
Diuitiæ extollunt,pau pertas frangit.
tem animum diuitibus,& protegunt eos ab aliis:ſic paupertas,& frangit animum paupe-
ris,& efficit,ut alii frangant ſermones eius. ¶*Opus iuſti ad vitam:fructus autem impii ad peccatum.*
Iuſti intentio commendatur ꝙ omne opus eius tendit ad vitam, proculdubio animorum.
Quo contra impii vituperãtur ꝙ etiã prouentus frugũ eorum cedit in peccatum,tam pra-
ua ſiquidem eorum eſt intentio,ut abuti intendat,& abutantur etiã bonis quæ profert ter-
ra eis, dictio ſi quidem interpratata fructus ſonat. *Prouentus.* iuxta hebraicam uerita-
tem. ¶*Via vitæ cuſtodienti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.* Prima particula clarior
iuxta hebręum habetur. *Via ad vitam cuſtodire eruditionem.* Cuſtodia(hoc eſt adhibita cura)
Cuſtodire eſt participiũ Duæ diſpõnes odietiũ.
ad ſeruandum eruditiones ſuſceptas cõmendatur penes hoc ꝙ eſt uia ad uitam, proculdu-
bio animi tam in præſenti q̃ in futura uita.Quo contra relinquens increpationes non ſo-
lum paruipendendo eas,ſed etiam obſeruationē earum relinquendo,errat in via vtriuſq;
vitæ. ¶*Abſcondunt odium labia mendacia:qui profert contumeliam inſipiens eſt.* Duæ odii diſpoſitiões quo
ad linguam contrariæ deſcribuntur,alteram in viro aſtuto:& hæc eſt tegere odium uerbis
falſis,ſermonibus ſimulatis,ut fecit Abſalon diſſimulando tanto tempore odium quod cõ
ceperat aduerſus Amon fratrem ſuum.Quo contra odium in ſtulto inducit ad proferēdũ
Infame aliquid.Dictio.n interpratata contumeliam,ſonat. *Infamiam.* Vterq; iniq; agit ille
aſtute falſitatibus vtitur, iſte ſtulte profert quæ ſunt infamiæ. ¶*In multiloquio non deerit peccatũ:*
qui autem moderatur labia prudentiſſimus eſt. Iuxta hæbreum habetur. *In multitudine uerborum non probi-*
Prohibens, aliud omni- no verbum.
bebit rebellionem:& prohibens labia ſua intelligens. Superius dictum eſt,ꝙ charitas tegit omnes re-
belliones,& conſequenter modo dicitur ꝙ multitudo uerborum non tantarum uirium eſt
vt prohibeat aliorum rebelliones,et propterea vane homo innititur multiloquio ad cohi-
bendum rebellionem.Quo contra vir intelligens(hoc eſt intelligendi acumine uigens)
cohibebit labia ſua ne effundat ſermonem,vbi non eſt auditus. *Argentum electum lingua iuſti:*
cor autem impiorum pro nihilo. Dictio interpratata pro nihilo, ſonat. *Sicut modicum.* Aſſimilat̃
Sermo iuſti argẽto ſīlis
ſermo iuſti argento electo ex igne purgante ipſum:eo ꝙ eloquia iuſti purgata atq; exami-
Cor īpii quaſ aſſimilat̃ modico,& nõ nihilo.
nata ſplendent pulchre,& ſonant recte.Quo contra impiorum non ſolum ſermo,ſed etiã
cor aſſimilatur modico eo ꝙ parum boni habet,quia enim ex toto non poteſt eſſe malum
(quia malum ſi fuerit integrum deſtruit ſeipſum)ideo nõ aſſimilatur nihilo,ſed modico

ꝙ pro

ꝙ pro nihilo reputatur. *Labia iuſti erudiunt plurimos: qui autem indocti ſunt in cordis egeſtate morientur.* Iuxta hebræum habetur. *Labia iuſti paſcent multos, & ſtulti in defectu cordis morientur.* Efficacia ac fructus eloquiorum iuſti deſcribitur, paſcere multos: quod eſt conſeruare vitam animæ in multis. Quo contra ſtulti non ſolum alios paſcere nequeunt ſermonibus iuſtitiæ, & iudicii, ſed ipſi met ex defectu cordis ſecundũ virtutem moralem morientur morte animæ, & hic & in futuro. ¶ *Benedictio domini facit diuites: nec ſociabitur eis afflictio.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et non iunget dolorem ſecum.* Commendatur diuinæ benedictionis gratia ditans aliquos. Cõmendatur autem præferendo illam gratiæ huius mundi, penes hoc ꝙ mundus ditat aliquem apponendo dolorem, vt ſæpe apparet. Diuina autem benedictio ditando aliquem non affert ſecum dolorem: tum quia ſine penitentia, ſunt dona dei: tum quia deus nobis non indiget: tum quia dei perfecta ſunt opera, ac per hoc ditando non ſolum diuitias multiplicat, ſed & largitur, vt gaudere poſſint diuitiis. Benedictio autẽ mundi (ſiue fiat per principes ſiue per induſtriam militarem, ſiue per mercaturam, & ſimilia) ſæpe dat diuitias, ſed tot perturbationibus, animi vel corporis admixtas vt diuites nequeãt frui diuitiis quas habent. ¶ Q*uaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: ſapientia autem eſt viro prudentia.* Iuxta hebræum habetur. *Tanquam riſus ſtulto facere ſcelus: & ſapientia homini intelligentiæ.* Attribuitur ſtulto ꝙ facere ſcelus reputat riſum. Hoc eſt reputat pro nihilo, paruipendit ac ſi riſiſſimo letatur faciendo ſcelus ſicut letatur qui ridet. Quo contra ſapientia reſeruatur viro intelligentiæ, vir. n. vigens intelligentia ſapit ponderãdo quid eſt facere ſcelus, nec reputat ridiculum, ſed execrabile. ¶ Q*uod timet impius veniet ſuper eum: deſiderium ſuum iuſtis dabitur.* Dictio interpretata dabitur, ſonat dabit, & legendum eſſet. *Et deſiderium iuſtorum dabit.* Quãuis etiam in hac vita quandoq; verificetur ꝙ euenit impiis malum q̃d timent, ſemper tamẽ verificantur quo ad meritum: hoc eſt ꝙ impii merentur, vt malum ꝙ timent, eueniat eis. Verificatur quoq; ſemper in uita futura, quoniã longe plus mali habebunt q̃ quod timent. Quo contra deſiderium iuſtorum dabit ſummus deus. & in hac vita, vt merentur, & in futura ſupra merita, & eſt ſermo de deſiderio ſimpliciter hoc eſt omnibus penſatis, huiuſmodi. n. deſiderium iuſtorum ſemper impletur, ſecus autem eſt de deſiderio ſecundum quid, hoc n. ſæpe negatur a ſummo deo, ut tribuat quod mallent iuſti ſi omnia ſcirent. ¶ Q*uaſi tempeſtas tranſiens non erit impius: iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum.* Quia impiorum diſpoſitiones caducæ valde ſunt nec habent firmitatem fruendi concupitis bonis, ideo aſſimilaẽ duratio impiorum ſecundum viuere letum, turbini ſeu tempeſtati ventorum. Quo contra iuſtus vt ſic, eſt ſecundum virtutem ſtabilis (utpote quæ nunquã excidit) & ſecundum concupitam, velut fundamentum perpetuum ſeu rectius iuxta hebræũ loquendo fundamentũ perpetuitatis, eo ꝙ ſcit cui credidit, & repoſita eſt ſibi corona iuſtitię eterna. *Sicut acetum dentibus & fumus oculis: ſic piger iis qui miſerunt eum in via.* Superfluit in via, & dictio interpretata acetum quãuis ſignificet acetum, extenditur tamen ad acre: & interpretanda eſt. *Acre.* Nam acetũ tã vtile cenſetur dentibus, vt nulla dentium medicina ſecũdum medicos eximenda ſit ab aceto, acre autem inimicitia ad dentes manifeſta eſt, ex eo ꝙ acre ſtupefacit dentes. Legẽdum itaq; eſt: ſicut acre dentibus, & fumus oculis, ſic piger mittentibus eum. Pigritia ſiquidem nuntii ita moleſta eſt mittentibus illum, quemadmodum fumus moleſtus eſt oculis, & acris moleſtum eſt dentibus. *Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.* Nomen eſt tetragrãmaton. Verificantur hæ ſententiæ in hac quidam vita, tum ſecundum ſtatum veteris teſtamenti in quo longitudo dierum promittitur populo timenti Deum: impio vero exterminium decernitur, tum quantum eſt ex parte meritorum, quia timentes ſummum Deum merentur diu viuere: impii autem cito mori, cũ peccator indignus ſit cibo pane quo veſcitur. Relatiuæ vero ad ſtatum poſt mortem, clarum eſt ꝙ timor domini apponet dies æternæ vitæ, anni vero impiorum breuiabuntur, quia in morte deſinent viuere, & mortem perpetuam incurrunt. *Expectatio iuſtorum lætitia: ſpes autem impiorum peribit.* Directe ad vitam futuram tendit hæc parabola: quod. n. ſperant, & expectant iuſti, letitia vitæ æternæ eſt, quod autem ſperant impii cum eorum vita peribit. *Fortitudo ſimplicis via domini: & pauor iis qui operãtur male.* Iuxta hebræum habetur. *Fortitudo puritati via iehouah, & fractio operantibus iniquitatem.* De via iehouah dicitur ꝙ ipſa eſt fortitudo puritati, hoc eſt hominibus puris ab admixtiõe iniquitatum duplicitatum, & huiuſmodi Quo contra ipſa eadem via ſummi dei, eſt fractio operantium iniquitatem. Puris n. præſtat fortitudinem animi, operantes vero iniquitatẽ frangit. Et verificantur hęc tam de uia dei ad homines q̃ de uia hominis ad Deum, nã operatio diuinæ gratiæ erga homines fortes, facit puros, & animos impiorum frangit eos ſibi ipſis relinquendo, reddunt. n. puſillanimes relatiue ad vere beatam uitam aſſequendã. Via

Gra bñdictiõis diuinæ quõ præferaẽ gratiæ mundanæ.

Quale deſiderium iuſtorũ ſemper impleaẽ.

Peccator indignus eſt pane quo veſcitur.

Via dei ad hoĩes & via hominis ad deum quid operetur.

quoq; hominum ad Deum quantum roboris præſtet puris tendentibus ad celeſtem patriã exempla ſanctorum manifeſtant: quantum uero frangat animos perſeuerantium in iniquitate, illorum deſperatio vel modica ſpes teſtatur. ¶ *Iuſtus in æternum non commouebitur: impii autem non habitabunt ſuper terram.* Directe ad populum veteris teſtamenti hoc ſpectat, nam illi promiſſum eſt non exturbari a terra promiſſionis ſi fuerit iuſtus, & cõminatum eſt illi exterminiũ ab eadem terra ſi fuerit impius. ¶ *Os iuſti parturiet ſapientiam: lingua prauorum ibit.* Iuxta hebræũ habetur. *Os iuſti loquetur ſapientiam: & lingua uerſutiarum incidetur.* Sicut adiungitur ſapientia iuſtitiæ, ita ſermoni iuſti ſermo ſapientiæ. Ex abundantia.n.cordis os loquitur. Quo contra lingua reuolutionum (quæ.ſ.vertit hoc in illud & illud in alterum) non eſt iuſtitiæ aut ſapientiæ lingua, ſed quæ meretur ſuccidi. *Labia iuſti conſiderant placita: & os impiorum peruerſa.* Iuxta hæbreum habetur. *Labia iuſti facient ſcire uoluntatem, & os impiorum reuolutiones.* Iuſtus conformat ſermonem cordi. Non.n.eſt mendax, ſed verax, ac per hoc uerbo ſuo indicat uoluntatem vt non decipiat proximum. Quo contra os impiorum latebroſis utens conſiliis reuolutiones (hoc eſt crebras uerborum verſiones) profert ut nequeas intelligere voluntatem eius, immo vt contraria intelligas.

CAP. XI.

S*Tatera doloſa abominatio eſt apud Deum: & pondus æquum uoluntas eius.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Bilances doli abominatio iehouah: & lapis perfectus voluntas eius.* Sẽtentiæ clare ſunt manifeſtantes in põderibus iuſtitiam placere ſummo deo, dolum autem ſeu fraudem abominabilem eſſe eidem. ¶ Vbi aduerte ꝙ quia lapide appenſo ponderabant antiqui res ideo lapis hic nominatur propondere. *Vbi fuerit ſuperbia ibi erit & contumelia: ubi autem humilitas: ibi & ſapientia.* Quãuis hæc vera ſint, iuxta hebræum tamen legendum eſt. *Venit impietas & uenit igominia & cum honeſtis ſapientia.* Comes impietatis deſcribitur ignominia, & verificatur tam actiuæ q̃ paſſiuæ, nam adueniens impius, & infert aliis ignominiam, & ipſe meretur, & frequenter incurrit ignominiam. Quo contra honeſtorum comes ſcribitur ſapiẽtia, & honore digna, & honorans alios. ¶ *Simplicitas iuſtorum diriget eos: & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos.* Iuxta hebræũ habetur. *Perfectio rectorum ducet eos: & prauitas mendacium franget eos.* Integritas hominum qui recti ſunt dux eſt ipſorumm in uia operum: quia integritatem ſequendo tanq̃ ducem itineris, proficiſcuntur recte operando. Quo contra obliquitas mentientium facto (qui confitentur ſe noſſe Deum factis autem negant) frangit eoſdem in uia operum ſuorum, ut nec etiam aſſequantur intenta mala, & hoc ſæpe uidemus in hominibus tot obliquitatibus utentibus. ¶ *Non proderunt diuitiæ in die ultionis: iuſtitia autem liberabit a morte.* Declaratur hic parabola in principio capituli.x. ſcripta. Reperitur.n. illa adiungendo tempus, videlicet in die vltionis proculdubio diuinæ. *Iuſtitia ſimplicis diriget uiam eius: & in impietate ſua corruet impius.* Dictio interprætata ſimplicis ſonat. *Perfecti.* Sequendo.n. iuſtitiam vir perfectus habet iuſtitiam pro directrice operum ſuorum, quemadmodum legimus de Dauide fugiente Saulem. Quo contra impius corruit in ſua in pietate, quemadmodum Saul. ¶ *Iuſtitia rectorum liberabit eos: & in inſidiis ſuis capientur iniqui.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et in fractione mentientium capientur.* Et hinc apparet ꝙ euaſio ſcripta in prima particula eſt euaſio a captione, attribuitur ſiquidem iuſtitiæ rectorum ꝙ faciet eos euadere ne capiantur ad vincula, ad carceres, ad captiuitatem. Quo contra cum tempus fractionis mentientium (hoc eſt violatorum legis diuinæ quã profeſſi ſunt) aduenerit, capientur, in captiuitatem ducentur ipſi mentientes. Lege ueteris teſtamenti hiſtorias: & inuenies pluries hæc verificata. *Mortuo homine impio nulla erit ultra ſpes: & expectatio ſollicitorum peribit.* Iuxta hebræum habetur. *Moriente homine impio peribit ſpes: & ſpes diuitiarum peribit.* Aſſimilãtur diuitiæ homini impio quo ad ſpẽ: ꝙ quemadmodum cum homine impio perit ſpes, ita perit ſpes diuitiarum. Fiducia.n. in diuitiis etiam ipſis durantibus uana eſt. *Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradetur impius pro eo.* Parui refert ꝙ dictio interprætata tradetur, ſonat. *Venit.* Verificationem habes in libro Heſter, de Mardocheo liberato, & Haman ſuſpenſo. *Simulator ore decipit amicum ſuum: iuſti autem liberabuntur ſcientia.* Iuxta hebræum habetur. *In ore ſimulatorum deſtruet ſocium ſuum: & in ſcire iuſtorum euadent.* Efficacia ſimulatiõis adulatorum, hypocritarum, & aliorum eiuſmodi manifeſtatur, attribuendo illi ꝙ homo ſimulator deſtruit ſocium ſuũ quo ad facultates, & quandoq; quo ad perſonam quo contra ſcientia iuſtorum tante eſt efficaciæ vt euadere faciat iuſtos a laqueis ſimulationum. ¶ *In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio.* Iuxta hebræum habetur. *In bonificatione iuſtorum lætabitur ciuitas: &*

in perditione

in perditione impiorum cantus. Hoc eſt quando benefit iuſtis, quando proſperi ſunt ſucceſſus iuſtorum, lætatur ciuitas: & eadem ratione in perditione impiorum non ſolum lætitia, ſed etiam cantus recte ciuitatis erit. Merentur.n. iuſtorum bona lætitiam cõmunem, & perditio impiorũ cantum publicum. ¶ *Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum ſubuertetur.* Dictio interprætata iuſtorum, ſonat. *Rectorum.* Benedictio rectorum anceps eſt ad multiplicationem, & ad ſermonem bonum. In vtroq; autem ſenſu verificatur ſentẽtia hæc: nam & multiplicatio virorum rectorum, & benedicere a rectis prodiens exaltat ciuitatẽ. Quo contra ore impiorom ruit ciuitas: impii.n. non loquuntur ea quæ ad bonum ſunt ciuitatis: recti vero cõmune bonum ſemper prædicant. ¶ *Qui deſpicit amicum ſuum indigens corde eſt: vir autem prudens tacebit.* Iuxta hebræum habetur. *Vilipendit ſocium ſuum minutus corde: & vir intelligentiarum tacebit.* Deſpicere amicum ſeu ſocium attribuitur deficienti corde, hoc eſt homini cui deſunt interna animi bona. Quo contra uiro intelligentiarum fecundo attribuitur tacere cognitis defectibus amicis ſeu ſocii: ille prorumpit in deſpectionem, iſte ſilet. ¶ *Qui ambulat fraudulenter reuelat archana, qui autem fidelis eſt cælat amici cõmiſſum.* Iuxta hebræum habetur. *Ambulans explorator reuelat ſecretum: & fidelis ſpiritus tegit rem.* Officio explorationis attribuitur detegere ſecreta quæ explorando per ſigna ſeu verba noſſe potuit. Quo contra fideli ſpirituũ, attribuitur tegere rem amici ſeu domini quã nouit. Spiritus eſt genitiui caſus: & ad differentia fidelis rerum, dicitur fidelis ſpiritus. Ille.n. eſt fidelis circa res: iſte autem eſt fidelis circa ſpiritum, hoc eſt internum impulſum animi. Videns.n. motus internos animi ex ſignis aut percipiens ex verbis, tegit quã nouit rẽ amici ſeu domini, fidem ſeruat non ſolum circa verba, ſed etiam circa ſpiritum: hoc eſt ĩpulſus ſeu motus animi domini ſeu amici ſui. Reuelans autem ſecretum domini vel amici ſui, non amici aut familiaris, ſed exploratoris officio fungitur: quorum plenę ſunt curię, a quibus nequeunt ſe cuſtodire principes quoniam domeſtici ſunt. *Vbi non eſt gubernator populus corruet: ſalus autem vbi multa cõſilia.* Iuxta hebræũ habetur. *In non ingeniis corruet populus: & ſalus in multitudine conſultorum.* Vtinam nõ videremus reſpublicas corruere, quia gubernatores earum deficiunt ingeniis requiſitis ad prudẽtiam recte gubernanti. Quo contra ſalus publica, & fit & ſeruatur multitudine non hominũ, ſed conſultorum qui.ſ. idonei ſunt conſultores qui vigent conſilio, & ex meritis ingenii ac prudentiæ ad officium conſultoris aſſumpti ſunt. Meminit autem multitudinis, quia ex collatione multorum particularium, præteritorum, præſentium, & futurorum conflatur conſilium, huiuſmodi autem collationes, penſando ſingula, non fiunt plene ab uno, ſed regulariter oportet multos concurrere. ¶ *Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos ſecurus erit.* Iuxta hebræum habetur. *Fractione frangetur quia fideiuſſit pro extraneo: & oſor tangentium confidens.* Superius in principio capituli. 6. de fideiuſſione tractatum eſt: repetitur autem hic declarando ꝙ fideiubens pro extraneo (ad differentiam coniunctorum pro quibus debet homo fideiubere) fractione frangetur in facultatibus ſuis: eo ꝙ extraneus nõ ſoluet. Quo contra odio habens tangentes hoc eſt promittentes. Deſcribitur.n. promiſſio a contactu manuum quo promiſſiones firmantur. Vſq;.n. in hodiernum diem firmantur promiſſiones contactu dexterarum manuum tanquam ſigno fidei. Oſor igitur contactuum (hoc eſt promiſſionum quæ firmantur contactu dexterarum) ſecurus manet a vexatione ſolita fieri a creditoribus. Quomodo hæc intelligenda ſint laudari, & vituperari in capitulo. 6. diximus. ¶ *Mulier gratioſa inueniet gloriam: & robuſti habebunt diuitias.* Iuxta hebræum habetur. *Nupta gratiæ fulciet honorem: & fortes fulcient diuitias.* Aſſimilatur vxor gratiæ (hoc eſt uenuſtatis gratæ hominum oculis) viris fortibus quo ad hoc, ꝙ quẽadmodum viri fortes fulciunt quas habent diuitias ſua fortitudine: ita mulier nupta, & gratæ uenuſtatis, fulciet honorem, ſuſtentabit ac tuebitur honorem proprium, non detrahetur a ſua venuſtate ad aliquid minus dignum ſuo honore: ſed utetur gratia ſua ad fulciendum honorem ſuum ac viri. ¶ *Benefacit animæ ſuæ uir miſericors: qui autem crudelis eſt propinquos abiicit.* Iuxta hebræum habetur. *Rependit animæ ſuæ uir gratiæ: & conturbat carnem ſuam crudelis.* Ne putares ꝙ vir gratuito benefaciens aliis, ſolis aliis prodeſt, docet te Salomon ꝙ vir gratiæ (hoc eſt gratuito beneficus) ſic prodeſt aliis ꝙ rependit animæ ſuæ quod illi debet, reddit.n. animæ ſuæ actum ueritatis quẽ illi debet. Tenetur.n. homo ad implendum animum virtute ex hoc ipſo ꝙ animum impellentem ad virtutem ſortitus eſt. Quo contra vir crudelis non ſolum nocet aliis crudelitate ſua, ſed etiam carnem ſuam (hoc eſt conſanguineos ſuos) conturbat, ſaltem exponendo eos periculo vltionis, vt.ſ. læſi a crudeli ſeuiant in conſanguineos illius. *Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis.* Iuxta hebræum habetur. *Impius facit opus falſitatis: & ſeminans iuſtitiam ſtipendium ueritatis.* Experientia quotidiana teſtatur ꝙ impii opera falſitatis plena

Fidelis rerum & fidelis ſpiritum.

Quibus exploratoribus plenæ ſint curiæ.

Quare corruerint reſpublicæ.

Tenet homo implere animum virtute.

ſunt: vtpote fallacia fraudis, & doli copiã ſecũ ferentia. Quo cõtra vir ſeminans iuſtitiam verbis, & factis, ſtipendium ſibi & aliis parit ueritatis: hoc eſt lucem agendorum.

Lux ſtipendiũ ueritatis.

Veritatis enim ſtipendium eſt lux, meretur ſiquidem lucem ueritas: immo uendicat ſibi lucem veritas ut clareat. Et uere ſeminans iuſtitiam ducit ad lucem agendorum: & dignos reddit infuſione diuinæ lucis. ¶ *Clementia reparat uitam: & ſectatio malorum mortem.* Iuxta hebræum habetur. *Sic iuſtitia ad uitam: & ſectator ad mali ad mortem ſuam.*

Nõ hr̃ ad, & ſequit̃ uitę in datiuo, & poſtea morti e us.

Proportio ſectantis iuſtitiã & ſectantis malũ.

Proportionalis ſimilitudo ſectatoris iuſtitiæ, & ſectantis malum morale proponitur, penes hoc ꝙ ſic ille ſe habet ad vitam: ſicute iſte ad mortem propriam. Ille.n. continue viuificat animum proprium, iſte autem iugiter mortificat animum ſuum: præter hoc ꝙ ille pergit ad vitam æternam, iſte ad mortem æternam. ¶ *Abominabile domino cor prauum: & uoluntas eius in iis qui ſimpliciter ambulant.* Iuxta hebræum habetur. *Abominatio iehouah iniqui corde: & uoluntas eius perfecti in uia.* Non ſolum iniquitas, ſed etiam iniquus (ſi non opere tamen corde) manifeſtatur ꝙ eſt abominatio apud ſummum Deũ. Quo contra non ſolum perfectio, ſed homines perfecti in uia huius uitæ declarantur ꝙ ſunt uoluntas dei, ꝙ beneplacent ſummo Deo. ¶ *Manus in manu non erit innocens malus: ſemen autem iuſtorum ſaluabitur.* Iuxta hebræum habetur. *Manu ad manum non erit mundus malus, & ſemen iuſtorum euadet.*

Sic quidã hebræorũ intelligunt hunc locum.

Et eſt ſenſus, mox mox vir malus nõ erit mundus, non habebit̃ mundus a pena, nõ erit impunis, ſed cito cito punietur: totum.n. præſentis uitæ tempus tanquã momentũ eſt relatiuæ ad æternitatem future vitæ. Quo contra ſemen iuſtorum quatenus iuſti ſunt euadet æternam penam. ¶ *Circulus aureus in naribus ſuis: mulier pulchra & fatua.* Dictio interpræctata fatua hebraice ſonat. *Recens a ſapore.* Sed ſenſus in idem redit: inſipidum namq; ſeu inſulſum appellamus fatuum.

Hebræorum de porco ſimilitudo.

Porco itaq; ornato in naribus circulo aureo aſſimilatur mulier pulchra & inſipida, eo ꝙ quemadmodum porcus fędat circulum aureum in naribus eius cæno in quo delectatur immiſcẽs illum: ita mulier fatua abutitur pulchritudine ſua ab ingenii prudentiæq; ſapore recedens. ¶ *Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt: præſtolatio impiorum furor.* Iuxta hebræũ habet̃. *Deſiderium tantũ boni: ſpes impiorũ ira.*

Differentia deſiderii iuſtorum & impiorum.

Dr̃ia inter deſideriũ iuſtorũ & ĩpiorũ deſcribit̃ penes hoc, ꝙ deſideriũ iuſtorũ tendit ad bonũ dũtaxat, ſpes aũt impiorũ ſimilis eſt ire, hoc eſt tẽdit ad bonũ & malũ, ad bonũ delectabile ſibi, malũ uero aliorũ. Ira.n. delectabilis eſt in executiõe vindictæ, nociua autẽ illis in quos exercet̃. Et hac intellige formaliter de deſiderio iuſtorũ quatenus iuſti ſunt, & ſpes impiorum quatenus ſunt impii. ¶ *Alii diuidunt propria & ditiores fiunt, alii rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.* Iuxta hebreum habetur. *Eſt ſparſor & addetur etiam: eſt prohibens a rectitudine tantum ad defectum.*

Etiã ſonat amplius.

Liberalium augmẽtum & auari defectus.

Et eſt ſenſus ꝙ inuenit̃ ſpargens facultates ſuas qui tamen ſemper augetur in facultatibus Quo contra inuenitur prohibens a rectitudine (hoc eſt a recto uſu facultatum ſuarum prohibens) ſe & ſuos, & tamẽ nullum augumentum facultatum aſſequitur, ſed in defectum earum dumtaxat cedit huiuſmodi abſtinentia. ¶ Aduerte prudens lector ꝙ dicendo, prohibens a rectitudine, inſinuat ꝙ loquitur de eo qui ſpargit cum rectitudine, quãuis abſolute loquendo experientia teſte videamus multos largos ſumptus amplaq; munera facientes, & tamen creſcere in facultatibus: videamus quoq; multos abſtinere ſe ab opportunis ſumptibus ſecundum rectum uiuendi morem, & tamen ſemper ad defectum facultatum progredi. *Anima quæ benedicit impinguabitur: & qui inebriat ipſe quoq; inebriabitur.* Iuxta hebræum habetur. *Anima benedictione impinguabitur: & ſatians etiam ipſe ſatiabitur.*

Eleemoſinæ fructus.

Ne errares putando ꝙ eleemoſina non ditet hominem largientẽ illam, adæquat Salomon elemoſinam benedictioni. Eſt.n. ſenſus ꝙ cõmune eſt omni animæ cuiuſcũq; ſtatus, ſexus, condictionis ue fuerit impinguari (hoc eſt ditari) benedictione hoc eſt multiplicatione quæ ex diuina benignitate procedit, ſed & ipſa benedictio ſatiãdo alios aduenit. hoc.n. ſignificatur dicendo, ſatians ipſe quoq; ſatiabitur, ſatiando ſiquidem alios meretur ſatiari. ¶ *Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput uendentiũ.* Dictio interpræctata abſcondit ſonat. *Prohibens.* Prohibens .n. ſeipſum a uenditione frumenti multas ſentit maledicentias a gentibus. Quo contra uendens frumentum benedictionibus repletur. ¶ *Bene conſurgit diluculo qui querit bona, qui autem inueſtigator malorum eſt, ab eis opprimetur.* Iuxta hebræum habetur. *Querens bonum queret beneplacitum: & querenti malum ueniet illud.*

Veniet ei, eſt pronomen affixum.

Querens bonum vel malum quid aſſequatur

Studioſus ac ſollicitus ad querendum quod bonum eſt aſſequitur pro fructu ſaltem hoc ꝙ querit id quod placet humano generi: bonum ſiquidem ſuapte natura amabile eſt. Quo contra querens malum, querit id quod diſplicet ei met. Si euenerit namq; illud ei experientia cognoſcet ꝙ diſplicet ſibi, & ad hoc inſinuandum dicit Salomon imprecando, ueniet illud. Meretur.n. ut eueniat ei malum quod querit. ¶ *Qui confidit in diuitiis ſuis corruet: iuſti autem quaſi uirens folium germinabunt.* Deficit in prima particula pronomen ipſe, in ſecunda particula ſuperfluit uirens, ita ꝙ legendum eſt. *Confidens in diuitiis ſuis ipſe corruet: & ſicut folium iuſti germinabunt*

germinabunt. Et conſiſtit parabola in hoc ꝙ confidens in propriis diuitiis innititur caducis re bus:ac per hoc continget ꝙ ipſemet corruet nequeuntibus diuitiis ſeruare ipſum. Quo cō tra iuſti confidentes in virtute animi, quia innituntur rebus firmis ac ſtabilibus (quæ non poſſunt ab inuitis tolli) perſeuerabunt in multitudine maxima filiorum tanquam germinā tes folia, quorum multitudo eſt innumerabilis: germinant.n. imitatores iuſtitiæ innumera biles (in quibus ſemper uiuunt & florent) patres iuſtitiæ. ¶ *Qui conturbat domum ſuam poſſidebit ventos: & qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti.* Dictio interpretata poſſidebit ſonat. *Hæreditabit.* Deficitq; in calce ſecundæ particulæ una dictio, videlicet. *Corde.* Conturbans itaq; domum ſuam (hoc eſt familiam ſuam, filios ſuos, ſeu nepotes) habebit hæredes uentum: hoc eſt habe bit heredem nullum in ſua poteſtate. Conturbati.n. a patre filii deſinunt parere patri, ac per hoc ſunt patri ſicut ventus qui non eſt in poteſtate noſtra, & huiuſmodi parentibus ſimiles deſcribūtur ſtulti qui ſeruiunt ſapienti corde, ſtultus.n. amittit libertatem, truces autem pa rentes amittunt hæredes: iſti propria culpa priuant ſe poteſtate filiorum: ille autem ꝓpria ſtultitia redigitur in ſeruitutem a ſapiente corde, hoc eſt a ſapiente nō iactante ſapientiam ſuam, ſed intus retinendo eam vtitur ea ad faciendum cum dexteritate ꝙ ſtulti ſeruiāt ſibi. ¶ *Fructus iuſti lignum vitæ, & qui ſuſcipit animas ſapiens eſt.* Dictio interpretata ſuſcipit ſonat. *Capiens.* Tam in dando ꝗ in capiendo cōmendantur ſapientia, & iuſtitia, quæ ſeſe comitan tur: appropriatur autem fructus iuſtitiæ, & capere ſapientiæ. Et fructus quidem iuſtorum ſimilis dicitur ligno vitę, hoc eſt fructui ligni vitæ deſcripti circa prīcipium geneſis. Quē admodum.n. lignum vitæ cōmeſtum ſeruabat uitam corpoream ab imbecillitatibus ſene ctutis, ita fructus iuſtitiæ exercitatæ eſt ſeruans animum a defectibus morum. Apte quoq; ſapienti aſcribitur capere animos hominum proculdubio ad vitam iuſtitiæ, & bonorum morum. Ars ſi quidem eſt artium regimen animarum quod incipit ab actu capiendi eas. ¶ *Si iuſtus in terra recipit quanto magis impius & peccator.* Sententia redditur quāuis obſcure iuxta he bræum legatur. *Ecce iuſtus in terra emendabitur, etiam quia impius & peccator.* Petrus apoſtolus in ca pitulo. 4. primæ ſuæ epiſtolæ hinc accepiſſe videtur, ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & pec cator vbi parebunt? Aſſerit itaq; Salomon ꝙ iuſtus in hac vita emendabitur proculdu bio ob aliqua peccata eius leuia quæ ſtant cum iuſtitia quæ non denominant hominem iniuſtum aut peccatorem ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quanto magis qui eſt ſimpliciter, & abſolute impius & peccator punietur.

Quibus innitatur cōfides in diuitiis aut in virtute.

Quis fructus iuſtitiæ, & ſapientiæ.

¶ Aduerte prudens lector ꝙ de iuſto aſſeritur ecce emendabitur in terra In præſenti enim vita demonſtratur punitio, de impio autem non dicitur ꝙ punietur in terra, ſed ꝙ amplius punietur. Quandoq;.n. impii non puniuntur in hac vita, ſed eorum, pena reſeruatur in in ferno, & hoc ad maiorem dei iram ſpectat. Quo contra ad magnam dei clementiam ſpe ctat punire iuſtos in hac vita, ut purgati eximantur a cruciatibus purgatorii. Pœna ſiquidē animæ ſeparatæ excedit omne præſentis vitæ tormentum. Non tamen de iuſtis omnibus verificatur hoc quod in hac litera dicitur: ſed de quibuſdā quos deus magis diligit: & hoc ſufficit ad veritatem literæ huius.

Aduerte iuſti emēdatio nē, & impii punitionē.

C A P.   XII.

QVI *diligit diſciplinam diligit ſcientiam: qui autem odit increpationes inſipiens eſt.* Iuxta hebræum habetur. *Diligens caſtigationem amat ſcire, & oſor increpationis ſtultus.* Ab effectu diſcerni tur amator ſcientiæ a ſtulto. Ille.n. cognoſcitur ex eo ꝙ placet ei caſtigari: iſte ve ro ex eo ꝙ odit increpari. Caſtigatio ſiquidem & increpatio ſunt viæ ſuntq; media ad di ſcendam ſcientiam: hoc eſt notitiam certam agendorum. ¶ *Qui bonus eſt hauriet a domino gra tiam: qui autem confidit cogitationibus ſuis impie agit.* Iuxta hebræum habetur. *Bonus educet uoluntatem a Iehouah: & uirum cogitationum condemnabit.* Quantum placeat vir bonus ſummo Deo manifeſta tur ex hoc ꝙ educet uoluntatem (hoc eſt id quod vult) a ſummo Deo, educet autem meri tis & præcibus. Quo contra virum cogitationum condēnabit ſummus deus. Diſtinguitur autē e regione viri boni vir cogitationum hoc eſt vir non credens reuelatis a ſummo Deo, ſed inherens cogitationibus humanis quales omnes infideles ſunt qui non inherent reue latis per prophetas a Deo, ſed euaneſcunt incogitatis ab hominibus. ¶ *Non roborabitur homo ex impietate: & radix iuſtorum non cōmouebitur.* Iuxta hebræum habetur. *Non ſtabilietur homo impietate: & radix iuſtorum non cōmouebitur.* Impietas facit hominem inſtabilem eo ꝙ etiam ad contraria ducit impium prout utile uel delectabile occurrerit. Videmus.n. impiū & auarum & prodi gum & ſuperſtitioſum, & minus religioſum &c. Quo contra iuſtitia reddit hominem im

Quibus ſignis digno ſcant ſtultus & amator ſcientiæ.

Quare ipius inſtabilis.

Quare iuſtus imobilis

Eius eſt maſc. gene. re* rens maritum.

mobilem, quia radix iuſtorum (quæ eſt rectitudo) inflexibilis eſt, & obliquitatis impatiens. ℭ *Mulier diligens corona eſt viro ſuo: & putredo in oſſibus eius quæ confuſione res dignas gerit.* Iuxta hebræum habetur. *Nupta fortitudinis corona mariti ſui: & ſicut putre in oſſibus eius faciens pudere.*

Vxor impudica ſortet ſpotus & &c.

Commendatur uxor fortis animi tanquam corona mariti ſui: hoc eſt honorem, & gloriã præſtans marito. Quo contra vxor faciens pudere maritum ſuum, non ſolum pudefacit maritum & ſeipſam, ſed etiam in oſſibus propriis (hoc eſt in intimis,) refert animum tanquam putredine, hoc eſt putribus qualitatibus ita ꝙ non ſolum extra, ſed etiam intus fœtida eſt.

Cogitationes iuſti & impii quo tendant.

ℭ *Cogitationes iuſtorum iudicia & conſilia impiorum fraudulenta.* Secunda particula iuxta hebræum legenda eſt. *Ingenia impiorum dolus.* Cogitationes iuſtorum tendunt ad iudicium tendunt ad ius ſuum unicuiq; reddendum. Quo contra ingenia impiorum tendunt ad fallendum. ℭ *Verba impiorum inſidiantur ſanguini: & os iuſtorum liberabit eos.* Sæpe contingit impios occulte tendere ad effuſionem ſanguinis innocentis, & ad hoc uerbis ſuis operam dant occulte tamen, tanquã per inſidias. Sed diuina benignitate ſępe quoq; euenit ut uerba rectorum faciant euadere eos quibus impii inſidiantur.

Fortuna iuſti, & impii qualis.

ℭ *Verte impios & non erunt, domus autem iuſtorum permanebit.* Iuxta hebræum habetur. *Vertendo impios & non ipſi: & domus iuſtorum ſtabit.* Verſio fortunę de bona in malam ſæpe tollit etiam eſſe impiorum, eo ꝙ protegebantur bonis fortunæ ſolis, impietas. n. eorum merebatur mortem, ſed bona fortunæ ſubſtentabant eum experientia ſæpe teſtante hoc. Quo contra familia iuſtorum fundata non in bonis fortunæ, ſed in virtute quãuis uertatur fortuna eorum habent tamen vnde ſtent, habent. n. virtutẽ qua permanent. *Doctrina ſua noſcitur uir: qui autem uanus & excor eſt, patebit contemptui.* Iuxta hebræum habetur. *Secundum intellectum ſuum laudabitur uir: & iniquus corde erit in contemptum.* In conciliis uidemus laudari unumquemq; conſultorem ſecundum intellectum eius plus & minus, & vbi laus attribuitur intellectui ibi iniqui corde (quorum ſtudium eſt ad malum) contemnuntur eo ꝙ non ſecundum ingenium: ſed ſecundum iniquitatem cordis conſulunt.

Peruerſitas noſtri.

ℭ *Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi: quã glorioſus & indigens pane.* Iuxta hebræum habetur. *Melior uilipenſus & ſeruus ſibi.* Quotidie in multis locis contrarium huius parabole uidemus. Multi ſiquidem apparere honorabiles, & indigere pane malunt, q̃ deiicere ſeipſos ad exercitium aliquod, & ſeruire ſibimet ut habeant quæ opportuna, & commoda ſunt ad victum, contra hanc peruerſitatem inquit Salomon ꝙ melior eſt homo uilipenſus a ſeipſo propterea ꝙ eſt ſeruus ſibi ipſi ꝙ opera ſeruilia facit ſibi ipſi, ut habeat uictum q̃ honorans ſe nolendo vilia opera facere & minutus eſt pane deficit ei neceſſarius uictus.

Benignitas iuſti etiã ad bruta aĩalia ſm hebræorum intelligentiam. Crudelitas impii.

ℭ *Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorũ: viſcera autem impiorum crudelia.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et miſerationes impiorũ crudelitas.* Iuſtus tam benignus deſcribitur ut non ſolum curam habeat ſciendi quo indigẽt filii famuli & ſerui, ſed etiam quid appetant iumenta & pecora eius ut prouideat eis ut det vnicuiq; quaſi ius ſuum. Quo contra impius deſcribitur cum ſola crudelitate. Exaggerando. n. crudelitatem impii dicitur ꝙ miſerationes eius ſunt crudelitas: hoc eſt loco miſerationum habet crudelitatem. *Qui operatur terram ſuam ſaturabitur panibus: qui autem ſectatur otium ſtultiſſimus eſt.* Secunda particula iuxta hebræũ habet. *Et ſequens vacuos minutus corde.* E regione coſlentis agrum ſuum collocatur ſequens uacuos proculdubio arte, & officio ut intelligamus comprehendi ſub hac parabola, hinc omnes operarios cuiuſcũq; artis ſeu induſtriæ ex qua ſaturantur pane (hoc eſt acquirunt opportuna ad uictum.) inde uacantes ocio ſine officio ſine arte ſine induſtria aliqua quod ex defectu cordis (hoc eſt interne uirtutis) euenire affirmat Salomon.

Vñ torpor ocii ortum habeat.

ℭ *Qui ſuauis eſt uiuit in moderationibus: & in ſuis monitionibus relinquit contumeliam.* Tota hæc clauſula ſuperflua eſt, non. n. habetur in hebræo. *Deſiderium impii monimentum eſt peſſimorum: radix autem iuſtorum proficiet.* Iuxta hebræum habetur. *Deſiderium impii laqueus malorum: & radix iuſtorum dabit.* Tam delectabilia q̃ utilia (quæ ſola ab impiis deſiderantur) laquei ſunt hominũ malorum, illaqueant. n. eos. Quo contra iuſtorum radix (quæ rectitudo eſt) dabit. Deſiderium impiorum illaqueando capit: rectitudo iuſtorum dat, illud accipere nititur, hęc iugiter dat proculdubio fructus iuſtitię uolentibus eos. Iuſtitia. n. virtus eſt tribuens unicuiq; ius ſuum, & rectitudo cõmunicatiua naturaliter eſt.

Impegit, hĩ moreſch. & dicit ſonare laqueum.

Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iuſtus de anguſtia. Iuxta hebræum habetur. *In rebellionem labiorum impegit malus: & exuet de anguſtia iuſtus.* Et hoc quoq; ſæpe accidit ut malignantes aduerſus aliquem impingant in contrarios ſermones, & ſic iuſtus cõtra quem malignabantur exit de anguſtia. Exemplum clarum habes in ſenibus malignantibus aduerſus Suſannam, & in liberatione Suſannæ, quia impegerant in contrarios ſermones.

Fructus oris, & fructus operis qualis.

De fructu oris ſui unuſquiſq; replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. Iuxta hebræum habetur. *De fructu oris uiri ſaturabitur bono: & meritum manuum hominis faciet reddere ei.* Diſparitas inter os & manus: inter fructum ſermonis & fru-

ctum

ctum operum deſcribitur penes hoc ꝙ fructus eloquii eſt aliorum bonum: fructus uero manuum (hoc eſt operum) eſt proprium bonum. Fructus oris eſt perſuadere, inſtruere, conſulere, & id genus reliqua quæ faciant (hoc eſt factiua ſunt aliorum) bono animæ cibo: meritum autem manuum (hoc eſt operum) facit reddere homini operanti quod meretur: facit autem apud diuinum tribunal ſaltem. ¶ *Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt audit conſilia.* Sententia clara eſt. Stultitiæ ſiquidem attribuitur ſequi proprium iudicium contra aliorum conſilia, quia id quod ſibi uidetur iudicat rectum. Quo contra ſapientiæ attribuitur inherere conſiliis aliorum, & hęc uerificantur in ſingularibus occurrentibus quorum non eſt determinata rectitudo: nam conſilium de rectitudine circa particularia huiuſmodi uerſatur. ¶ *Fatuus indicat ſtatim iram ſuam: qui autem diſſimulat iniuriam callidus eſt.* Dictio interpratata ſtatim ſonat. *In die.* Secunda autem particula iuxta hebræum habetur. *Et tegit ignominiam ingenioſus.* Stultitiæ aſcribitur indicare in die (hoc eſt manifeſte) iram ſuam comminando, & manifeſtando ſe uendicaturum ignominiam quã paſſus eſt. Quo cõtra tegẽs illatam ſibi ignominiam ingenioſus eſt. Et hinc habes ꝙ prima ſententia intelligitur in caſu quo meditandum prius eſſet an ſit uindicandum ſeu in caſu quo tegi poteſt ſilentio illata ſibi iniuria, in huiuſmodi.n. caſibus ingenioſus ſilet: ſtultus uero manifeſte cõminatur.

Facit apud diuinum tribunal reddere vt etiam Abenezra exponit.

Sequi proprium iudiciũ contra aliorum cõſilia ſtultitia eſt.

¶ *Qui quod nouit loquitur index iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur teſtis eſt fraudulentus.* Iuxta hebræum habetur. *Loquetur fidelitas annuntiabit iuſtitiam: & teſtis falſitatum dolum.* Fidelitas (hoc eſt homo fidelis homo uerax) cum loquitur, loquitẽ iuſtitiã, hoc eſt quod iuſtum eſt dici ab ipſo. Quo contra teſtis falſitatum loquitur dolum. *Eſt qui promittit & quaſi gladio pungitur conſcientiæ: lingua autem ſapientium eſt ſanitas.* Iuxta hebræum habetur. *Eſt loquens ſicut perforationes gladii: & lingua ſapientum ſanitas.* Perforationes gladii appellantur non plage quas gladii incidendo faciunt: ſed quas perforando ictibus penetrantibus per cuſpides ſeu mucrones, huiuſmodi.n. perforationibus aſſimilantur multorum uerba penetrantia aliorum animos & plagas acutiſſimas inferentia honori, famæ, facultatibus. Quo contra lingua ſapientum aſſimilatur noue ſanitati: quoniam ſanitatem animę aliis confert. ¶ *Labium ueritatis firmum erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt repentinus concinnat linguam mendacii.* Iuxta hebræum habetur ſecunda particula: *Et uſq; ad momentum lingua falſitatis.* Habet.n. in ſe ueritas unde permaneat & ſtabilis perſeueret. Eſt.n. ueritas maxime uirtutis ac conſtantiæ. Quo contra mendacium inſtabile eſt: & propterea durat ad momentum, cito.n. detegitẽ, frequenter quoq; mendax profert contraria. *Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt conſilia ſequitur eos gaudium.* Inter machinantes ad malum, & conſultores pacis deſcribitur diſparitas in corde penes hoc ꝙ in corde illorum uiget dolus in corde autem iſtorum lætitia. Illi.n. intus torquentur: iſti gaudent. ¶ *Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit: impii autem replebuntur malo.* Iuxta hebræum habetur. *Non parabitur iuſtis omne iniquum: & impii impleti ſunt malo.* Nullum iniquum parabitur iuſto tanquam cibus eius, eo ꝙ iuſtus horret quodcũq; iniquum. Quo contra impii ſaciantur malis culpæ, ueſcuntur.n. iniquis operibus. ¶ *Abominatio domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt placent ei.* Non ſolum hominibus diſplicent mendaces & placent fideles, ſed etiam ſummo Deo: ut diſcamus quãta eſt inter ueracem & mendacem diſparitas. *Homo verſutus cęlat ſcientiam & cor inſipientium prouocat ſtultitiam.* Dictio interpretata uerſutus ſonat. *Ingenioſus.* Et interpratata prouocat ſonat. *Vocabit.* in futuro. Vir uigens ingenio occultat ſcientiam non doctrinæ ſpeculatiuæ, ſed alicuius particularis quod nouit, ut Samuel inſtruente Deo cælauit bethleemitis ꝙ uenerat ad ungendum regem. Quo contra inſipiens cor non ſolum deſipit in ſeipſo, ſed etiam ſilere nota uocat ſtultitiam. Et hinc apparet ꝙ de loquutione in conciliis ſeu tractatibus parabola iſta tractat, ingenioſi ſiquidẽ uiri in conciliis ſeu tractatibus multa q̃ nouerunt tacent videntes non expedire tunc manifeſtare totum quod ſciunt circa negocium illud: minus autem ſapientes cenſent dicenda omnia quæ quis nouit pertinentia ad negocium illud, & propterea appellant ſtultitiam (hoc eſt in prudentiam) huiuſmodi ſilentium. ¶ *Manus fortium dominabitur: quæ autem remiſſa eſt tributis ſeruiet.* Iuxta hebræum habetur. *Manus ſollicitorum dominabitur: & dolus erit ad liquefactionem.* Solicitudini in quolibet opere attribuitur inualeſcere imo præualere, & etiam dominari. Quo contra doloſis operibus attribuitur deficere ad inſtar niuium quæ liqueſiunt. Dolo.n. parta uidemus non multum durare, ſed quaſi liquefaciẽdo deficere: quæ autem ſolicitudine acquiruntur prouehunt hominem ad præualẽdum. Ipſa enim ſolicitudo euehit etiam ad dominium ut experientia teſtatur in multis. *Mæror qui in corde viri humiliabit illum & ſermone bono lætificabitur.* Parabola clara eſt nec expoſitione eget quum quotidie uideamus meſtitia deiectos lętificari bonis uerbis. *Qui negligit dãnum propter amicũ iuſtus eſt: iter autem impiorũ decipiet eos.* Iuxta hebræum habetur. *Abundat præ ſocio ſuo iuſtus: & uia imp*

Quibus aſſimilentẽ verba oblocutorum.

Veritas ſtabilis mẽdaciũ inſtabile vnde adagium ꝙ dicit oportet mẽdacẽ eſſe memorem.

Sapiens in cõciliis non expedientia tacet,

Quid dolus pariat, & quid ſolicitudo.

pior ſi faciet errare eos. Regulariter ueteris teſtamenti tempore iuſti abundabant diuitiis immo populo iſrael iuſto promiſſa eſt opulentia: impii uero ex proprie malitiæ uia errant per culpas & penas. Relata quoq; hęc parabola ad animos verificatur omni tempore: quoniã iuſtus etiam ſi minus habeat abundat præſocio ſuo, quia quieſcit animo, & paupertas læta eſt illi: ac per hoc ditiſſimum reddit: impii autem inſariabiles ex meritis errãt proprie vię. *Non inueniet fraudulentus lucrum: & ſubſtantia hominis erit auri precium.* Iuxta hebræum habetur. *Non aduret dolus venationem ſuam: & diuitie hominis precioſe obrizum.* Deſcribitur uir doloſus ad inſtar venatoris, & quia uenator captam auẽ adurit igni ad expurgandum illam pẽnis, ideo alludendo ad huiuſmodi actionem dicitur q dolus non aduret uenationem ſuam, hoc eſt non ſolum priuabitur commeſtione uenationis ſue, ſed etiam priuabitur aduſtione illius ad purgandum eã pẽnis ſeu pilis. Significatur. n. per hoc q cito amittet illam. Et declarando in quo conſiſtit huiuſmodi uenatio ſubiungit, q præcioſe diuitiæ hominis conſiſtunt in auro perfecto. Quicquid. n. acquiritur, in auro menſuratur vtpote prætio omnium & apud omnes charo. ¶ *In ſemita iuſtitiæ vita: iter autem deuium ducit ad mortem.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et uia ſemita non mors.* Qualis eſt uia iuſtitiæ (hoc eſt qua graditur iuſtitia) declaratur dicẽdo, q eſt uita proculdubio animi, & ne putares q huiuſmodi via vitalis admiſceretur morti ſubiungit, & uia (proculdubio prædicta) eſt ſemita non mors, hoc eſt ſine morte. Eſt. n. uia vitæ per quã iuſtitia graditur immortalis quoniam perſeuerat etiam poſt mortem corporis. Poteſt quoq; ĩtelligi q in hoc tempore uitã iuſtitiæ, eſt ſine morte, quia non compatitur ſecum animæ mortem, non enim fieri poteſt ut animus partim viuat, & partim moriatur in via iuſtitiæ: niſi enim animus ex integro ſit iuſtus non eſt iuſtus, non viuit uita iuſtorum: propter quod in lege præcipitur ut diligatur deum ex corde toto & nõ ex parte cordis.

Impius inſatiabilis: & iuſtus abundans.

CAP. XIII.

Filius ſapiens doctrina patris: qui autem illuſor eſt, nõ audit cum arguitur. Sententia redditur quãuis hebraice non doctrina ſed eruditio ſcribatur, ſecunda uero particula legẽda eſt. *Et illuſor non audiuit increpationem.* Regulariter ſapientia filii eſt eruditio patris, hoc eſt, eſt ex eruditione patris, filii. n. bene eruditi a patre emergunt ſapientes. Quo contra filius qui nõ audiuit increpationem paternam illuſor eſt, non eſt culpandus pater qui increpauit ſed culpa eſt filii. Et appellatur culpa hæc illuſio, eo q uel facto uel animo fefellit tanquam deridens paternum beneficium. Sapiẽtia itaq; filii aſcribitur beneficio patris: nõ audire autem aſcribitur illuſioni filii, uel e contra illuſio filii aſcribitur non auditioni patris. ¶ *De fructu oris ſui homo ſatiabitur bonis, anima autem impiorum iniqua.* Iuxta hebręum habetur. *De fructu os uiri comedet bonum: & anima mentientium iniquum.* In genere hic dicitur quod in ſpecie Paulus dixit. Chriſti bonus odor ſumus, aliis odor vitæ in uitam, aliis odor mortis in mortem, ex vno ſiquidem eodemq; fructu legis, fidei, iuſtitiæ, et doctrinæ diuerſos immo contrarios cibos comedũt homines diuerſimode diſpoſiti. Nam os viri nulla praua affectione infectum comedet bonum: & anima mentientium iniquitatibus ſuis Deo comedet iniquum, interpræiando fructum ſiue legis, ſiue fidei, ſiue iuſtitiæ, ſiue doctrinæ in malam partem. ¶ *Qui cuſtodit os ſuũ: cuſtodit animam ſuam, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum ſentit mala.* Secunda particula in hebræo habetur. *Dilatans labia ſua fractio ei.* Curam habere proprie lingue eſt non ſolum cuſtodire ipſam linguam, ſed etiam animam propriam a peccato deſideriumq; proprium ab impedimentis. Quo contra dilatans labia ſua quando opporteret ea reſtringere, incurrit fractionem. Franguntur. n. deſideria ac opera eius ab aduerſariis propter immoderata illius verba. ¶ *Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.* Iuxta hebræum habet. *Cupit ſibi & non anima eius piger, & anima ſollicitorum impinguabitur.* Et eſt ordo literæ piger cupit ſibi & non aſſequitur anima eius quod cupit, quia pigritia retrahit ipſum a proſequutione concupiti. Quo contra ſolicitorum anima ex propria ſolicitudine impinguabitur aſſequendo quod cupit. Et hęc uerificantur in ſpiritualibus & corporeis. ¶ *Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit & confundetur.* Iuxta hebræum habetur. *Verbum falſitatis odio habebit iuſtus: & impius faciet putreſcere & faciet vituperare.* Hebraico more etiam factum appellatur uerbum: ita q verbo falſitatis comprehendit omnes iniquum morem: & eſt ſenſus parabole q iuſtus odio proſequitur iniquitatem occultam arguendo occultantem eam falſa demoſtratione, vt corrigat ſe huiuſmodi ſimulator. Quo contra impius tacebit & faciet putreſcere iniquitatem alterius non correctam, & faciet vituperare illum, ſilendo. n. eſt cauſa q putreſcat

Sapia filii ex patre eſt.

Boni & mali, ex eodem fructu diuerſos hauriũt cibos.

Quæ vtilitas cuſtodiẽdi linguam, & quale dĩnum dilatantis labia.

Pigri & impigri proprietas.

Quõ ſo ſpietas ſit tacere contra vitia aliorum, & pietas arguere.

fœtoremq;

fœtoremq́ꝫ emittat occulta prius iniquitas, & conſequenter eſt cauſa vituperationis illius. ¶ *Iuſtitia cuſtodit innocentis uiam, impietas autem peccatorem ſupplantat*. Iuxta hebræum habetur. *Iuſtitia cuſtodiet perfectum uiæ: & impietas deflectet peccatum*. Hoc eſt iuſtitiam habens cuſtodiet eum vſq; ad perfectionem uiæ tam operis q̄ huius uitæ. Quo contra impietas uiri deflectet peccatum illius a via intenta, ſæpe.n ab intento & a mediis deuiat deflectente eum impietate eius. *Eſt quaſi diues quum nihil habeat: & eſt quaſi pauper quum in multis diuitiis ſit*. Expoſitio eſt non interpratatio Nam iuxta hebræū habetur. *Eſt diteſcens & non omne: qui pauper ſit & facultas multa*. Et ſcito ꝙ hebræi utuntur hic gerundio ſignificante fieri pauperem, quemadmodum diteſcere ſignificat fieri diuitem: & ſenſus clarus parabolæ in promptu eſt, videlicet ꝙ inuenitur aliquis ex nihilo diteſcens. Quo contra inuenitur aliquis qui ex multis facultatibus fit pauper. Quotidie hæc uidemus. *Redemptio animæ uiri diuitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt increpationem non ſuſtinet*. Dictio interpratata redemptio ſonat. *Præcium*. Et dictio interpratata ſuſtinet, ſonat. *Audiuit*. Et eſt ſenſus parabolæ ꝙ homo æſtimatur ſecundum diuitias ſuas, ita ꝙ diuitiæ hominis ſint tanquam præcium eius: & ꝙ tanti appræciamur hominem quante ſunt illius diuitiæ, quod vtinā non iugiter uideremus. Quo contra pauper uſq; adeo, habetur pro nihilo ꝙ nec admittitur ad audiendum increpationem abiicitur.n. ab aliis, & multo magis repellitur ab auditu aliorum negociorum. ¶ *Lux iuſtorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur*. Verū̃ꝙ uerbum futuri eſt temporis apud hebræos. Lux naturæ, lux doctrinæ, lux virtutum, lux deniq; gratiæ letificabit & ipſum iuſtum, & alios. Quo contra lucerna impiorum tam materialis q̄ doctrinæ, extinguetur a uitiis eorum ſuffocantibus uel uentilantibus illam.

Expō rabinorū quorūdā, licet alii exponāt ꝙ eſt qui oſtentat diuitias cū nihil domi hēat &c.

Quātū quiſq; nummorum ſeruat in arca, tantum habet & fidei &c.

Lucerna iuſti & impii qualis.

¶ *Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui autem agunt cuncta conſilio reguntur ſapientia*. Iuxta hebræum habet. *Tantum in impietate dabit litem, & cum conſultoribus ſapientia*. Impietas hic ſonat iniquitatem quæ ſtudioſe fit, & huiuſmodi ſoli impietati aſcribitur dare litem, non dicitur ꝙ ſola impietas litigat, ſed quod ſola impietas dat litem. Iuſtus.n. patitur litem non dat illam, ſed qui ſatiſfacere renuit, litem dat, nolle autem ſatiſfacere, iniquitatis eſt ſtudioſe, loquēdo per ſe & formaliter. Eſt.n. ſermo de dare litem ex voluntate, & propoſito. Quemadmodum autem dare litem comes eſt impietatis dumtaxat: ita ſapientia comitatur tantum conſultores, hoc eſt viros conſilio vigentes & hoc manifeſte eſt uerum, defectus enim conſilii deſipere facit.

Quid ſit dare litem.

¶ *Subſtantia feſtinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu multiplicabitur*. Iuxta hebræum habetur. *Opes a uanitate minuentur: & colligens ſuper manum multiplicabit*. Amphibologicus ſermo eſt. Nam a vanitate poteſt referri ad opes & poteſt referri ad uerbum minuētur, & ſiquidem referē ad opes ſenſus eſt ꝙ opes ex vanitate (hoc eſt ſine labore habite) minuētur. Quæ.n. homo ſine labore habet minus appræciatur. Si vero refertur ad uerbum minuentur, non eget expoſitione quia clarum eſt ꝙ opes vanitatibus vacando minuētur. E regione autem primi ſenſus directius collocatur ſecunda particula, ſonans ꝙ colligens hinc & inde ſuper manum (hoc eſt ſuper proprio labore) opes, multiplicabit eas. ¶ *Spes quæ differtur affligit animam: & lignum uitæ deſiderium ueniens*. Sententia redditur, prima tamen particula iuxta hebræum habetur. *Spes protracta ægritudo cordis*. E regione ſpei protractæ quantum ad rem ſperatam ponitur deſiderium ueniens, & e regione ęgritudinis cordis ponitur lignum vitę quod ſeruat ab omni ęgritudine. Aſſimilatur ſiquidem aſſecutio deſiderata, ligno vitæ, pro quanto reficit, recreat, atq; conſolatur animum hominis, & diuturna protractio rei ſperate quantum ęgritudinis in animo generet experimur. ¶ *Qui detrahit alicui rei ipſe ſe in futurum obligat: qui autem timet præceptum in pace ſeruabitur*. Iuxta hebræum habetur. *Vilipendens verbum dolebit: & timens præceptum ei retribuetur*. Ex eo ꝙ e regione vilipendentis uerbum, collocatur timens pręceptum, innuitur ꝙ de verbo præſidentium eſt ſermo. Et quia e regione retributionis ponitur dolor, inſinuatur ꝙ ſenſus parabolæ eſt ꝙ vilipendens uerba uel facta maiorum dolebit tempore quo diſtribuuntur officia reipublice, utpote poſt habitus. Quo contra timens mādata maiorum, tempore quo diſtribuuntur reipu. officia retributionem accipiet, vtpote æſtimatus & euectus. ¶ *Animæ doloſe errant in peccatis: iuſti autem miſericordes ſunt & miſerantur*. Iuxta hebræū nihil huius clauſulæ habetur. ¶ *Lex ſapientis fons uitæ: ut declinet a ruina mortis*. Iuxta hebræum habetur. *Lex ſapientis uena uitæ: ad recedendum a laqueis mortis*. Optimæ deſcribitur ſapientis lex, quantum ad hoc ꝙ eſt uena uitæ per receſſum a laqueis mortis. Lex.n. non confert uitam niſi efficiēdo ꝙ homo obſeruando ea quæ ſunt legis, euadat laqueos mortis & corporis & animę. Conferre.n. vitam non legis, ſed gratiæ eſt. ¶ *Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum uorago*. Iuxta hebræum habetur. *Intellectus bonus dabit gratiam: & uia mentientium dura*. Eſſe benignum atq; gratuito beneficum proficiſcitur ab intellectu bono, ab intelligentę bene qualiter conuerſandum cum aliis eſt, & ꝙ morem gerere aliis decet. Quo contra via mentientium ſiue uer-

Opes ſine labore quærere minuentur.

Ei eſt nominatiuus.

Lex ſeruat a laqueis mortis, ſola autē gratia confert vitam.

Vnde beneficentia ortū habeat.

bo ſiue facto dura eſt, utpote non cędens præcibus non decoro, & cõgruis officis. ¶ *Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt aperiet ſtultitiam.* Iuxta hebræum habetur. *Omne ingenioſus faciet ſciendo: & ſtultus pandet ſtultitiam.* Ingenioſus utitur ſcientia in omnibus quæ facit. Quo cõtra fatuus utitur ſtulticia ſua expandendo eam. ¶ *Nuncius impii cadet in malum: legatus autem fidelis ſanitas.* Iuxta hebræum legendum eſt. *Impius.* Sonat enim parabola ꝙ nuntius impius in officio nuntii. Qui. ſ. impietate utitur uel erga mittentem non fideliter nuntiando, uel circa materiam nuntiando impia, quales fuerunt nuntii Senacherib ad uiros Hieruſalem tempore Ezechiæ. Vtroq; .n. modo nuncius impius cadet in malum: quoniam vtrobiq; inuenitur iniquitas magna. Quo contra e regione primi ſenſus legatus fidelis ſanitas eſt: hoc eſt tanquam ſanitas corporis eſt mittenti eum. ¶ *Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti glorificabitur.* Iuxta hebræum habetur. *Paupertas & ignominia detegit correptionem, & cuſtodiens increpationem honorabitur.* Commune eſt paupertati & ignominiæ paruipendere argui ex eo ꝙ tam pauper q̃ infamis reputat ſe argui non ex amore quãuis diuerſis rationibus: pauper quidem cum arguitur accuſat arguentem: ꝙ non ſubuenit ſuæ paupertati, ꝙ nõ habet curam ſubueniendi manifeſte inopiæ: & fingit ſe habere curam animæ pauperis: infamis uero accuſat arguentem ut famę arguẽtis detrahat ſimilemq; ſibi reddat. Et propterea tam pauper q̃ infamis obiurgatus ſecrete non tacet, ſed detegit increpationemquã accepit. Quo contra qui curam habet repræhenſionis ſibi factæ ſecreto, honorabitur. Et ambo hæc verificari quotidie videmus. ¶ *Deſiderium ſi compleatur delectat animam: & deteſtantur eos ſtulti qui fugiunt mala.* Iuxta hebræum prima particula dupliciter legitur vel. *Deſiderium exiſtens.* vel *Deſiderium fractum dulceſcet animæ.* Secunda autem particula ſic habetur. *Et abominatio ſtultorum recedere a malo.* Si legitur exiſtens: ſenſus eſt. Deſiderium adimpletum. Si uero legitur fractum, ſenſus eſt deſiderium diſcontinuatum quo ad fruitionem rei deſiderate. Dulceſcit nãq; animo non ſolum aſſecutio rei deſiderate: ſed etiã diſcontinuatio rei deſiderate: cõtinuatio .n. delectationis corporeę faſtidiũ parit. Quo cõtra ſtulti tã aſſidui ſunt in malo: ut abominabile ſit apud eos recedere a malo, & particula hæc directe ſecundæ lectioni quadrat. ¶ *Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit: amicus ſtultorum efficietur ſimilis.* Iuxta hebræum habetur. *Ambulans cum ſapientibus ſapiens fiet: & comes ſtultorum frangetur.* Quare gradiens cum ſapientibus fiet ſapiẽs clarum eſt. Ratio uero quare comes ſtultorum frangetur eadem eſt, quia ſtulti frangũtur, tum in factis tum in uerbis. Impediuntur .n. & reiiciuntur, comes autem eorum comes eſt quoq; penę illorum. *Peccatores perſequitur malum: & iuſtis retribuitur bonum.* Spectando ad merita dicit parabola ꝙ peccatores ſequetur ſeu perſequetur malum penę (hoc .n. merẽtur,) iuſtis autem retribuetur bonum quod merentur. Et quãuis hęc non ſemper hic uerificẽtur, apud tamen ſummi iudicis tribunal ueriſſima hæc ſunt. ¶ *Bonus relinquet hæredes filios & nepotes: & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris.* Ad merita & ad ſtatum veteris legis ſpectat hęc parabola: Merentur .n. iuſti habere hæredes filios filiorum. & ut facultates iniquorum recondantur ipſis iuſtis: & hoc in ueteri lege promiſſum fuit. Facultates .n. cananeorum recondite ſunt Iſraelitis &c. ¶ *Multi cibi in noualibus patrum: & aliis congregantur abſq; iudicio.* Iuxta hebræum habetur. *Multus cibus ſulcus capitum: & eſt conſumptus in non iudicio.* Dictio interpraetata capitum anceps eſt ad capita uel pauperes, utro autem modo legas ſenſus parabole eſt, ꝙ aliquis ager profert fruges multas, & aliquis inuenitur conſumptus abſq; iudicio, abſq; ratione, quare iſti ſunt conſumpti & nõn illi, & eſt ſermo de iudicio humano. Deus .n. non ſine iudicio hanc diſparitatem facit quam uidemus ſępe accidere. ¶ *Qui parcit uirgę odit filium ſuum: qui autem diligit illum inſtanter erudit.* Sententia redditur quãuis hebraice ultima uerba ſonent. *Quærit caſtigationem eius.* Appellatur autem odium filii non affectu, ſed facto, pater .n. non caſtigans filium non afficitur odio filii, ſed facto odit eum, ipſa .n. omiſſio caſtigationis eſt factum cõtra bonum filii. Quo contra pater filium diligens opere, & ueritate, omni ex parte quæri bonum filii, & propterea non omittit caſtigationem eius. *Iuſtus comedit & replet animam ſuam; venter autem impiorum inſaturabilis.* Dictio interpraetata inſaturabilis ſonat. *Deficiet.* Et hęc ad merita & ueteris legis ſtatum ſpectant: merentur .n. impii ut deficiat eis cibus. Indignus .n. eſt peccator pane quo ueſcitur, ut Auguſti. dicit Iuſti autem merentur, non ſolum regnum celorum, ſed temporalia omnia ad ſacietatem, immo hæc omnia inquit Dominus in euangelio adiicientur vobis.

Ratio quare pauper & infamis argui paruipendunt.

Continuatio delectationis corporalis parit faſtidium.

Odium affectus & odii facti.

S*Apiens mulier ædificauit domum ſuam:inſipiens extructam quoque deſtruet manibus.* Iuxta hebræum primę dictiones ſunt pluralis numeri,legitur.n. *Sapientes mulieres ædificauit &c.* Et eſt ſenſus. Sapientes mulieres ſunt ut qui ædificauit domum ſuã. Aſſimilantur mulieres ſapientes ei qui conſtruxit domum ſuam,eo ꝙ mulier ſapiens conſtruit domeſticas res,domeſticaſque curas. Quo contra mulier ſtulta res domeſticas ordinemque domeſticũ manibus(hoc eſt operibus)propriis deſtruit,et propterea aſſimilatur deſtruẽti domum. ℂ*Ambulans recto itinere & timens deum:deſpicitur ab eo,qui infami graditur uia.* Iuxta hebræum habetur. *Ambulans in rectitudine ſua timet iehouah:& peruerſus uiis ſuis contemnit eum.* Ambulare per uiam rectam quã nouit bonorum morum,cõſeruat timorẽ ſummi dei. Quo cõtra deflectere a uiis rectis peruerſoſque mores imitari parit contemptum eiuſdem ſummi dei:immo eſt cõtemptus præceptorum ſummi dei,quemadmodum progredi per uiam rectã eſt timere ſummum deum. Lege uerba Natham prophetæ ad Dauidem,& inuenies ꝙ arguit Dauidem,adulterum & homicidam,contemptus,quia facto contempſerat præcepta ſummi dei. ℂ*In ore ſtulti uirga ſuperbiæ:& labia ſapientum cuſtodiunt eos.* Dictio interpretata uirga ſonat. *Ramus.* Deſcribitur.n. ſtultus tanquam habens radicem ſuperbiæ intus & per os emittens ramum ſuperbiæ, ſtulti.n. ſuperbe loquuntur,cominantur,aut ſe poſſe facere iactant,& huiuſmodi. Quo cõtra ſapiẽtum labia moderata cuſtodiunt eos ab huiuſmodi exceſſibus. Ramus itaque ſuperbiæ in ſermone apparens effectus ſtultitiæ deſcribitur:& uere ſic eſt. Si.n.homo saperet non ſuperbe loqueretur. ℂ*Vbi non ſunt boues præſepe uacuum eſt:ubi autẽ plurimæ ſegetes:ibi manifeſta fortitudo bouis.* Iuxta hebræũ habeť. *Sine bobus præſepe mundũ:& multi prouentus in uiribus bouis.* Parabola hæc metaphorica eſt,ſignificat.n.ꝙ quẽadmodũ carẽs bobus gaudet mũditia pręſepii:hñs uero boues fortes gaudet multitudine prouẽtuũ,ita q eximit ſe a curis gaudet trãquilitate animi, ſed caret abundãtia operũ quas pariũt abſũpte ĩduſtrię ac cure corporaliũ negociorũ. Vita itaque contẽplatiua confertur cũ actiua in hac parabola. Cõfer tu has ſententias, cõfer munditiam mentis cum multitudine fructuum,& elige quã malueris. ℂ*Teſtis fidelis non mentietur: profert mendacium doloſus teſtis.* Sententiæ clare ſunt. *quærit deriſor ſapientiam & non inueniet:doctrina prudentię facilis.* Iuxta hebræum habetur. *Quæſiuit deriſor ſapientiam & non:& ſcire intelligenti leue.* Nõ eſt uſque quaque clarum an negatio ſignificata dicendo, & non,determinet uerbum quæſiuit (ut ſit ſenſus quæſiuit deriſor ſapientiam & nõ quæſiuit,quia tam male quęſiuit ꝙ nõ quęſiuit)an determinet uerbum ſubſtantiuum ſub intellectum:ut ſit ſenſus. Quæſiuit deriſor ſapientiam & non fuit ſapientia,quia non eſt inuẽta ab eo. Deriſor.n.mandatorum ſapiẽtiæ contrariam habet diſpoſitionem ad ipſam ſapientiam. Et ideo quãuis quæſierit eam nunq̃ tñ affuit illi:oportet.n.prius expoliari deriſione,& deinde quærere ſapiẽtiam ad hoc ut inueniatur. Recole ꝙ ſuperius deriſores non ſunt a ſapientia inuitati,ſed ſimplices & minuti corde,& ideo non eſt mirum ſi deriſores non inueniunt eam. Quo contra de uigentibus intelligentia dicitur,ꝙ eis leue eſt(hoc eſt abſque grauamine)ſcire proprium ſapiẽtibus:& per hanc leuitatem inſinuatur difficultas immo onus deriſorum ad quærendum ſapientiã. Oneroſum ſiquidem eſt eis relinquere deriſionem,ut uere quęrant ſapientiam. *Vade contra uirum ſtultum,& neſciet labia prudentiæ.* Dictio interpretata contra,ſignificat e regione a remotis. Secunda uero particula iuxta hebræum dicitur. *Et neſciſti labia ſciendi.* Sub ĩtelligitur aũt pronomen cum relatiuo,uidelicet,eorum quæ. Itaque ſenſus eſt,uade longius e regione hominis ſtulti:& eorum quæ neſciſti labia ſciendi. A longe & non prope,e regione non ad latus aliquod uitandi ſcribuntur duo.ſ. uir ſtultus:& labium ignotum tibi quod eſt labium ſcientiæ. Tam ſtultus itaque notus tibi,q̃ ignotus aliquis an loquatur ut loquuntur homines ſenſati uitandus longe,& e regione dicitur, ille quidem quia cum ſtulto non poteſt communicari ſine penitentia ſubſequente,iſte autem propter cautelam. ℂ*Sapientia callidi eſt intelligere uiam ſuam,& imprudentia ſtultorum errans.* Dictio interpretata callidi ſonat. *Ingenioſi.* Secunda uero particula iuxta hebręum habetur. *Stultitia ſtultorum dolus.* Ingenioſus utitur ſapiẽtia ad intelligendum efficaciam operum ſuorum:quantum.ſ.ualeant ad intentum effectũ. Stultus autem ſtultitiam pro ſapientia habens utitur dolo ad intentum efficiendũ. ℂ*Stultus illudit peccatum:& inter iuſtos morabitur gratia.* Iuxta hebræum habetur. *Stulti interpretabuntur delictum,& inter rectos uoluntas.* In malam partem interpretatur ſtultus quod audet uel uidet. Et hoc eſt interpretari delictum. Quo contra inter rectos interpretatio fit uoluntatis hoc eſt eius quod quis uoluit dicere uel facere quod eſt recte interpretari. *Cor quod nouit amaritudinẽ animæ ſuæ in gaudio eius non miſcebitur extraneus.* Superfluit relatiuum quod & deficit cõiunctio. Et. In principio ſecundæ particulæ de corde ſapientis eſt ſermo,& par deſcribitur in amaritudine & in letitia quo ad hoc,ꝙ quemadmodum amaritudinem animę ſuæ intra ſe continet

Edificauit ẽ ſemi, geñ.

Mulieris ſapientis,& ſtultæ ſignum.

Abenezra hanc uirgam linguam intelligit.

Ramus ſtultitiæ ſuperbia in ſermone.

Collatio uitæ actiuæ, & contemplatiuæ.

Duo hoĩum gña uitãda

Interpretatio ſtulti, & ſapientis qualis.

Sapiens premit altum corde dolorē & lætitiā

ita gaudium cordis ſui non communicat alieno. Et hæc intellige de ſecretis amaritudine, & letitia. Ad hoc.n. inſinuandum utitur noīe animæ ſuæ & cordis. ℂ *Domus impiorum delebitur: tabernacula iuſtorum germinabunt.* Sententia redditur, quãuis dictio interpratata iuſtorum ſonet. *Rectorum.* Familia impiorum meretur deleri: tabernaculum uero rectorum mercē germinare filios multos. ℂ *Eſt uia quæ uidetur homini iuſta: nouiſſima autem eius deducunt ad mortem.* Sentẽtia redditur, quãuis hebraice ſcribatur. *Eſt uia recta in facie uiri: & finis eius uiæ mortis.* Operari, & laborare, nihilq; ommittere pro gloria, pro immortalitate fame, uia recta fuit in conſpectu romanorum, & tamen finis illius in uias mortis corporis & animæ terminata eſt. *Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudii luctus occupat.* Hebraice habetur. *Et in riſu dolebit cor: & finis letitiæ triſtitia.* Quãuis quãdoq; exterior adſit riſus, intus tamen cor dolet diſſimulans letitiam riſu. Nec ſolum contingit ſimul intus dolere, & extra ridere: ſed etiam terminum gaudii eſſe triſtitiam, vtrũq;.n. ſæpe accidit. ℂ *Viis ſuis replebitur ſtultus: & ſuper eum erit uir bonus.* Irrepræhenſibilis eſt interpretatio: poteſt tamen ſecunda particula interpretari aliter, videlicet. *Et de foliis ſuis uir bonus.* Et hęc ſecunda lectio magis quadrare uidetur primæ particulæ ſonãti q; de uiis ſuis ſaturabitur egreſſus a corde. Qui.n. recedit a ſeipſo, ſaciatur ſtudiis operibuſq; ſuis. Quo contra vir bonus habitans ſeipſum, ſaturatur foliis ſuis: hoc eſt quia nec

Diſſa egredſētis ſeiſpm, & hab.tātis ſeipſum.

frondes ſuas amittit. De uiro.n iuſto ſcriptum eſt ſub ſpecie arboris. & folium eius nõ deſluet ſeu areſcet. Eſt itaq; ſenſus q; vir bonus nõ ſolum fructibus, ſed etiam frondibus ſuis ſaturatur, diligentibus.n. deum omnia cooperantur in bonum. ℂ *Innocens credit omni uerbo: aſtutus conſiderat greſſus ſuos.* Dictio interpratata innocens ſonat. *Simplex.* Et dictio interpratata aſtutus ſonat. *Ingenioſus.* Dictio quoq; interpratata conſiderat, ſonat. *Intelliget.* Inter

Diſparitas ſimplicis, & ingenio pollentis.

ſimplicem (hoc eſt hominem iudicii.) & ingenioſum diſparitas ſcribitur: penes hoc q; ille credit omni verbo ac per hoc facile mutatur. iſte autem cognoſcit greſſum ſtudii & operis proprii, nec mutatur dicente hoc et illo diuerſa: utpote inixus prudentiæ & non variis verbis loquentium. ℂ *Sapiens timet & declinat a malo, ſtultus trãſilit & confidit.* Dictio interpratata tranſilit ſonat. *Iraſcitur.* Audito a fide dignis periculo ſapiens, & timet & timoris effectum facit, quia declinat a malo imminente Quo contra ſtultus iraſcitur, comminatur, & confidit permanere ſeu occurrere. ℂ *Impatiens operabitur ſtultitiam: & vir uerſutus odioſus eſt.* Dictio interpretata impatiens ſonat. *Curtus furorum.* Et dictio interpratata uerſutus ſonat. *Cogitationum.* Nuncupatur curtus furorum qui propenſus ac feſtinus eſt ad furorem, & eſt ratio nominis quia non protrahit in longum furere. Vir ergo celeris furoris operatur ſtulta. Fu

Furibundi & cogitabundi diſparitas.

rens.n. extra ſe exiſtens: facit ſtulta Vir autem cogitationum (vir cogitabundus alienus nõ ſolum a furore & excandeſcentia, ſed etiam taciturnus. Propter quod vocatur uir cogitationum, occupatus videlicet in cogitationibus) odioſus erit aliis utpote ſuſpectus q; machinetur malum aliquid. Exemplum habes in Cæſare dicente cauendum fore a Bruto & Caſſio tacentibus. *Poſſidebunt paruuli iuſtitiam: & expectabunt aſtuti ſcientiam.* Iuxta hebræum habetur. *Hæreditauerunt ſimplices ſtultitiam: & ingenioſi coronabuntur ſcientia.* Simplices naturaliter modici ingenii tanquam iure ſortiuntur ſuperuenientem ſtultitiam. Quo contra qui naturali ingenio vigent, coronantur, hoc eſt tanquam coronæ ornamentum accipient ſcientiam acquiſitam. ℂ *Iacebunt mali ante bonos: & impii ante portas iuſtorum.* Dictio interpratata iacebunt, ſonat. *Humiliabunt ſe.* Et ſpectat hæc parabola tum ad merita, tum ad veteris legis promiſſiones. ℂ *Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit: amici uero diuitis multi.* Vtinam experientia non quotidiana,

Experientia parabolæ:

ſed continua non atteſtaretur huic parabolæ. ℂ *Qui deſpicit proximum ſuum peccat: qui autem miſeretur pauperis beatus erit.* Conſequenter ad præcentem parabolam (ſonantem q; pauper non ſolum alienis, ſed etiam proximo ſuo eſt odioſus) manifeſtatur q; proximus pauperis deſpiciens eum peccat. Non n. excuſatur a peccato propter paupertatem alterius. Et dicitur hoc ne errares putando q; paupertas reddat hominem dignum deſpectione: propter quod conſequenter ſubditur præmium eius qui miſeretur pauperis: & eſt præmium beatitudo hic in ſpe & poſt mortem in re. ℂ *Qui credit in domino miſericordiam diligit.* Nihil huius particulæ habetur in hebreo. ℂ *Errant qui operantur malum: miſericordia & veritas præparant bona.* Iuxta hebræum habetur. *Nonne errabunt cogitantes malum: & gratia & veritas cogitantibus bonum.* Ne putares

Authoritas quā probatur cogitatiōes eſſe peccatum, & q; oīs malus eſt ignorans.

cogitationes immunes aut impunes fore, declaratur q; cogitatores mali errant a rectitudine vię moralis, & q; cogitatoribus bonis communicantur vniuerſa dona dei compręhenſa ſub gratia & ueritate. Vniuerſe ſiquidem viæ domini ſunt gratia & ueritas. Et quia error ad intellectiuam partem pertinet, ex hac authoritate ſcripture habetur, q; oīs malus errat, & conſonant Philoſophi dicentes, quod omnis malus ignorans. ℂ *In omni opere bono erit abundantia: vbi autem uerba ſunt plurima ibi frequenter egeſtas.* Iuxta hebræum habet. *In omni labore erit abundantia:*

Inopiam: & verbum labiorum tantum ad defectum. Et eſt ſenſus parabolæ, ꝙ omnis labor ſuapte natura parit aliquod lucrum præter laborem in loquutione. Quanto.n. magis laborat aliquis ad multiplicanda verba: eo magis tendit ad defectum, ita ꝙ multiloquium ſuapte natura non tendit ad lucrum: ſed dumtaxat ad defectum, & vere ſic eſt. Quoniam auditori faſtidium, ſermoni peccatum, & ſibi ipſi indignitatem multiloquio parit.

Quid operantur verba quid facta.

¶ *Corona ſapientum diuitiæ eorum, fatuitas ſtultorum imprudentia.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Stultitia ſtultorum ſtultitia.* Opes quibus abundant ſapientes ſunt eis corona, hoc eſt ad ornamentum & uſum cum grauitate. Corona n. ornamentum eſt, & illa non utuntur ſapientes: niſi cum magna grauitate: ſic vtunť diuitiis ſuis ſapientes & ad decus & cum ſenſu graui. Quo contra ſtultorum ſtultitia tam in paupertate q̃ in diuitiis ſemper eſt ſtultitia, & ſtulte vtitur paupertate & ſtulte utitur diuitiis.

Vſus diuitiarum ad coronam.

Stultus ſemper ſtultus.

¶ *Liberat animas teſtis fidelis: & profert mendacia uerſipellis.* Sententia redditur, & deliberatione a morte corporis eſt ſermo. Et directe materia parabole eſt vir innocens accuſatus ad mortem a teſte veritatis liberatus ne anima (hoc eſt vita) eius pereat. Teſtis autem doloſus profert mendacia etiam in damnum alienæ vitæ.

¶ *In timore domini fiducia fortitudinis: & filiis eius erit ſpes.* Dictio interpretata ſpes ſonat. *Protectio.* Et dictio interpretata domini eſt tetragrãmmaton. ¶ Timor ſummi dei tantæ eſt gratię, vt largiatur timenti fiduciam fortitudinis, tum ſubſtinendi aduerſa, tum aggrediendi opera ardua. nec his contentus eſt, ſed largitur quoq; filiis eius protectionem. Protexit.n. deus filios Habraæ Iſaac & Iacob propter merita patrum protexit & Salomonem & Ezechiam propter Dauidem.

Timoris dei efficacia.

¶ *Timor domini fons uitæ: ut declinet a ruina mortis.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. *Timor iehouah uena uitæ ad recedendum a laqueis mortis.* Timor ſummi dei deſcribitur ad inſtar venæ per quam meat vita aĩorum, quoniam vehiculum quoddam eſt ſpiritualis vitæ relatiue ad pericula mortis. Timor.n. reddit animum ſollicitum ad conſilia capeſcenda, vt euadat laqueos mortis qui ſunt innumerabiles, loquendo de morte animæ: & non pauci ſunt loquendo de morte corporis. Exemplum habes in Dauide, timente Deum, & euadente a laqueis Saulis.

Timoris dei ſollicitudo.

¶ *In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et in non gente fractio pcincipis.* Frãgitur.n. tum animus tum decor principis abſq; gente: hoc eſt abſq; multitudine gentis.

¶ *Qui patiens eſt multa gubernatur ſapientia: qui autem impatiens exaltat ſtultitiam ſuam.* Iuxta hebręum habetur. *Longus furorum multus intelligentiæ: & curtus ſpiritus exaltat ſtultitiam.* Et eſt genitiui caſus ſpiritus. Protrahere in longum iras aſcribitur abundantiæ intellectus, ex magnitudine ſi quidem intelligentiæ proficiſcitur ꝙ homo in longum protrahit excandeſcere, iraſci, & furorem exaggerare. Quo contra breuitati ſpiritus (hoc eſt velocitati ſpiritus, hoc eſt ĩpulſus ĩterni) aſcribitur ira. Velocis.n. impulſus homo, appellatur curtus ſpiritus eo ꝙ curtus eſt ad vtendum impulſu interno ad irã celeriter emittens illum, & hic tam velociter excandeſcens exaltat ſtultitiam, vtpote in pręmeditata loquens & magnificans quæ occurrunt irato dicenda, quo non niſi ſtulta ſolent eſſe.

Quare ſana mẽs corpus ĩt ſanũ reddat.

Quare Inuidia putrefaciat.

¶ *Vita carnium ſanitas cordis, & putredo oſſium inuidia.* Cor ſanum hoc eſt animus ſanus ab ægritudinibus moralibus) non ſolum eſt vita animi: ſed eſt etiã vita carnium, hoc eſt vita ac viror corporis Animus.n. ſanus lætificat etiam corpus, ac per hoc viuificat illud. Quo contra inuidiæ uitium (quæ triſtitia eſt alieni boni) non ſolum inficit animam: ſed etiam putrefacit oſſa. Triſtitia ſiquidem inimiciſſima eſt uitæ corporeæ: utpote retrahens cordis motus ex quo proficiſcitur uita: & propterea putredo dicitur oſſium. Putreſcunt.n. oſſa nõ viuificata motibus cordis.

Qui calumniatur egentem exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miſeretur pauperis. Dictio interpretata calũniatur ſonat rapina, vel fraude opprimentẽ. Et dictio interpretata exprobrat. ſonat. *Vituperat.* Nec iſte ſententiæ intelliguntur abſolute ut ſonãt ſed de opprimente pauperem, tanquam carentem adiutore, nam ſic opprimens pauperem iniuriatur deo qui fecit pauperem, Opprimit.n. tanquam deo non ſit cura tuendi cauſam pauperis: cum tamẽ ſcriptum ſit. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Quo contra qui miſeretur pauperis, honorat Deum quoniam vices dei agit ſubueniendo pauperi. Iam.n. dictum eſt ꝙ cura pauperum relicta eſt deo.

¶ *In malitia ſua expelletur impius: ſperat autem iuſtus in morte ſua.* De expulſione impii ex hoc mundo eſſe ſermonem manifeſtat particula ſecunda. Ex eo.n. ꝙ e regione expulſionis impii collocatur ſpes (ſeu potius iuxta hebræum protectio) iuſti in ſuo mori, inſinuatur ſignificari impulſionem impii in malũ proprium tempore mortis Impellitur.n. impius in malum penæ ſibi paratum: impellitur autem a propria malitia. Vir enĩ iuſtus protegitur in morte ſua a malis inferni.

In corde prudentis requieſcit ſapientia, & indoctos quoq; erudiet. Dictio interpretata prudentis ſonat. *Intelligentis.* Secunda uero particula iuxta hebręum habetur. *Et inter ſtultos cognoſcetur.* Quies ſapientiæ de-

ſcribitur in corde vigentis intellectu in penetralibus mentis eius, ita tamen ꝙ etiam inter ſtultos non obſcurabitur, ſed cognoſcetur ſed laudabitur: oppoſita n. iuxta ſe poſita magna elucescunt. ℭ *Iuſtitia eleuat gentem, miſeros facit populos peccatum.* Iuxta hebræum ſecunda particula habetur. *Et opprobrium gentium peccatum.* Naturale eſt virtuti iuſtitiæ exaltare iuſtum, & propterea iuſtitia publica eleuat gentem. Quo contra peccatum publicum eſt opprobrium populorum. ℭ *Acceptus eſt regi miniſter intelligens, iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.* Iuxta hebræum habetur. *Voluntas regis ad ſeruum intelligentem: & ira eius erit ad dignum pudore.* Spõtaneo amore mouetur princeps ad benefaciendum miniſtro uigenti intellectu in officiis, & obſequiis ſpũs, contra ira principis erga miniſtrum eſt qui digna pudore agit, qui taliter agit vt oporteat eũm pudere facti proprii, & hæc experientia continua teſtatur.

Hi ira eius erit pudo faciens.

CAP. XV.

R*Eſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem.* Dictio interpretata frangit ſonat. *Facit retrahere.* Secunda vero particula iuxta hebræum habetur. *Et ad verbum contriſtãs aſcendet furor.* Experimur ꝙ reſponſio mollis efficit ut iratus retrahat iram ſuam. Quo contra ſi reſponſum fuerit uerbum contriſtans, aſcendet furor irati, creſcet ira in furorem. Et ratio in promptu eſt, quia multiplicatur cauſa ire dicendo ſermonem contriſtantem, ira. n. ex triſtitia ſurgit, reſponſione vero molli minuitur iræ materia, iratus enim uidẽs humiliatum contra quẽ iraſcitur, retrahit iram tanquã deſierit contra quem iraſcatur. ℭ *Lingua ſapientium ornat ſcientiam, & os fatuorum ebullit ſtultitiam.* Dictio interpraetata ebullit ſonat. *Abundat.* Vere apparet ꝙ eloquentia ſapientum decorat ſcientiam quã proferunt. Quo contra os fatuorum etiam proferendo aliquas ſcientiæ ſententias abundat ſtultitia, miſcet. n. ſaltẽ in dicendi modo ſtultitiam. *In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos.* Nomen eſt tetragrammaton. Diuina prouidentia manifeſtatur ꝙ penetrat loca oĩa ad retribuẽdum hominibus tam bonis ꝗ malis, nullusꝙ locus exemptus eſt. ℭ *Lingua placabilis lignum uitæ, quæ autẽ immoderata eſt conteret ſpiritum.* Iuxta hebræum habetur. *Sanitas linguæ lignum vitæ, & tortuoſum in ea fractio in ſpiritu.* Lingua ſana ab ægritudinibus uitiorum linguæ eſt velut arbor vitę aliis, vtpote uiuificans aliorum animos. Quo contra lingua tortuoſa, ſermo non intelligibilis, torquens quod dicitur huc & illuc, frangit non corpus, ſed ſpiritum auditorum. Frangit n. bonos impulſus quibus agebãtur auditores. ℭ *Stultus irridet diſciplinam patris ſui: qui autem cuſtodit increpationes: aſtutior fiet.* Iuxta hebræum habetur. *Stultus odio habebit eruditionem patris ſui: & cuſtodiens eruditionem ingeniabitur.* Odiſſe eruditionem paternam proculdubio ſtulti eſt, fructus autẽ habentis curam eruditionum quas audiuit, eſt ingenium exercere in iis in quibus eſt eruditus & exercitatione proficere. ℭ *Domus iuſti plurima fortitudo: & in fructibus impii conturbatio.* Dictio interpraetata fortitudo, congruentius interpraetaretur. *Theſaurus.* Quoniam e regione prouẽtuum collocatur: ita ꝙ parabola eſt. Domus iuſti theſaurus multus, & in prouẽtu impii cõturbabitur. Inter domum iuſti & domum impii manifeſtatur diſparitas penes hoc, ꝙ domus iuſti theſaurum multum retinet: domus uero impii tempore prouentuum ex frugibus conturbatur. Iuſti n. domus conformis eſt iuſto patrifamilias, & propterea ſimul vacant omnes conſeruationi rerum reconditarum augentes potius illas, familia uero impii conturbatur: eo ꝙ vnuſquiſꝙ ad proprium tendit bonum, propriam intendit perficere uoluntatem, & propterea turbatio oritur inter eos ex prouentibus: dum iſte abuti uult eis ut placet, & ille vt vult &c. ℭ *Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: cor autem ſtultorum diſſimile erit.*

Diſparitas inter domũ iuſti, & impii.

Nõ ſic ad ſonat. n. hebr. Et verbũ doloris aſcendere faciet furorem. Quare mollis reſponſio iram frangat.

Vltima verba ſecundę particulæ iuxta hebræum ſonant. *Non ſic.* Labia itaꝙ ſapientum commendantur ꝙ ſpargunt ſcientiam, proferunt ea quæ digna ſunt ut ſciantur: ſtultorum autem non ſolum lingua, ſed etiam cor alienum eſt ab huiuſmodi intentione, Non. n intẽdunt ſpargere ſcitu digna, & propterea dicitur, ꝙ ſtultorũ non ſic ut cor ac lingua ſapientũ. ℭ *Victimæ impiorum abominabiles domino: uota iuſtorum placabilia.* Nomen eſt tetragrammaton, ſecundaꝙ particula iuxta hebræum habetur. *Et oratio rectorum uolũtas eius.* Reſpexit deus ad Abel & ad munera eius, & non dicitur reſpexit deus ad munera Abel & ad Abel, ut ĩtelligamus ratione perſone placere deo munera & non econtra. Amplius hæc inſtructio eſt manifeſtans ꝙ ſacrificium impiorum non ſolum non placet deo: ſed ꝙ eſt abominabile ſummo deo, nefas ſiquidem eſt impium agere coram deo perſonam iuſti: iuſtorum. n. eſt ſacrificare deo. Quo contra uiri recti oratio eſt voluntas ſummi dei, eſt quæ placet ſummo deo. Sacrificium, exterior eſt oblatio: oratio uero interna eſt: utpote mentis eleuatio in deum, hæc eſt quæ placet deo ſecundum ſeipſam, quæ a ſolis rectis offerri poteſt: ſacrificium vero de

Munera deo placẽt ſm ꝙ placet offerens non e diuerſo.

facto

facto commune eſt impiis & rectis. ¶ *Abominatio eſt domino uia impii: qui ſequitur iuſtitiam diligitur ab eo.* Nomen eſt tetragrammaton: & interptes addidit ab eo, in hebræo.n.dicitur in futuro. *Diligetur.* abſq; pronomine aliquo. Ratio præcedentis parabolæ redditur, ex hoc ꝙ uia, ſtudia, ac opera impii in abominationem ſunt ſummo deo. Quo cõtra ſectator iuſtitiæ amabitur a deo & ab hominibus. ¶ *Doctrina mala deſerentium uiam vitæ: qui increpationes odit morietur.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *Caſtigatio mala relinquenti uiam.* Ad differentiam caſtigationis bonæ appellatur caſtigatio mala, caſtigatio publica quæ directe tendit ad malum: hoc eſt nocumentum eius qui caſtigatur. Paterna ſiquidem caſtigatio directe tẽdit ad bonum eius qui caſtigatur. Deſerenti itaq; viam ſtatutam a lege datur caſtigatio mala publicò flagello vel aliquo eiuſmodi: odio autem habens increpationes incidet in pœnã mortis publica authoritate inferendam: ex odio.n.increpationum fit deterior, & ad digna morte opera patranda ducitur. ¶ *Infernus & perditio coram domino: quanto magis corda filiorum hominum.* Sẽtentia redditur & nomen eſt tetragrammaton. Argumentum a remotiori. Infernus & perditio remotiſſima ſunt a deo (vtpote contrarias penitus habentes conditiones illis quæ in domo dei ſunt) & tamen patent ſummo deo, multo igitur magis patent deo corda filiorum hominum, quæ media ſunt, quæ in uia ſunt. ¶ *Non amat peſtilens eum qui ſe corripit: nec ad ſapientes graditur.* Dictio interpretata peſtilens ſonat. *Illuſor.* Et uerba ſunt futuri temporis, nõ amabit, non ibit. Deriſor & in ludum deducens quæ religionis & futuræ vitæ ſunt, perſeuerat non amando arguentem ipſum, ſed increpationem quoq; deridet: & propterea ad ſapiẽtes non gradietur ſed ad ſimiles ſibi. ¶ *Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur ſpiritus.* Dictio interpretata exhilarat ſonat. *Decorat.* Et dictio interpretata animi ſonat. *Cordis.* Apparet in facie gaudium cordis, dilatante corde ſpiritus ſuos claros ad faciem. Quo contra mœrente corde retrahuntur ſpiritus, & impulſus interni ſemifranguntur, quam ſemifractionem interpres appellauit deiectionem: ſpiritus ſiquidem (hoc eſt internus impulſus ad opera,) ſemifrangitur ex paſſione triſtitiæ retrahentis uitales ſpiritus. ¶ *Cor ſapientis quærit doctrinam: & os ſtultorum paſcetur imperitia.* Iuxta hebręum habetur. *Cor intelligentis quæret ſcire: & faciem ſtultorum paſcet ſtultitia.* Animus uigentis acumine intellectus indeſinenter quærit ſcire, intellectu impellente ad ſcientiam acquirendam. Quo contra non ſolum animus, ſed etiã facies ſtultorum paſcetur ſtultitia: delectat ſiquidem ſtultum ſtultitia, uſq; adeo ut in facie oſtendat hilari, ſe paſci audiendo quæ ſtulta ſunt. ¶ *Omnes dies pauperis mali: ſecura mens quaſi iuge conuiuium.* Secunda particula iuxta hæbreum habetur. *Et bonus corde conuiuium iuge.* Nihil dicitur de ſecuritate: ſed primum qualitas dierum pauperis, deinde qualitas cordis deſcribitur, & dies quidem pauperis dicuntur mali omnes, tum propter multa mala euenientia diebus vitæ pauperis, tum quia ſi aliquis dies exemptus fuerit a ſuperueniente malo aliquo, nullus tamen dies eius eximitur a malo paupertatis: & propterea verificatur ꝙ omnes dies pauperis ſunt mali malo penæ. De corde uero dicitur totum oppoſitum ſi eſt bonum: affirmatur.n.ꝙ bonus corde eſt iuge conuiuium. Virtus eſt quæ bonum reddit habentem illam: & propterea bonus corde intelligitur præditus virtute: & de eo dicitur ꝙ eſt quaſi in iugi cõuiuio, eſt in iugi conſolatione paſcendo continue ſeipſum: ut hinc intelligamus ꝙ bonus corde eſt intra ſe tanquam ſemper in conuiuio, quãuis ſit pauper & habeat exterius omnes dies ſuos malos. Non.n.ingrediuntur mala ad perturbandum animum præditum virtute, nec diſtrahunt ipſum a conuiuio iugi. ¶ *Melius eſt parum cum timore domini: quã theſauri magni & inſatiabiles.* Dictio interpretata inſatiabiles ſonat. *Terror in eo.* Theſaurus.n. numeri eſt ſingularis: & eſt nomen tetragrammaton. Parabola hæc ſimilis eſt illi, malo rodere fabas q̃ rodi perpeti curas, niſi ꝙ hic adiungitur timor ſummi dei. Melius eſt cum timore ſummi dei habere parum humanarum facultatum, q̃ habere theſaurum multum cum terrore illius comite. Exterrentur millies habentes theſauros multos, modo a tyrannis, modo a militibus, modo ab inuidis & &c. Et eſt ſermo de diuite ſine timore dei, ut prima inſinuat particula. ¶ *Melius eſt uocari ad olera cum charitate: quam ad uitulum ſaginatum cum odio.* Sententia redditur: quãuis hebraice dictio interpretata uocari ſonet. *Paſtus.* Parabola ſiquidem ſonat ꝙ melior eſt paſtus olerum & amor illic, quã bouis ſaginati & odium in eo: ſiue paſtus fiat in propria uel in aliena domo: & ſententiæ ſunt per ſe claræ. ¶ *Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Vir iræ excitabit litem: & longus furorum faciet quieſcere litem.* Experientia teſtatur ꝙ uir qui agitur ab ira excitat litem aliquam inter ſe & eũ aduerſus quem iraſcitur. Quo contra longus furorum (hoc eſt protrahens in longum excandeſcere, qui non agitur ab impetu iræ, ſed poſſidet ſeipſum & differt in longum iraſci) faciet quieſcere litem motam aduerſus ſe: & hoc ſæpiſſime apud manſuetos videmus.

Caſtigatio mala & caſtigatio bona.

Argũ a remotiori.

Q uarẽ gaudium decoret faciem.

Sileſtibus delectat, ſapiens, ſapientia, ſtultus ſtultitia.

Q uare. & q̃uo omnes dies paupis mali ſint.

Q uo dies paupis bõi q̃ñ cor bonum eſt & animus nõ deficit æquus.

Sine dei timore diues ſemper in metu.

¶ *Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum: uia iuſtorum abſq; offendicula.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et uia rectorum calcata.* Pigris apparet uia per quam gradi debent, ſicut ſepes ſpinarum quæ eſt immeabilis. Pigritia.n.repræſentat pigro uiam non ſolum difficilem tanquã inter ſpinas, ſed etiam immeabilem tanquam ſepem ſpinarum. Quo contra rectis repræſentatur uia tanquam calcata & facillima, ut per eam gradiãtur. Et eſt ſermo vtrobiq; de via operum. Vbi etiam annotatione eſt dignum, ꝙ e regione pigrorum collocãtur recti, ut intelligas pigritiam inter uitia ſupputari.

Via pigritantium & via iuſtorum cuiuſmodi utriq; appareat.

¶ *Filius ſapiens lætificat patrem: & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam.* Repetitio eſt parabolæ ſcriptæ in principio capituli.x.niſi ꝙ ibi dicitur ꝙ ſtultus eſt triſtitia matris ſuæ, hic uero dicitur ꝙ deſpicit matrem ſuam, ibi effectus, hic cauſa cõmemoratur. ¶ *Stultitia gaudium ſtulto: & vir prudens diriget greſſus ſuos.* Iuxta hebræum habetur. *Stultitia gaudii minuto corde: & uir intelligentiæ diriget ire.* Gaudium parens ſtultitiæ deſcribitur apud deficientem corde, quia ex gaudio deſipit. Quo contra vir intelligentia uigens non deſipit ex gaudio, ſed perſeuerat ad dirigendum ire: hoc eſt ambulare tam ſuum q̃ aliorum ſuæ curæ commiſſorum ſecundum diuerſa officia, ſtudia, & opera. ¶ *Diſſipantur cogitationes ubi non eſt conſilium: ubi uero plures ſunt conſiliarii confirmantur.* Iuxta hebræum habetur. *Frangere cogitationes in non ſecreto: & multitudo conſiliorum firmabit.* Et eſt ſenſus, frangere cogitationes officium eſt non ſecreto cuſtodientis cogitationes tractatas: & hoc ſæpiſſime contingit: officium autem firmandi cogitationes eſt multitudinis conſiliariorum præuidentium multa impedimenta & prouidentium. De cogitatis.n.circa ſingularia (quorum notitia nõ ſubeſt ſcientię, ſed circa ea plus vident oculi q̃ oculus) eſt ſermo.

Singularia plus vident oculi q̃ oculus.

¶ *Lætatur homo in ſententia oris ſui: & ſermo opportunus eſt optimus.* Dictio interpretata ſententia ſonat. *Reſponſione.* Secunda quoq; particula iuxta hebræum clarior eſt. *Et uerbum in tempore ſuo quam bonum.* De reſponſione quadrante dicitur, ꝙ homo requiſitus lætatur in oris ſui reſponſione congrua. Qui.n.reſpondit prout oportuit & decuit, lætatur ꝙ occurrerit ſibi requiſito talis reſponſio. Quomodolibet autem ſiue reſpõdendo ſiue proponendo, ſermo prolatus tempore ſuo (hoc eſt quando tempus id exigit) eſt q̃ bonus i. valde bonus: carent.n.hebræi ſuperlatiuo.

Sermo, & reſponſio opportuna, valde bona.

¶ *Semita uitæ ſuper eruditum: & declinet de inferno nouiſſimo.* Dictio interpretata eruditum ſonat. *Intelligentem.* Et dictio interpretata nouiſſimo ſonat. *Inferiore.* Magnum documentum ſuper hominem vigentem intelligentia extat uia vitæ (proculdubio æternæ) ad recedendum ex inferno inferiori: & deſcribitur ſuper hominem huiuſmodi uia, quia vere eſt ſupra vires naturales hominis, reuelata a Deo vt intelligentes credant, & gradiantur per viam fidei, & ſic recedant ab inferno damnatorum, quem noſtris meritis merebamur. Appellatur autem infernus damnatorum, infernus ſeu fouea inferior ad differentiam foueæ ſuperioris quæ eſt fouea ſepulchri. Hæc enim eſt fouea corporis, illa animæ.

Quare infernus damnatorum dicatur fouea inferior.

Domum ſuperborum demolietur dominus: & firmos faciet terminos viduæ. Nomen eſt tetragrammaton. Diuinæ iuſtitiæ opus quod quandoq; exercet deus deſcribitur in vindicta aduerſus ſuperbos opprimentes perſonas miſerabiles, & occupantes agros earum. Demolitur ſiquidem Deus familiam ſuperborum qui occupauerant res pauperum, & reſtituet agros viduæ in ſuos terminos quos vſurpauerant ſuperbi. Appellatione enim viduæ intelliguntur omnes miſerabiles perſonæ. ¶ *Abominatio domini cogitationes malæ: & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et munda dicta dulcedinis.* Et eſt nomen tetragrammaton. Cogitationes itaq; malæ abominabiles ſummo deo dicuntur. Quo contra dicta dulcedinis aſſeruntur munda apud eundem ſummum Deum. Cogitationes itaq; mali inferendi, & non ſolum ipſa mala abominatur deus, & e regione illarum collocantur dicta dulcedinis erga proximum: hoc eſt ſermones dulcedinis conferendæ aliis. ¶ *Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam: qui autem odit munera uiuet.* Iuxta hebræum habetur. *Conturbat domum ſuam cupidus rerum: & oſor donorum viuet.* Conturbatio familiæ ex cupiditate dupliciter oritur, uel ex eo ꝙ cupidus moleſtus eſt familiæ ſuæ circa ſumptus, arguendo ꝙ multum conſumitur in victu & veſtitu, vel ex eo ꝙ male parta introducendo materiã conturbandi familiam ſuam præbet: conturbanda ſiquidem quandoq; erit a Deo vel ab hominibus propter res alienas quas cupidus rerum male acquiſiuit. Quo contra oſor munerum (quæ excæcant oculos ſapientum) viuet proculdubio vita animæ, ac per hoc vita æterna.

Duplex cõturbatio familiæ ex cupiditate.

¶ *Per miſericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem domini declinat omnis a malo.* Nihil huius clauſulæ habetur in hebræo. ¶ *Mens iuſti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis.* Iuxta hebræum habetur. *Cor iuſti meditabitur ad reſpondendum: & os impiorum ſcaturiet & eructabit, abundabit malis.* Quia non ſapientiæ ſed iuſtitiæ attribuitur meditari ad reſpondendum, inſinuatur ꝙ pręſentis parabolæ materia eſt inquiſitio mali ſeu damni in pręiudicium alicuius. Vir n. iuſtus requiſitus de huiuſmodi, cauet ne loquatur in pręiudicium alterius, & propterea me-

ditatur

dicatur quid reſpondendum ſit ne præceps reſpondeat. Quo contra os impiorum abundat malis, & præcipiti ſermone & malo habitu. ¶ *Longe eſt dominus ab impiis: & orationes iuſtorum exaudiet.* Nomen eſt tetragrammaton: dicitur autem ſummus Deus longe ab impiis metaphorice: hoc eſt ad inſtar longe diſtantis non exaudiendo impios. Vere autem longa eſt diſtantia non localis, ſed diſſimilitudinis: eo ꝙ valde diſſimiles ſunt impii diuinæ voluntati pro quanto delectantur in peccatis quæ odio habet deus. Quo contra iuſtorũ orationes Deus exaudiet tanquã propinquus illis propinquitate ſimilitudinis. Sunt.n. conformes diuine uoluntati obſequentes illi. ¶ *Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat oſſa.* Dictio interprætata anima, ſonat. *Cor.* Et dictio interprætata fama, ſonat. *Nuntium.* Comparat ſiquidem parabola auditum uiſui: & ſignificat ꝙ corporea quidẽ lux, oculis præſens lætificat cor, vt experimur coelo ſereno, lucente ſole. Sed longe plus efficit auditum nunciũ bonum, eo ꝙ non ſolum lætificat, ſed impinguat oſſa, non ſolum ad animum penetrat, ſed & in corpus redundat. ¶ *Auris quæ audit increpationes vitæ: in medio ſapientum commorabitur.* Sentẽtia clara eſt. Tam.n. fructus ꝙ præmium libenter audientis ſe increpari ad hoc vt recte viuat deſcribitur commorari in medio ſapientum. Hic eſt.n. fructus, hoc eſt præmium in hac vita. ¶ *Qui abiicit diſciplinam deſpicit animam ſuam: qui autem acquieſcit increpationibus poſſeſſor eſt cordis.* Iuxta hebræum habetur. *Vertens eruditionem abominatur animam ſuam: & audiens increpationem acquiſitor cordis.* Vertere eruditionem eſt voluere illam in iocum, vel in malum, vel in quodcũꝙ aliud: & hoc eſt abominari facto propriam animam: hoc eſt vitam propriam animi quæ conſiſtit in virtute. Quo contra audiendo increpationes acquirit homo cor proprium, acquirit homo virtutes quibus poſſidebit internos motus animi iam habitibus uirtutum refertus. ¶ *Timor domini diſciplina ſapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.* Iuxta hebræum habet. *Timor iehouah, eruditio ſapientiæ: & in facie honoris manſuetudo.* Anceps eſt dictio in facie ad ante vel coram, & ſi legitur ante ſenſus eſt, ꝙ timorem quidem ſummi Dei præcedit eruditio ſapientiæ. Effectus.n. eruditionis procedentis a ſapientia erudientis, eſt timor ſummi Dei, qui initium eſt ſapiendi, & proportionaliter honorem præcedit manſuetudo. Per manſuetudinem.n. eleuantur homines ad ſtatum honorabilem. Amantur.n. manſueti, & idonei cenſentur ad gubernandum tanquam alieni a paſſionibus animi. Si uero legitur coram ſenſus eſt, ꝙ corã timente ſummum Deum uiget eruditio ſapientiæ (quoniam delectatur erudiendo, & videndo erudire alios) & proportionaliter coram viro honoris floret manſuetudo, quoniã delectatur in manſuetudine, & ſua & aliorum.

Deus longe ab impiis diſtantia diſſimilitudinis.

Vertere eruditionem.

Manſueti idonei cenſentur ad gubernandum.

CAP. XVI.

HOminis eſt præparare cor: & domini gubernare linguam. Iuxta hebræum habetur. *Hominis ſunt præparationes cordis: & a iehouah reſponſio linguæ.* Oritur ſtatim quæſtio quomodo uerificatur ꝙ aſcribatur homini e regione dei preparare cor, cum totum oppoſitum verius appareat: quoniam uſus linguæ eſt penitus voluntarius, præparatio autem cordis multas habet paſſiones animi inuoluntarias impedientes illam: ac per hoc debuiſſet potius attribui homini loquutio, & attribui deo præparatio cordis. ¶ Solutio eſt ꝙ litera non tractat de loquutione abſolute, ſed de loquutione reſpõſiua Reſponſio autem manifeſte differt a præparatione cordis penes hoc ꝙ reſponſio non ſemper occurrit idonea ſeu ſatiſfaciens, uel quia neſcit interrogatus, & erubeſcit dicere ſe neſcire uel quia de aliquo articulo impræmeditato interrogatur: vel etiam quia meditata non ſemper occurrunt: & propterea reſpondere ſatisfaciendo non eſt in poteſtate hominis, ſed diuino dono attribuitur ꝙ occurrat in promptu quando oportet reſponſio ſatisfaciens, præparatio uero cordis agitur intra ipſummet hominem, & non obligatur ad tempus interrogantis: & propterea ſi commoditas non adeſt nunc differri poteſt in aliud tempus congruum, & iccirco attribuitur homini tanquam libera ab interrogatione aliena. Nõ excluditur itaꝙ dei donum a præparatione cordis, ſed appropriatur hæc homini, & reſponſio deo propter differentiam quę eſt inter eas penes occurſum tempore quo oportet. ¶ *Omnes viæ hominum patent oculis eius: ſpirituum ponderator eſt dominus.* Iuxta hebræum habetur. *Omnes viæ uiri mundi in oculis eius: & numerans ſpiritus iehouah.* Dictio interpręrata numerans anceps eſt ad numerans vel dirigens, & quocunꝙ mõ legatᷣ, dubium reſtat, an ſpũs intelligantᷣ ſubſtantiæ ſpũales quas angelos & demones vocamus, an intelligantᷣ diuerſi ſpũs: hoc eſt interni ipulſus qbus aguntᷣ hoĩes ad diuerſa. Eſt itaꝙ ſenſus parabolæ ꝙ hõ mũdus uidet omnes vias ſuas, omnia ſtudia ſua, omniaꝙ opera ſua, ſed numerare nequit quot ſunt ſpiritus quibus aguntur homines: quia hoc

Quæſtio

Solutio

Sic etiã quidã hebræorũ exponũt: licet alii aliter videlicet ꝙ ꝗtũcũꝗ homines corde aliquid moliantur, fruſtra tamẽ nituntur etiam lingua exprimere ſine dei auxilio &c.

Dubium.

eſt reſeruatum ſummo Deo, vel dirigere ſpiritus quibus aguntur homines non poteſt. q̃a hoc eſt reſeruatum Deo, prima tamen lectio magis quadrat, e regione primę particulæ ſonantis, ꝙ omnes viæ hominis mundi ſunt coram eo. Conſonat. n. ut e regione dicatur, ꝙ non poteſt ſpiritus omnes numerare quibus homo agitur. Et eadem ratione non eſt ſermo de ſpiritualibus ſubſtantiis, ſed de ſpiritibus hoc eſt internis impulſibus quibus aguntur homines. Et ſi conſideratum fuerit ꝙ de homine mundo eſt ſermo, rationabile erit ꝙ de ſpiritibus qui a Deo immittuntur, de internis inſpirationibus eſt ſermo. Soli. n. Deo notus eſt numerus diuinarum inſpirationum quibus agit homines ad opera diuerſa, ſiue gratiæ gratum facientis, ſiue gratiæ gratis datæ. ¶ *Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.* Dictio interpretata reuela ſonat. *Iacta.* vel. *Verte.* Et dictio interpretata domino cum prępoſitione ſonat. *Ad iehouah.* Clarus eſt ſenſus parabolæ monentis, verte ad Deum opera tua. Religioſa ſiquidem intentione vertũtur ad Deum ex mundo, ex carne, ex opibus rerum opera noſtra. Fructus autem huiuſmodi uerſionis diffinitur dicendo, & dirigentur cogitationes tuæ, proculdubio ab ipſo deo ad quem nos dirigimus opera noſtra. ¶ *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus: impium quoq; ad diem malum.* Sententia redditur, & nomen tetragrammaton eſt. Deus quãuis nihil propter vtilitatem propriam fecerit (eo ꝙ nullo indiget) omnia tamen propter ſemetipſum vt ultimum finem operatus eſt & operatur. Incommunicabile ſiquidem eſt eſſe vltimum finem, quemadmodum incõmunicabile eſt eſſe primum efficiens. Et quoniam impios quatenus impios non operatur (quoniam Deus non eſt actor impietatis & cuiuſcũq; peccati) ideo ſpecialiter meminit impii dicendo, ꝙ etiam impium operatus eſt Deus propter ipſum deum non abſolute, ſed ad diem mali, quod eſt dictu, Deus propter ſe ipſum ordinat impium ad diem mali: hoc eſt ad pœnam clare iuſtitiæ Deus itaq; non facit impium, ſed ordinat impium ad diem, ad claram iuſtitiã mali, hoc eſt pœne. Sic. n. culpa ordinatur per pœnam, & hic ordo eſt a deo propter ipſum deum ut vltimum finem. ¶ *Abominatio eſt domini omnis arrogans: etiam ſi manus ad manum fuerit non erit innocens.* Iuxta hebræum habetur. *Abominatio iehouah omnis elatus corde: manus manui non mundabitur, ſiue ad manum non erit mundus.* Superbus non uerbis aut geſtu, ſed corde abominabilis deo ſcribitur, ſic ꝙ manu ad manum (hoc eſt cito) non erit mundus a pœna hoc eſt cito punietur. Apparet ſiquidem in hoc mundo ꝙ diuina vltio celerius exercetur aduerſus ſuperbos q̃ aliis uitiis irretitos, videmus. n. ſępe eos deiici ſubito. ¶ *Initium uitæ bonæ facere iuſtitiam: accepta eſt autem apud Deum magis quam immolare hoſtias.* Nihil huius clauſulæ habetur in textu hebraico. ¶ *Miſericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinatur a malo.* Parui refert ꝙ dictio interpretata miſericordia, ſonat. *Gratia.* Et dictio interpretata redimitur, ſonat. *Ignoſcetur.* Vniuerſe vie domini gratia & veritas: & propterea cerne diſparitatem, recedere a malo efficit timor Dei: ad veniam autem peccatorum requiruntur vniuerſę viæ Dei; requiritur veritas quã vniciuiq; debitum reddimus: requiritur etiam gratia quã gratuito benefici aliis ſumus. Et hinc inſinuatur difficilius eſſe conſequi ueniam peccatorum quæ admiſſimus q̃ conſequi primæ iuſtitiæ partem, quę eſt declinare a malo culpæ. ¶ *Quum placuerint domino uiæ hominis: inimicos quoq; eius conuertet ad pacem.* Senſus redditur. Efficacia. n. diuinæ beneuolentiæ deſcribitur erga uirum cuius opera placent deo quo ad hoc, ꝙ etiam inimicos illius viri pacabit cum illo viro ut undiq; pacem habeat. Hoc non ſemper fieri intellige: ſed ſæpe in ueteri lege, in qua terrenum regnum cum temporalibus bonis permittebatur iuſtis, & apparet hoc in pacatione aſſueri cum populo iudeorum. ¶ *Melius eſt parum cum iuſtitia: quã multi fructus cum iniquitate.* Dictio interpretata cum iniquitate, ſonat. *Sine iudicio.* Et per fructus ſignificantur prouentus frugum terrę. Quod autem ſine iudicio eſt, ſine iuſtitia quoq; oportet eſſe: quoniam iudicium ius compręhendit. Hęc. n. parabola ex pſalmo ſumpta eſt. Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. ¶ *Cor hominis diſponit uiam ſuam: ſed domini eſt dirigere greſſus eius.* Iuxta hebræum habetur. *Cor hominis cogitabit uiam ſuam: & iehouah diriget greſſum eius.* Cupis ut deus dirigat greſſus operum tuorum: cogita meditatione penetrante cor, viam tuam: cogita autem ut ſit habilis ad hoc ut dirigatur a Deo. Via. n. mala inhabilis eſt ad dirigi a Deo. ¶ *Diuinatio in labiis regis: in iudicio non errabit os eius.* Dictio interpretata errabit, ſonat. *mentietur.* Parabole huius duplex eſt ſenſus. Alter, ſermo regis habetur ut oraculum diuinationis, & propterea exiſtimatur a populo ꝙ ſententia quã profert rex iudicando non eſt mẽdax, ſed iuxta. Alter, ſermo regis extra iudicium poteſt eſſe etiam diuinatio (quę inter peſſima ſupputatur) ſed in iudicio non eſt mendax, non peccat, ſed ius vnicuiq; reddit. Tunc. n. rex iudicabat, ut patet de Dauid & Salomone: & ſumma adhibebatur diligentia iudiciis: ita ꝙ iudicium regis reputabatur ius: elige quem malueris ſenſum. ¶ *Pondus & ſtatera iudicia domini*

Deus nõ propter vtilitatem ſuã, ſed pp ſeipm tãquã vltimum finẽ operatur omnia.

Q̃ñ deus operatus ẽ impium propter ſeipm

Ad declinãdum a malo ſufficit timor dei, ad ueniã aũt cõſequendã duo requiruntur.

Difficilius eſt conſequi veniam qui declinare culpam.

cia domini ſunt: & opera eius omnes lapides ſacculi. Dictio interprętata pondus ſonat. *Bilances.* Et dictio interpraetata iudicia ſonat: *Iudicii.* Eſt.n.ſenſus ꝙ ſtatera & bilatices iudicii (hoc eſt iuſtę) ſunt dei & ſimiliter lapides erumenæ quibus fiebant pondera iuſta, ſunt opera Dei. Eſt.n nomen tetragrammaton. A deo ſiquidem proficiſci iuſtitiam in ponderibus declaratur. ℭ *Abominabiles regi qui agunt impie, quoniam iuſtitia firmatur ſolium.* Veriſſima eſt parabola de rege quo ad officium, quãuis quo ad perſonam regis quandoq; fiat cõtrarium. Regale ſiquidem officium abominatur impietates, quia iuſtitia firmatur ſolium eius. ℭ *Voluntas regum labia iuſta: & qui recta loquitur diligetur.* Hæc quoq; parabola verificatur ex parte officii regalis, quãuis non ſemper ex parte perſonæ regis, placent.n. regi iuſta labia, & amatur ab eo qui recta loquitur. ℭ *Indignatio regis nũcii mortis: & uir ſapiens placabit eam.* Sententia redditur, quãuis ira regis ſcribatur in hebraico ꝙ eſt tanquã nuncii mortis: nunciat.n. futurum malum mortis: vt patet in ira aſſueri regis perſarum aduerſus Amã. Similiter hebraice habetur. Et vir ſapiens expiabit eam, videlicet iram regis erga ſe, purgabit ſiquidem cauſam ire utendo prudentia. ℭ *In hilaritate vultus regis vita: & clementia eius quaſi imber ſerotinus.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *In luce vultus regis vita: & uoluntas eius ſicut nubes ſerotina.* Lux vultus methaphorice appellatur hilaritas ſeu iucunditas quam vultus regis monſtrat in ſe alicui, uoluntas autẽ pro beneplacito ſumitur. Et illa quidem appellatur uita hoc eſt grata homini tãquam vita, iſta autem aſſimilatur nubi ſerotinæ: hoc eſt nubi longo tempore deſideratæ pro pluuia. Eſt enim conſolatoria hominis quẽadmodum pluuia diu expectata. ℭ *Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt: & acquire prudentiam, quia præcioſior eſt argento.* Iuxta hebræum habetur. *Acquire ſapientiã quã melius quã obrizum: & acquirere intelligentiam quã electum argentum.* Sententiæ clare ſunt. *Semita iuſtorũ declinat mala, cuſtos animæ ſuæ ſeruat uitam ſuam.* Dictio interpraetata declinat, ſonat. *Declinare.* Et dictio interpraetata uitam, ſonat. *Viam.* Eſt itaq; parabola ꝙ ſemita iuſtorum eſt recedere a malis culpę: & propterea cuſtos vitæ ſuę eſt cuſtos animæ ſuæ. Cuſtodit.n. animã propriam a peccatis qui cuſtodit uiam ſuam (hoc eſt ſtudia & opera ſua) a malo. ℭ *Contritionẽ præcedit ſuperbia: & ante ruinã exaltatur ſpiritus.* Parui refert ꝙ dictio interpraetata contritionẽ, ſonat. *Impactionem.* Sed queſtio oritur de ueritate huius parabolæ: eo ꝙ frangitur quandoq; aliquis in rebus uel honore, ſtatu aut corpore, & non tamen propter illius ſuperbiam: & ſimiliter impingit quandoq; aliquis in malum aliquod, & non propter elationem ſpiritus. Exemplum habes in ſamuele qui fractus eſt in ſtatu regiminis populi iſrael, & impegit in malos filios & tamen non propter ſuperbiam aut elationem ſpiritus ipſius Samuelis ℭ Solutio eſt ꝙ nõ eſt hic ſermo de fractione & in pactione abſolute: ſed quatenus ſunt pœnæ peccati, quatenus a deo diſtribuuntur in pœnam pręcedentis peccati. Crediderim.n. ꝙ regulariter tam fractio ꝙ in pactio reſpondet peccato ſuperbię, ut pœna illius in hac vita. Inter fractionem autem & impactionem differentia eſt pœnes hoc, ꝙ frangimur ab alio; impingimus uero ex propria actione. Et utrãq; pœnã meretur ſuperbia, & luerunt philoſophi qui euanuerunt in cogitationibus ſuis, vt apoſtolus docuit. ℭ *Melius eſt humiliari cum mitibus: quã diuidere ſpolia cum ſuperbis.* Deficit in prima particula vna dictio, videlicet. *Spiritu.* Legitur.n. Melius eſt humiliari ſpiritu cum manſuetis. Et eſt ſenſus, melior eſt deiectio proprii ſpiritus ſimilis deiectioni quam habent manſueti, ꝙ habere ſpiritum audacem ſimilẽ ſpiritui diuidentium prędam, & verum dicitur, quoniam melior eſt imitari uirtutem manſuetorum ꝙ acquirere partem ſpoliorum. ℭ *Eruditus in verbo reperiet bona: & qui in domino ſperat beatus eſt.* Dictio interprętata eruditus, ſonat. *Intelligens.* Et dictio interpraetata eſt, ſonat. *Ipſe.* Et ſcribitur tetragrammaton. Vigens acumine intelligendi ſiue interpraetando verba, ſiue penetrando res, inueniet bona & ex actis & ex rebus intellectis: vt experientia quotidie teſtatur in uiris doctis excellenti ingenio præditis, verum multo felicior eſt ſperãs in ſummo deo, quoniam ipſe beatus hic in ſpe, poſtea in re erit. ℭ *Qui ſapiens corde eſt appellabitur prudens: & qui dulcis eſt eloquio maiora percipiet.* Dictio interprętata prudens ſonat. *Intelligens.* Et ultimæ duæ dictiones (ſcilicet maiora percipiet) ſonat. *Addet doctrinam.* Sapiens corde ex ſua interna ſapientia appellabitur intelligens. Hoc eſt penetrans acumine intellectus, & res & ſcripta uerba. Vir autem dulcis eloquii docendo alios, multiplicabit doctrinã. Currunt.n. homines ad eloquia dulcia. Et ſapientes quidem laudant quo ad intelligentiam, ad dulcia vero eloquia pergunt pro inſtructione: & ſic uir dulcis eloqui addit docere, accumulat & multiplicat actus docendi. Vtinam prędicatores trahẽtes homines dulci eloquio, adderent doctrinam & non fabellas ℭ *Fons vitæ eruditio poſſidentis: doctrina ſtultorum fatuitas.* Iuxta hebræum habetur. *Vena vitæ intelligentia herorum ſuorum, & eruditio ſtultorum ſtultitia.* Vide quãtum interſit ſeruorum ſortiri heros intelligentes vel ſtultos. Intelligentia ſiquidem herorum eſt

Plurale: abominatio rẽgum facere &c.

Habet electum pre ſtu plus argento.

Quæſtio.

Solutio.

Interfractionem & impactionem quid interſit

Aduerte concionator.

eſt ſeruis uelut vena uitæ eſt per quam vita animi ad ſeruos venit. Erudiuntur.n. ab heris
Intelligentia vigentibus. Quo contra eruditio a ſtultis heris proficiſcens, ſtultitia eſt.
¶ *Cor ſapientis erudiet os eius: & labiis eius addet gratiam.* Dictio interpretata erudiet ſonat. *Legem.*
Sapientis uiri eſt intelligere proprium os, quo declinat in quo deficit, & reliquas eius circū
ſtantias: intellecto autem proprio ore, officium eius eſt addere legem labiis ſuis ne peccet
In ſermone. *Fauus mellis uerba compoſita, & dulcedo animæ, & ſanitas oſſium.* Dictio interpretata com
poſita ſonat. *Dulcedinis.* Eloquia dulcia aſſimilantur fauo mellis, & explanando duo dicū
tur. Videlicet φ ſunt animæ quidem dulcedo: oſſibus vero ſanitas: hoc eſt φ ſunt ſuauia, &
animę & corpori. Audientes.n. dulcia eloquia non laſſantur corpore, ſed recreantur, & p
pterea attribuitur eloquio dulci ſanare oſſa. ¶ *Eſt uia quæ videtur homini recta: & nouiſſima eius du
cunt mortem.* Repetitio eſt parabole ſcriptæ in capit. 14. nec aliter oportet exponere. *Anima
laborantis laborat ſibi: quia compulit eum os ſuum.* Iuxta hebræum in preterito ſcribitur. *Laborauit.*
Et ſecunda particula ſic habetur. *Quia inclinauit ſuper ſe os ſuum.* Quia hominum alii laborāt
ſibi, alii pro aliis, declarat hæc parabola φ diuerſitas hęc oritur ex eo φ aliqui flectunt ſer
mones ad ſeipſos, aliqui vero non. Sequentes n. de ſeipſis curam habent ſui met: & propte
rea laborant ſibi ipſis. Qui vero de ſeipſis non loquuntur, conſequenter nec curam habent
ſuimet, & aut non laborant aut laborant aliis. Sed iſti non deſiderant laborare quemadmo
dum illi quorum deſiderium deſcribitur nomine animæ dicēdo, anima laborantis (hoc eſt
deſiderium laborantis) eſt ad laborandum ſibiipſi, quia flexit ad ſe os ſuum. ¶ *Vir impius fo
dit malum: & in labiis eius ignis ardeſcit.* Et opere & ſermone uir impius ad malum tendit, nā ope
re fodit malum: hoc eſt tanquam fodiens quærit malum culpæ propriæ, & penæ alienæ.
Non.n. ſufficit ei occurrens malum, ſed quaſi fodiendo inquirit illud: ſermone vero tāquā
ignis ardens comburit: nocumenta mandando uel ſaltem excitando. ¶ *Homo peruerſus ſuſcia
tat lites: & uerboſus ſeparat principes.* Dictio interpretata peruerſus ſonat. *Reuolutionum.* Et di
ctio īterpretata uerboſus, ſonat. *Suſurro.* Homo qui vertit ſermones excitat litem (vel in
ter alios. vel inter ſe & alterum) ex hoc ipſo φ vertit ſermonem modo in iſtā, modo in illā
faciem. Moleſta n. eſt huiuſmodi reuolutio alteri, & propterea excitat litem: ſuſurris uero
officium eſt ſeparare amicos, ſiue etiam duces, deferendo utrūq; vtriq;. ¶ *Vir iniquus lactat
amicum ſuum: & ducit eum per viam non bonam.* Parui refert φ dictio interpretata ducit, ſonat.
Faciet ire. Sententia clara eſt, & vtinam non ſępe huiuſmodi ſeductiones contingerent.
Qui attonitis oculis cogitat praua: mordens labia ſua perficiet malum. Iuxta hebræum habetur. *Claudit ocu
los ſuos ad cogitandum reuolutiones, innuit labiis ſuis perfecit malum.* Primæ particulæ iam ſenſus q̄ ratio
in promptu eſt, quoniam cogitans φ uertatur reſpublica in ſtatū ſeu regimen alterum, clau
dit oculos, diſſimulat videre, ſinit currere actiones, & ſtudia diuerſorum in diuerſa, ut ſic
vertatur reſpublica in ſtatum aut regimen alterum. Et quod dicimus de republica, ſimile
proportionaliter intellige in rebus aliis. Ad exequendū.n. cogitatas uerſiones, vtile eſt clau
dere oculos. Sed ſecundæ particulæ ſenſus non eſt vſq; quaq; clarus, ſonare tamen videtur
diſparitatem inter machinantem auerſiones, & eum qui perfecit, qui potitus eſt concupito
malo. Illę.n. claudit oculos, ut aſſequatur malum, iſte autem innuit labiis: hoc eſt uult intel
ligi φ pareatur ei ad motum labiorum. Signum.n. φ iam perfecit malum, φ tyrannidem
firmauit eſt, φ vult ſine ſermone ad ſolum nutum labiorum obediri ſibi. ¶ *Corona dignitatis ſe
nectus: quæ in uiis iuſtitiæ reperietur.* Dictio īterpretata dignitatis ſonat. *Gloriæ.* Et aiunt hebrę
non ſenilem, ſed decrepitam ſignificari ętatem. Decrepita itaq; ætas perſeuerans in uia iu
ſtitię dicitur corona gloriæ: eo φ ornamentum eſt glorioſum apud omnes mortales.
¶ *Melior eſt patiens uiro forti: & qui dominatur animo ſuo expugnatore urbium.* Iuxta hebræum habetur.
Melior longus furorum quam potens: & dominator ſpiritus ſui quā capiens urbem. Iam dictum eſt φ longus
furorum eſt qui in longum protrahit iraſci. Qui itaq; nouit ſe continere ab irę impetu, me
lior eſt q̄ potens viribus exercere vindictam: & ſimiliter longe melior eſt dominator ſpiri
Seipſum ſibi ſubiicere, maximum eſt.
tus proprii q̄ expugnator urbium: eo φ iſte aduerſus alios præualet, ille uero ſeipſum poſ
ſidet, ſeipſum ſibi ſubiicit, quod eſt maximum in uirtute morali. ¶ *Sortes mittuntur in ſinum: ſed
a dño temperantur.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et a iehouah omne iudicium earum.*
Vſus ſortium frequens fuit apud hebræos, & homines quidem ſortes mittebant in ſinū
Sortes apud hebræos in vſu.
hoc eſt in locum congruum. Iudicium vero earum non ab homine ſed a ſummo deo expe
ctabatur. Ita φ non caſui aut fortunæ, ſed diuinę prouidentiæ iudicio committebantur ſor
tes, vt deus dirigeret ſortem bonam ad eum qui maieſtati eius magis placebat. Vnde corā
Deo (hoc eſt cum ſacrificiis uel orationibus) iaciebant ſortes.

¶ Melior

M*elior eſt bucella ſicca cum gaudio quam domus plena victimis cum iurgio.* Dictio interpraetata a gaudio ſonat. *Pace.* Eſt.n.ſenſus parabolæ, ꝙ melior eſt panis ſolus cum pace, q̄ domus plena animalibus optimis pro ſacrificio pacificorum ad ſolēne cōuiuium, cū iurgio, ſeu lite: Pax.n.præſtat omnibus obſoniis conuiuiorum. ¶ *Seruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis: & inter fratres hæreditatem diuidet.* Prima particula iuxta hebræum habet. *Seruus intelligens dominabitur filio pudore digno.* Vide quantum pręſtat intelligentia libertati, & dominio. Seruus.n.præſtantior ſcribitur domino ſuo, quum ſeruus fuerit intelligens, & dominus pudore dignus: hoc eſt turpis in moribus ſeu actionibus ſuis, & propterea oportet eum pudere factorum propriorum, & uſq; adeo præſtat dominis ſuis, ꝙ inter eos diuidet hæreditatem, in tantam euentus eſt authoritatem, vt inter eos qui fratres ſunt diuidendi hęreditatem poteſtatem accipiat. ¶ *Sicut igne probatur argentum & aurū camino, ita corda probat dominus.* Iuxta hebræū habetur. *Cinericiam argento & cementum auro: & diſcernens corda iehouah.* Carentes uocabulis propriis eorum quę purificant argentum & aurum, utimur vocabulis iuxta vulgare artificum purgantium aurum, & argentum. Parabole autem ſenſus clarus eſt ꝙ cinericiū diſcernit argētum, cementum vero aurum ab admixtis: deus autem diſcernit corda ab impuritatibus eorum. ¶ *Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus.* Dictio interpraetata obedit, & obtemperat, ſonat. *Auſcultat.* Et dictio interpraetata mendacibus, ſonat. *Fractionum.* Vir manifeſte malus auſcultat libēter uerba iniqua. Delectatur.n.audire iniquitates, & modos exequendi illas. Vir autem fallax qui ſimulat ſe virum probum libenter audit ſermones fractionum, ſiue quibus ſeipſos frangunt homines, ſiue quibus frangunt aliorum dicta vel facta. Delectatur.n.in huiuſmodi fractionibus tanquam porrigentibus illi media ad fallendum & præualendum. ¶ *Qui deſpicit pauperem exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius nō erit impunitus.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *Irriſor pauperis vituperat factorem eius.* Et hoc ſuperius declaratum eſt in cap. xiiii. ſecunda vero particula clara eſt: puniet.n.ſaltē a deo. ¶ *Corona ſenum filii filiorum: & gloria filiorum patres eorum.* Ornamentum ſenum eſt progenies vſq; ad nepotes: gloria vero filiorum, quanta ſit ex patribus patet, ex eo ꝙ gloriamur in patribus & auis. ¶ *Non decent ſtultum uerba compoſita: nec principem labium mendax.* Iuxta hebræum habetur. *Non pulchrum uili labium ſuperfluitatis: quanto magis principi labium falſitatis.* Appellatur labiū ſuperfluitatis ſermo iactantis ſe, vel promittentis ea quæ excedunt vires ſeu facultates. Et eſt ſenſus parabolę, ꝙ longe minus pulcher eſt in ore nobilium ſermo falſus, q̄ in ore perſone vilis ſermo ſuperfluus: vterq; ſiquidem dedecet: ſed ille magis. ¶ *Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis: quocūq; ſe vertit prudenter intelliget.* Iuxta hebræum habetur. *Lapis gratiæ munus in oculis dominorum eius: ad omne quo uerterint faciet intelligere.* Dictio īterpraetata faciet ītelligere, poteſt quoq; interpręrari. *Proſperabitur.* Efficacia munerum oblatorum a ſubdito domino eius, deſcribitur ad inſtar lapidis præcioſi gratiſſimi alicui. Quemadmodum.n. gratioſę aſpicitur præcioſus lapis, ita munus, & tantæ eſt efficaciæ, ꝙ ad omne quo offerens verterit petitionem ſuam faciet dominum intelligere, dabit intelligentiam nouam domino ad modum & viam faciendi offerentem voti compotem, quod vtinam frequentiſſimum non eſſet. Et ad idem tendit ſi legatur proſperabitur, prima tamē lectio magis propria eſt, & magis declarat quid faciat munus. ¶ *Qui celat delictum quærit amicitias: qui altero ſermone repetit ſeparat fœderatos.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et improperans rem ſeparat ſocium.* Amari quęrit tegens alterius crimen. Improperans autem beneficium ſeparat a ſe ſocium. Moleſta eſt enim & pro iniuria habetur improperatio. *Plus proficit correctio apud prudentem: quam centum plagæ apud ſtultum.* Iuxta hebreum habetur. *Melior clamor intelligenti: quam percutere ſtultum centies.* Veriſſimum eſt ꝙ clamor vnicus arguendo intelligentem, vtilior eſt mille percuſſionibus, ad arguendum ſtultum. Percuſſiones.n.iſtæ nihil proſunt: vigens autem intelligentia nō expectat iterum clamari aduerſus ſe, ſed ad primum clamorem corripit ſe. *Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.* Iuxta hebræum prima particula anceps eſt, nam legi poteſt. *Tantum rebellis quæret malum.* vel. *Tantum rebellionem quæret malus.* Et primæ lectionis ſenſus eſt, ꝙ vir rebellis quęrit dumtaxat malum, nihil boni quærit quoniam mala ſunt quę ſunt vtilia viro rebelli, & in publicis quidem rebellionibus manifeſte apparet hoc verificari, in priuatis autem ſimile quid intelligendum eſt. Poteſt nihilominus eiuſdem lectionis alter ſenſus eſſe, videlicet ꝙ ſolus rebellis querit malum, alia ſiquidem crimina admittunt mala, ſed rebellio quærit mala, ut rebellionem foueat. Secundæ autem lectionis ſenſus eſt ꝙ ſolus malus querit rebellionem, & hic ſenſus non eget ratione. Clarum eſt.n.ꝙ boni non querunt. Et quoniam tam quęrens malum q̄ quærēs rebellionem grauiſſimum incurrit crimen, ideo ſubiūgitur grauiſſima pœna. Videlicet ꝙ nuntius crudelis mittetur cō-

Eſt una dictio ſonās actione puta pudefacies, eſt.n. hiphil.

Labium ſuperfluitatis.

Efficacia munerum.

Improperatio beneficii iniuria eſt.

Propriæ habet, deſcendit icrepatio in ītelligētē vl' ponit techath pro echath. i. vna, & eſt prima dictio verſus.

tra eum ſiue a rege,ſiue a Deo. Et appellatur nuncius crudelis quo ad modum excedẽdi vindictam inſtar crudelis. ¶ *Expedit magis urſæ occurrere raptis fœtibus:quam fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua.* Sententia redditur.hebraicus tamen ſermo mutilus eſt,nam legitur. *Occurrere urſum orbatum in uirum,& non ſtultum in ſtultitia ſua.* Et nihil aliud ſcribitur. Subintelligitur autem tollerabilius eſt occurrere urſum filiis orbatum uiro,quam occurrere virum ſtultum in ſtultitia ſua: quoniam urſus agit ſolo impetu paſſionis,homo autem ſtultus agit ratione ſtultitiam ſuã, & propterea deterior eſt. Nec ſtulti nomine intelligas amentem ſeu fatuum,ſed imprudẽtem ac impudentem. ¶ *Qui reddit mala pro bonis:non recedet malum de domo eius.* Si ad meritũ ſpectas,veriſſima eſt ſententia. Meretur.n.iuge malum in domo propria,qui reddit alteri malum pro bono. Si ad euentum reſpicimus,videmus quandoq; hoc verificari,& forte ſępiſſime,multa habemus exempla,de hoc in ſcripturis. ¶ *Qui dimittit aquam caput eſt iurgiorum:& ante quam patiatur contumeliam iudicium deſerit.* Iuxta hebræum habetur. *Aperiens aquas principium litis:& antequam miſceatur lis,dimitte.* Documentum ad vitandam litem duplex datur. Alterum ad non præbendum occaſionem litigandi ſub methaphora aperientis hinc & inde aquæ alueum. Minuit.n.aut tollit curſum aquæ ad locum ſuum:ac per hoc principium dat litis cum eo qui inde damnum incurrit. Alterum ad cauendum a mota lite antequã lis ſit conteſtata monendo,dimitte litem antequã miſceatur. Et eſt ſermo de lite quã agis,nõ quã pateris. ¶ *Et qui iuſtificat impium & condemnat iuſtum,abominabilis eſt vterq; apud deum.* Siue in iudicio,ſiue extra iudicium dicens virum impium eſſe iuſtum,ſeu dicens uirum iuſtum eſſe impium:abominabilis eſt vterq; apud ſummum deum. Eſt.u.hic nomen tetragrammaton. *Quid prodeſt ſtulto habere diuitias quum ſapientiam emere non poſſit.* Iuxta hebræum plus habetur. *Quare hoc præcium in manu ſtulti:acquirere ſapientiam,& cor non.* Vanum cenſetur præcium in poteſtate ſtulti, ex eo quod neq; cor neq; ſapientiam emere poteſt:& ſapientia quidem refertur ad partem intellectiuã, cor uero ad partem appetitiuam, & ſummitur pro perfectione appetitiuæ partis,hoc eſt pro virtute morali. Facultates.n.ſunt organa facilitatis conſiſtentis in virtute:& ideo cenſentur vanæ in ſtulto,qui acquirere non poteſt eſſe cordatum & ſapientẽ. *Qui altam facit domũ ſuam quærit ruinam:& qui euitat diſcere:incidet in malum.* Nihil huius clauſulæ habetur in hebræo. ¶ *Omni tempore diligit:qui amicus eſt:& frater in anguſtiis comprobatur.* Secunda particula iuxta hebræũ habetur. *Et frater ad anguſtiam naſcetur.* Et eſt ſenſus quod natiuitas fratris ordinatur ad opem ferendam fratri in anguſtia. Eget n.frater fratre tempore neceſſitatis. Quẽadmodum itaq; frater naſcitur ad opitulandum in anguſtia,ſic amicus diligit nõ tempore proſperitatis dũtaxat:ſed omni tempore, hoc eſt etiã tpe aduerſitatum:alioquin eſt amicus fortunæ non hominis. *Homo ſtultus plaudet manibus quum ſpoponderit pro amico ſuo.* Iuxta hebræum habetur. *Homo minutus corde tangens manum, fideiubet fideiuſſionem ante ſocium eius.* Quia dictio interpretata ante anceps eſt ad ante vel coram,ideo anceps quoq; eſt ſenſus. Nam ſi legitur ante,ſenſus eſt quod vir deficiens corde tangit manum tãquam ſignum fidei,& fideiubet antequã ſocius fideiubeat. Pertineret.n.fideiubere ad ſocium illius pro quo fideiubet,& non ad ipſum, & propterea defectui cordis aſcribitur præuentio fideiuſſionis. ¶ Si uero legitur. *coram.* Senſus eſt quem vulgata editio tranſtulit videlicet,quod vir deficiens corde tangit manum plaudendo coram ſocio ſuo pro quo fideiuſſit. Et aſcribitur ſtultitiæ hoc ſignum gaudii, deberet enim cogitare de ſatisfactione,ut ſuperius capitu.6.ſcriptum eſt. ¶ *Qui meditatur diſcordias diligit rixas:& qui exaltat os ſuum quærit ruinam.* Iuxta hebræum hebræum. *Amans rebellionem amat contentionem:eleuans oſtium ſuum quærit fractionem.* Prima pars clara eſt: ſecunda autem obſcura, ſonat tamen quod exaltans oſtium ſuum non corporea elatione:ſed uſurpata authoritate,uolens ſeruari impunes ingredientes oſtium domus ſuæ. Multi.n.ſic exaltant oſtium domus propriæ. Et de hoc hominum genere dicitur quod quærit fractionem,quod facto quærit frangi a populo,ſeu magiſtratu aut a rege. Odioſum eſt.n.hoc illis qui reipublicæ curam agunt. ¶ *Qui peruerſi cordis eſt non inueniet bonum:& qui uertit linguam incidet in malum.* Parui refert quod prima particula iuxta hebræum habetur. *Iniquus corde non inueniet bonum.* Inter iniquum corde & uertentem linguam propriam fit comparatio: quod ille non inueniet bonum: iſte cadet in malum, ergo iſte peior eſt illo,quãto peius eſt incedere in malum quam carere bono. ¶ *Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam:ſed nec pater in filio fatuo lætabitur.* Iuxta hebræum habetur. *Generans ſtultum in triſtitiam ſibi:& non lætabitur pater uilis.* Inter patrem ſtulti & patrem vilis animo fit comparatio,quod ille triſtitiam propriam genuit,iſte uero priuatur lætitia,ergo infelicior eſt primus. *Animus gaudens ætatem floridã facit:ſpiritus triſtis exiccat oſſa.* Prima particula iuxta hebręum habetur. *Cor lætum benefacit medicina.* Hoc eſt tanquam medicina benefaciet corpori. Lætitia.n.cordis valde confert corpori. Quo contra ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Hoc eſt contenta in oſſibus

medullas

Quare tollerabilior occurſus urſi quam ſtulti.

Et cor conſtruit eis nõ. Vanæ ſunt diuitiæ in manu ſtulti.

Expoſitio quorũdam rabinorum.

Qui ſint amici fortunæ non hominis.

Lætitia valde confert corpori.

medullas ſcilicet. Triſtitia.n.valde inimica eſt ſanitati corporis & vitę: quoniam conſiſtit in motu contrario motui vitali. Viuificatio.n.corporis a corde proficiſcitur per modũ pulſus. Triſtitia autem in retractione ſpirituum conſiſtit. *Munera de ſinu impius accipit: ut peruertat ſemitas iudicii.* Parui refert ꝙ hebraice legitur in caſu genitiuo. *Impii.* Certum eſt.n.ꝙ ſolus impius dat & ſolus accipit munera ad peruertẽdum ſemitam iuſticiæ. Iuſti.n.neq₃ dant neq₃ accipiunt ad huiuſmodi effectum. ¶ *In facie prudentis lucet ſapientia: & oculi ſtultorum in finibus terræ.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *Facies intelligentis ſapientia.* Nullum q₃ verbũ apponitur. Et eſt ſenſus ꝙ etiam facies intelligentis præfefert ſapientiam, pro quanto vigens intellectu vtitur facie ſapienter. Quo contra ſtultus vtitur inſipiẽter facie, uagis oculis aſpiciendo ad angulos ſeu extremitates terræ. ¶ *Ira patris filius ſtultus: & dolor matris quæ genuit eum.* Filius.n.imprudens prouocat patrem ad iram, in matre autem parit amaritudinem.

Lætitia valde confert corpori.

Q ſo ſipſa & ſtultitia in facie appareat.

¶ *Non eſt bonum damnum inferre iuſto: nec percutere principem qui recta iudicat.* Iuxta hebræum habetur. *Etiam condẽnando ad iuſtum non bonum: ad percutiendum principes ſuper rectitudine.* Obſcura eſt ſentẽtia pōderantibus uerba ut iacent. Poteſt tamen eſſe ſenſus etiam ſi cōdẽnatio pertingat ad iuſtũ, ita ꝙ iuſtus dãnetur, non propter hoc eſt medium bonum ad percutiendum principes ſuper rectitudine: hoc eſt recte iudicantes. Contingit.n. principes communiter recta iudicantes quandoq₃ condennare iuſtum. contingit autem multis modis. Dauid enim princeps nimis præceps dãnauit Miphiboſeth. Nabucdonoſor coactus dãnauit Danielem: Rex iſrael repentina ira mandauit præcidi caput Heliſei. Et populus hebreus in Babylone deceptus a falſis teſtibus dãnauit Suſannam. *Qui moderatur ſermones ſuos doctus & prudens eſt: & precioſi ſpiritus vir eruditus.* Iuxta hebrẹum habetur. *Prohibet dicta ſua ſciens ſcientia: & precioſus ſpiritu uir intelligentiæ.* Quanto reliquis maiori uiget ſcientia, tanto magis ponderat eloquia ſua, & multa conſiderando retinet apud ſe dicta ſua aſpirans ad melioratuir quoq₃ uigens intellectus acumine in magno habetur precio non pecuniæ ſed ſpiritus, precio inquam ſpirituali cui incomparabiles ſunt diuitię omnes. ¶ *Stultus quoq₃ ſi tacuerit ſapiens reputabitur: & ſi compreſſerit labia ſua intelligens.* Tam ſilentium ſpontaneum q̃ clauſio labiorum prouocatorum in conuentu colloquentium, ſignum eſt ſapientiæ & intelligentiæ: & propterea etiam imprudens ſi hæc ſeruauerit reputabitur ſapiens & intelligens, vel abſolute a non cognoſcentibus eum, vel pro tunc ab omnibus.

Silentii ſpectatus effectus

CAP. XVIII.

O*Ccaſiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis.* Iuxta hebræum habet. *Pro appetitu quæret ſeparatus: in omni ſtatuto miſcebit ſe.* Cerne q̃ diſpar eſt vulgata editio ab hebraica veritate. Vir ſeparatus animo a conuerſatione cōmuni, quæret, perſeuerat quærendo pro appetitu: hoc eſt viuendi modum iuxta appetitum proprium. Is.n. cui non placet cōmunis conuerſatio, quærit iugiter aliquem viuendi modum conformem appetitui ſuo, & quærendo miſcet ſe in omni ſtatuto, reuoluit codices ſtatutorum diuerſorum circa diuerſos viuendi modos, ſi forte inueniat vel hauriat viuendi modum aliquem ſecundũ deſiderium ſuum. *Non recipit ſtultus uerba prudentiæ: niſi ea dixeris quæ uerſantur in corde eius.* Iuxta hebræum habetur. *Non uolet ſtultus intelligentiam: ꝙ ſi ad detegendum cor ſuum.* Et eſt ſenſus ꝙ ſtultus non ſtudet ad intelligendum: ꝙ ſi ſtudet ad intelligẽdum, ſtudet ad hoc ut detegat cor proprium: hoc eſt ad manifeſtãdum aliis quod ipſe intelligit. Vanagloria itaq₃ deſcribitur ſinis imprudentis ſi ſtudet ad penetrandum aliqua intellectu. Abſolute autem non placet illi intelligẽtia rerũ, aut ſcriptorũ. ¶ *Impius quum in profundum uenerit peccatorũ contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium.* Iuxta hebræum habetur. *Veniente impio: uenit etiam contemptus: & cum ignominia uituperium.* Comes impii deſcribitur contemptus actiuæ eo ꝙ impii eſt vilipendere, & iura, & homines, ueniente autem ignominia (hoc eſt homine ignominioſe uiuente, utpote turpia exercente) comitatur eum vituperium proprium. Inter impium autem, & turpem moraliter differentia eſt, ꝙ turpis agit ea quę ſunt infamię, puta innebriatur, ſcurrã agit & ſimilia facit, impius autem iniquitatibus delectatur, & quę ab hominibus honorãtur agit vt occupantes regna ſunt. ¶ *Aqua profunda uerba ex ore uiri: torrens redundans fons ſapientiæ.* Dictio interpretata fons, ſonat. *Vena.* Duo genera ſermonum ſapientum deſcribũtur. Alterum occultatum uel excelſarum ſententiarum, & hoc genus aſſimilatur aquis profundis, quæ & excelſæ ſunt ſecundum profunditatem, & in fundo quod eſt latet nos. Alterum abundans in alios: vt doctrina ſapientiæ qua ſapientes alios docent, & huiuſmodi ſermo aſſimilatur torrenti ſeu fluminis abundanti. ¶ *Accipere perſonam impii in iudicio non eſt bonum: ut declines a ueritate iudicii.*

Hoies non conuerſãtes ul inquieti.

Vanagloria finis ſtulti.

Impius, & turpis quo differant.

dicii. Iuxta hebræum habetur. *Eleuare faciem impii non bonum: ad inclinandum iuſtum in iudicio.* Minus dicitur, & plus ſignificatur. Dicitur.n.non eſſe bonum, ſignificatur autem eſſe peſſimū eleuare faciem impii: hoc eſt honorare impium ad humiliandum iuſtum in iudicio. Fiunt.n. duo mala: alterum ꝙ in iudicio ſpectatur ad perſonam impii, alterum ꝙ tollitur ius iuſti. ¶ *Labia ſtulti immiſcent ſe rixis: & os eius iurgia prouocat.* Iuxta hebræum habetur. *Labia ſtulti venient in litem: & os eius percuſſiones vocabit.* Facile ſermones uiri imprudentis fiunt litigioſi, & frequēter os eius facto uocat percuſſiones: Dicendo.n. verba percuſſione digna uocat facto percuſſiones ſibi inferendas. ¶ *Os ſtulti contritio eius: & labia ipſius ruina animæ eius.* Declaratio eſt pręcedentis particulæ: & dictio interpręata ruina ſonat. *Laqueus.* Os ſtulti (hoc eſt ſermo ipſius ſtulti) frangit imprudentem ipſum. Loquitur .n. contraria ſibi, quandoq; vero dicit ea quibus illaqueatur, & vtroq; modo aduerſus ſe loquitur. Illaqueatur autem animus eius propriis verbis, quia nequit euadere, ſed eſt tanquam auis quæ incidit in laqueum. ¶ *Verba bilinguis quaſi ſimplicia: & ipſa perueniunt uſq; ad interiora uentris.* Dictio interpręata ſimplicia ſonat. *Percuſſiones.* Aſſimilantur.n. verba ſuſurronis mutantis linguam cum hoc & illo, percuſſionibus: quoniam percutiunt animos huius & illius, nec ſunt percuſſiones leues tanquam cutem percutientes, ſed penetrantes uſq; ad cubicula ventris, hoc eſt penetralia animi inſtar percuſſionum corporearum, quæ penetrant ad intima corporei uentris. ¶ *Pigredo deiicit timor: animæ autem effœminatorum eſurient.* Nihil huius clauſulæ habetur in hebræo. ¶ *Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis.* Iuxta hebræum habetur. *Etiam lentus in opere ſuo: frater ipſe deſtructoris.* Contingit ꝙ lentus ad opera propria feſtinus eſt ad adiuuandum deſtructorem, & propterea dicitur frater deſtructoris. ¶ *Turris fortiſſima nomen domini: ad ipſum currit iuſtus & exaltabitur.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. *Turris fortitudinis nomen iehouah: ad ipſam curret iuſtus & roborabitur.* Aſſimilatur nomen ſummi dei turri fortitudinis eo ꝙ inuocatio eius ſimilis eſt efficaciæ relatiue ad confugientes ad ipſum. Roborat .n. concurrentes ad eum: alioquin actum eſſet de peccatoribus. ¶ *Subſtantia diuitis urbs roboris eius: & quaſi murus ualidus circumdans eum.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et ſicut murus ualidus in cœlaturis eius.* Prima particula repetitio eſt ſuperius habitę cap. x. ſecundę autem particulæ ſenſus eſt, ꝙ apud diuitem aula uariis inciſionibus artis ornata, reputatur tanquam murus fortis. Tendit.n. parabola ad hoc ꝙ diues reputat diuitias tanquā ciuitatem fortitudinis ad tuendum eum, & ornamenta domus reputat quaſi murum fortem. Exiſtimat.n. inter huiuſmodi ornamenta ſe eſſe ſecurum tanquam intra murum fortem, quaſi ornamenta illa prohibeant aliorum animos ab offenſione ipſius. ¶ *Antequam conteratur exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur humiliabitur.* Parabola hæc repetitio eſt ſcriptę ſuperius cap. 16. & propterea non oportet expoſitionem repetere. ¶ *Qui prius reſpondet quā audiat: ſtultum ſe eſſe demonſtrat & confuſione dignum.* Iuxta hebręum habetur ultima particula. *Stultitia ipſa ei & pudor.* Senſus clarus eſt & veritas clarior. ¶ *Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam, ſpiritum uero ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere.* Iuxta hebræum habetur. *Spiritus uiri feret ægritudinem ſuam: & ſpiritum contritum quis feret illum.* Diſparitas inter mala ſpiritus (mala quaſi congenita ſeu ab intrinſeco nata) & mala eiuſdem ab extrinſeco proficiſcentia deſcribitur, penes hoc ꝙ illa ſunt tollerabilia, iſta vero intollerabilia. Aſſimilans itaq; mala congenita ſeu ab extrinſeco nata ęgritudinibus dicit, ꝙ viri ſpiritus ſufferēt ægritudines proprias (puta puſillanimitatem, iracundiam, eſſe pręcipitem, & alias huiuſmodi animi ægritudines) ſpiritum uero contritum ab alio (hoc eſt non ſolum percuſſum & fractum, ſed etiam quaſi contritum ignominiis, deſpectionibus, irriſionibus aliiſq; iniuriis) quis ſufferet: ac ſi apertius dixiſſet itollerabilis eſt, non ꝙ penitus intollerabilis ſit, ſed quia difficile valde tollerari poteſt. ¶ *Cor prudentis poſſidebit ſcientiam, & auris ſapientum quæret doctrinam.* Iuxta hebręum habetur. *Cor intelligentis acquiret ſcientiam, & auris ſapientum quæret ſcire.* Auditu qui auribus exercetur utitur ſapiens ad quęrendum ſcire. Audiens.n. ſapiens ſapientior fiet: corde uero vtitur intelligens ad acquirēdum ipſam ſcientiam: quoniam adhibet diligentiam ad intelligendum ea quæ audit. *Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes ſpacium ei facit.* Sententia redditur: ſecundæ tamen particulæ vltima uerba ſonant. *Ducet eum.* Experientia teſtatur ꝙ deferenti munus aperitur via curialium frequentia occupata, & ante principes ducitur deferens munus. *Iuſtus prior eſt accuſator ſui, venit amicus eius & inueſtigabit eum.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *Iuſtus primus in lite ſua.* Nihil dicitur de accuſatione: futuri quoq; temporis eſt quod ſubiungitur. *Et veniet.* Eſt autem parabola ꝙ cum aduerſus iuſtum conſurgit lis ſeu quærimonia: & vniuerſaliter quum imponitur ei crimen aliquod, iuſtus primus eſt ad loquendum non expectat accuſatorem aut teſtes, ſed ſciens ſe iuſtum, prius loquitur confidens in innocentia ſua.

Stultus illaqueatur propriis verbis.

Quare nomen domini turris fortitudinis.

Eſt ſingulis nu. a verbo ſonāte pingere, vel aſpice re. pſ. 33. ver. 7. redditur cogitationes.

Diues, ob diuitias ſe tutum putat.

Differentia inter mala cōgenita & īproperata.

ſua. Loquitur autem veritatem, & non expectat examinari & reſpondere ad obiecta. Oportet autem vt inueſtigator eius non ſit inimicus, & propterea ſubiungitur, & veniet amicus eius qui non agitur odio aut paſſione aliqua aduerſus iuſtum: uenit inquam amicus non hominis, ſed iuſti, & inueſtigabit cum diſcutiendo cauſam eius. Si.n. iudex non eſſet amicus iuſtitiæ facile eſſet corrumpi iudicium. ℭ*Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoq; diiudicat.* De contradictionibus circa temporalia bona (honores facultates, & huiuſmodi) eſt ſermo. Diſſenſiones.n tales ob temporalia bona ſors facit quieſcere: & ſimiliter inter potentes ſeu fortes ſors diuidit quod in quæſtionem vertitur. Concordant.n. in ſortis euẽtu. ℭ*Frater qui adiuuatur a fratre quaſi ciuitas firma: & iudicia, quaſi uectes urbium.* Iuxta hebræum habetur. *Frater rebellis pro ciuitate fortitudinis: & inimicitiæ manifeſtæ tanquam uectes palatii.* Frater rebellis (proculdubio a fratre) minus expugnabilis eſt q̃ ciuitas fortis. Et eſt ſermo iſte partim hyperbolicus & partim verus, hyperboles quidẽ eſt ꝙ frater ſit inexpugnabilior ciuitate forti, quemadmodum dicimus hominem uelociorem aquila: ueritas autem eſt, ꝙ facilius flecti poteſt ciuitas fortis mutando animos ciuium q̃ flectatur animus fratris rebellis. Eſt.n. vnicus, pertinax, & contemnens: in ciuitate autem forti nihil horum oportet eſſe. Quod vero adiungitur in ſecunda particula ſimile eſt contentis in prima. Sonat.n. quod manifeſtę inimicitiæ inter aliquos ſunt ſicut vectes palatii. Claudunt.n. aditum ſuadentibus pacem valde firmiter quẽadmodum uectes palatii claudunt oſtium eius. ℭ*De fructu oris uiri replebitur uenter eius & genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum.* Sententia redditur, & clara eſt. Multos enim videmus uiuere & ditari de fructu oris, docendo, orando. Et.n. aſſimilabitur fructus oris prouentui frugum terræ, eſt &c. tanquã germen labiorũ quẽadmodum eſt germen terræ. ℭ*Mors & uita in manibus linguæ, & qui diligunt eam comedent fructus eius.* Manus linguæ poteſtas eſt linguæ ad loquẽdum ea quæ ſunt mortis, & ea quæ ſunt vitæ: & propterea diligentes linguã ad officium vitæ comedent fructus vitæ: diligentes autem linguam quoad officium mortis comedent fructus mortis. Et verificantur hæc ſecundum merita, & euentum internum hoc eſt uitam vel mortem aĩę. ℭ*Qui inuenit mulierem bonam inuenit bonum: & hauriet iucunditatem a dño.* Iuxta hebræum non habetur illud adiectiuũ bonam, & dictio interprætata iucũditatẽ ſonat. *Voluntatem.* ſeu. *Beneplacitum.* Et ſcribitur tetragrammaton. Eſt itaq; prima particula ſ inuenit mulierem inuenit bonum. Et ſumitur inuenire proprie ut diſtinguitur contra reperire. Inuenimus.n. queſita, reperimus autem occurrentia, eſt itaq; ſenſus ꝙ qui poſt diligentem inquiſitionem inuenit vxorem inuenit bonum. Docet.n. per hoc Salomon nõ eſſe deſponſandam mulierem niſi præmiſſa diligenti inueſtigatione. Tunc.n. ſi inuenit vxorẽ inuenit bonum, quoniam præmittens huiuſmodi diligentes inueſtigationes circa conditiones mulieris, non aſſentit niſi bonæ, & propterea ſubiungitur, & eduxit beneplacitum (ſeu quod voluit a iehouah) obtinuit.n. quod voluit a ſummo Deo. Duo itaq; docet ducturum vxorem: alterum quod adhibeat diligentem inueſtigationem: alterum ꝙ agnoſcat beneficium hoc a ſummo deo: inueniſſe ſcilicet vxorem qualis dicta eſt. ℭ*Qui expellit mulierem bonam expellit bonum: qui autem tenet adulteram ſtultus eſt & inſipiens.* Nihil huius clauſulæ habetur in hebreo. ℭ*Cum obſecratione loquitur pauper: & diues effabitur rigide.* Dictio interpretata effabitur ſonat. *Reſpondebit.* Videmus quotidie hæc adimpleri. Pauperes.n. obſecrando loquuntur: diuites autem reſpondent dure. ℭ*Vir amicabilis ad ſocietatem: magis amicus erit quã frater.* Iuxta hebræum habetur. *Vir ſociorum ut ſit ſociatus: & eſt amans adhærens pluſquam frater.* Amicorum genera duo deſcribuntur, alterum eorum qui affabiliter ac comiter conuerſantur: alterum eorum qui plus diligunt q̃ frater, & iſti rariſſimi ſunt. Primi in prima particula deſcribuntur dicendo ꝙ vir ſociorum (hoc eſt qui delectatur ſocietate) ad hoc tendit vt ſit ſociatus vt habeat ſocios cum quibus conuerſetur. Alii uero in ſecunda particula deſcribuntur dicendo & eſt amans adhærens amato pluſquam frater.

Iuſti fiducia.

In lingua vita ſita eſt & mors.

Admonitio ducentis vxorem:

Duo amicorũ genera.

C A P. XIX.

M*Elior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua: quam diues torquens labia ſua & inſipiens.* Dictio interprætata ſimplicitate ſonat. *Perfectione.* In ſecũda autem particula ſuperfluit dictio diues. Nulla ſit diuitis mentio, ſed comparatur pauper gradiens in integritate animi ſui imprudenti labiorum tortorum, & eſt ſenſus, ꝙ melior eſt pauper procedens in ſtudiis ac operibus ſuis integre q̃ procedens labiis tortis (hoc eſt ſermonibus tortuoſis) imprudens. E regione ſi quidem pauperis deſcribitur ſtultus, & e regione ambulantis in perfectione ſua deſcribitur torquens labia ſua tanquam ambulans ſermonibus tortuoſis. Ex di

Melior eſt paupertas q̃ imprudentia.

citur melior quo ad fructum quia plus proficit in ſtudiis & operibus ſuis pauper progrediens in ſua integritate q̄ progrediens tortuoſis ſermonibus imprudens. ¶ *Vbi non eſt ſcientia animæ non eſt bonum: & qui feſtinus eſt pedibus offendit.* iuxta hebræum habetur. *Etiam ſine ſcientia animæ non bonum: & feſtinus pedibus peccator.* Amphibologia occurrit in prima particula an dictio animæ iungatur præcedentibus an ſequentibus. Si.n. iungitur præcedentibus ſenſus eſt, etiam neſcire animam non bonum. Si uero iungitur ſequentibus, ſenſus eſt etiam ſine ſcientia non bonum animæ eſt, vterq; autem ſenſus verus eſt. Nam & neſcire animā (quæ eſt vitę principium) eſt ignorare ſeipſum, & carere ſcientia eorum quæ debet homo ſcire non eſt ad bonum animæ, hebræa tamen porrigunt potius primum ſenſum. Dictum ſiquidem in genere fuerat ꝙ ſcire quæritur a ſapientibus & intelligentibus, dicitur nunc in ſpecie de ſcire animam ꝙ etiam ſine ſcire animam non inuenitur bonum. Impoſſibile eſt enī ꝙ aliquis ſit bonus, & ignoret animum, ignoret ſeipſum, ignoret ſe liberi arbitrii eſſe, ignoret vera bona eſſe bona animi. Apte autem ignorantie animi adiungitur præcipitatio quæ opponitur prudentię ſub metaphora feſtinanter ambulantis. Et eſt ſenſus ꝙ feſtinus in ſuis afferentibus eſt peccator. Qui.n. feſtinat ad exequendum proprias affectiones procul dubio ſæpe peccat. Oportet.n. conſilium intercedere examinans, an expediat exequi illud ad quod appetitus trahit. Pedes.n. in ſacris literis pro affectibus ſępe ponuntur. ¶ *Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius: & contra deum feruet animo ſuo.* Iuxta hebreum habetur. *Stultitia hominis torquebit uiam eius: & ſuper iehouah iraſcetur cor eius.* Vide quo progreditur ſtultitia hominis. Primum.n. torquet a recto itinere viam hominis moralem, deinde excitat cor hominis ad irā aduerſus deum tanquam deus iniurietur illi vel in rebus, vel in honoribus, vel in filiis, & huiuſmodi. ¶ *Diuitiæ addunt amicos plurimos: a paupere autem & ii quos habuit ſeparantur.* Amici fortunæ deſcribuntur quales vbiq; videmus. ¶ *Teſtis falſus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia non effugiet.* Sententiæ clarę ſunt: & verificantur tam ſecundum merita, q̄ apud diuinum tribunal infallibiliter. ¶ *Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis.* Dictio interpræta potentis ſonat. *Liberalis.* Secunda autem particula iuxta hebræum habetur. *Et omnis ſocius viro donorum.* Facta hominum teſtantur ſententias iſtas eſſe ueras. Liberales.n.a multis coluntur: & vir largitor donorum, comitatus ab omnibus & graditur & domi manet. ¶ *Fratres omnes pauperis oderunt eum: inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. Qui tantum uerba ſectatur nihil habebit.* Hebraica litera cogit ad dirimendum cōtextum vulgatę editionis, nam loco horum iuxta hebræum habetur. *Omnes fratres pauperis oderunt eum: quanto magis a ſocio ſuo ſe elongauerunt ab eo ſequente dicta non eorum.* Argumentum eſt ad excuſandum ſocios relinquentes ſocium non acquieſcentem eorum dictis, ſed ſectantem dicta non eorum: excuſantur ſiquidem iſti ex eo ꝙ fratres (hoc eſt conſanguinei) pauperis relinquunt pauperem tanquam odio habentes eum. Perſpicuum eſt.n. & ꝙ maior eſt neceſſitudo fraterni vinculi q̄ ſocietatis, & ꝙ minor eſt ratio relinquendi fratrem paupertas q̄ diſſentio a ſociis talis ꝙ acquieſcit potius aliorū dictis q̄ ſociorum. ¶ *Qui poſſeſſor eſt mentis diligit animam ſuam: & cuſtos prudentiæ inueniet bona.* Iuxta hebræum habetur. *Acquirens cor diligit animam ſuam: cuſtodiens intelligentiam ad inueniendum bonum.* Vacans ad hoc vt fiat cordatus diligit vere animum ſuum: vtpote ſtudens bono illius: curam vero gerens intelligentiæ, vacat ad inueniendum bonum. Meditando enim & legendo vel audiendo cura habetur intelligendi, & his mediis inuenitur ab intellectu bonum. ¶ *Falſus teſtis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia peribit.* Repetitio eſt parabolæ ſuperius ſcriptæ in capitulo hoc eodem, nec opus eſt repetere expoſitionem. *Non decent ſtultum delitiæ: nec ſeruum dominari principibus.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Non pulchrum ſtulto ſolatium: quanto magis ſeruo dominari principibus.* Argumentum eſt ad dānandum prīcipatum ſerui ſuper nobiles. Si enim ſolatia ludorum venationum et ſimilium dedecēt ſtultum, multo magis dedecet ſeruum dominari principibus, ſolatia ſiquidem decent ſapiētes poſt longa ſtudia ad ea quę ſunt reipublicæ vel ſcientiæ vel ingenii. Ad recreandos enim animos ſuapte natura ordinantur: & propterea dedecent imprudentes quorum occupatio non fuit in huiuſmodi bonis officiis, multo autem maior dedecentia inuenitur ſi ſeruus dominatur dominis: quum dominari repugnet ſeruo. *Doctrina uiri per patientiam noſcitur: & gloria eius eſt inqua prætergredi.* Iuxta hebræum habetur. *Intellectus hominis eſt prolongare furorem ſuum: & gloria eius pertranſire rebellionem.* Ad intellectus vigilantiam ſpectat dominari propriæ irę & in longum differre eam. Intellectus .n. debet præſidere motibus appetitus: & non trahi ab eis: conſequenter autem gloria viri eſt occurrentes rebelliones (hoc eſt contemptum aliquem) ſurda aure pertranſire, vt non abducatur ab huiuſmodi iniuriis. Aiunt.n. hebræi ꝙ dictio interpræta rebellionem, ſonat peccatum ex contemptu. ¶ *Sicut fremitus leonis ita & regis ira: & ſicut ros*

Impoſſibile eſt ꝙ ſit bonus qui ſeipſum neſcit.

Pedes

Indecens eſt ſeruū dn̄ari eſſe.

Qualis vigilantia intellectus.

ſuper

ſuper herbam, ita & hylaritas eius. Sententia redditur: & methaphoræ claræ ſunt. Terret enĩ regis
ira quemadmodum leonis rugitus occurrentis: & proportionaliter ſuauis eſt beneuolen-
tia regis quæ ſignis monſtratur quemadmodum ros ſuper herbam. ¶ *Dolor patris filius ſtul-
tus: et tecta iugiter perſtillantia: litigioſa mulier.* Dictio interpraetata dolor, ſonat. *Fractio.*
Secunda particula breuior iuxta hebræum habetur, videlicet. *Gutta continua lites mulieris.*

Duo mala viri ex vxore & filio.

Duo mala viri deſcribuntur, alterum ex filio ſtulto, hoc eſt imprudente, alterum ex vxo-
re litigioſa: & illud quidem fractio patris dicitur, quia ſæpe animus patris inde fran-
gitur. Hoc autem aſſimilatur aſſiduæ ſtillanti guttæ quæ intolerabilis eſt cadens ſuper
aliquem, cauat enim etiam lapidem, ſic moleſta eſt viro mulier litigioſa. ¶ *Domus &
diuitiæ dantur a parentibus: a domino autem proprie vxor prudens.* Dictio interpraetata dantur, ſonat.
Hæreditas. Et dictio interpraetata prudens ſonat. *Intelligens.* Nec habetur proprie, &

Hæreditas a parẽtibus ſed vxor a deo donaẽ.

ſcribitur tetragrammaton. Diſparitas itaq; inter vxorem vigentem intellectu & domum
ac facultates deſcribitur penes hoc ꝙ domum & facultates iure hæreditario a patribus ha-
bemus: vxorem autem cordatam a iehouah. Peculiare dei donum non omnibus cõmune
ſignificatur habere vxorem cordatam. Appropriatur itaq; deo donum hoc, eo ꝙ ſuccedere
patribus cõmune eſt omnibus: habere autem vxorem ſenſatam rarum eſt: & non fortunæ
ſed Deo tribuendum. ¶ *Pigredo immittit ſoporem, & anima diſſoluta eſuriet.* Dictio interpraetata diſ-
ſoluta ſonat. *Doli.* Quod pigritia cauſet ſoporem manifeſtum eſt: ſed anima doli non eſt
perſpicua: intelligo tamen ꝙ animus auidus doli eſuriet eo ꝙ expectando occaſiones doli
exequendi ocioſus interim eſt, & propterea eſuriet, quia nec licita, nec illicita lucra acquirit.
¶ *Qui cuſtodit mandatum cuſtodit animam ſuam: qui autem negligit viam ſuam, mortificabitur.* Secunda particu-
la iuxta hebræum habetur. *Vilipendens vias eius morietur.* Et pronomen eius demonſtrat man-
datum. Eſt enim ſenſus, cuſtos mãdati cuſtodit animum ſuum, contemnens autem vias mã-
dati morietur: & verificaẽ hoc ſecdm meritũ, quia meretur mori, meretur enim priuari vita
præſenti contemnens mandata legis aut regis: quo contra curam habens præceptorum cu-
ſtodit vitam tum animæ tum corporis. ¶ *Fœneratur domino qui miſeretur pauperis: & viciſſitudinem
ſuam reddet ei.* Dictio interpraetata, fœneratur ſonat. *Mutuat.* Et apponitur nomen tetragrã-
maton, ſecunda autem particula iuxta hebræum habetur. *Et meritum eius repenſabit ei.* Magnæ

Hæc ſunt verba dñi Mat. 25. qđ vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.

gratię reuelatio, dum miſericordiæ opus exerces erga pauperem, donas quidem homini, ſed
mutuas deo, mutuas autem reddituro tibi iuxta meritum tuum. ¶ *Erudi filium tuum & non deſpe-
res, ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.* Dictio interpraetata interfectionem anceps eſt
ad interfectionem vel rumorem. Caſtiga inquit filium tuum, quia eſt ſpes ut corrigatur &
caue ne eleues animam tuam ad ĩterfectionem eius tanquã incorrigibilis: vel ne eleues ani-
mam tuam ad rumorem eius clamantis, murmurantis & quęrulas voces emittentis: hoc eſt
non propterea deſiſtas quaſi honorando animam tuam reputando pudorem caſtigare filiũ
inter huiuſmodi voces quærulas. ¶ *Qui impatiens eſt ſubſtinebit dãnum: & cum rapuerit aliud apponet.*
Iuxta hebræum habetur. *Grandiens iram ſuſtinet pœnam: quia ſi facies euadere & adhuc addes.* Declara-

Querimoniæ filĩ rebellis non audiendæ.
Dĩ proprie ſonare magnũ ĩ regimine, magnus ire ſeu ira, nec vĩ poſſe eſſe pricipiũ vĩ gerũdiũ

tio eſt prioris documenti iuxta primam lectionem, videlicet vt caueat ab interfectione, mo-
net ſiquidem patrem, ut caſtigando filium non grandiat iram: quoniam faciendo iram ma-
gnam ipſemet luet pœnam: pœnitebit enim eum acrioris caſtigationis cauſaiæ ex magni-
tudine iræ. Vnde & rationem minuendi iram ſubiungit dicens, quia ſi facies euadere filium

Moderate caſtigandus eſt filius.

a ſæua caſtigatione: adhuc addes caſtigare eundem, hoc eſt poteris iterum atq; iterum caſti-
gare eum ſi mitis fuerit caſtigatio: ſi autem ſæua ob magnitudinem ire, tu ſubſtinebis pœ-
nam, nec amplius poteris caſtigare illam. ¶ *Audi conſilium & ſuſcipe diſciplinam: ut ſis ſapiens in nouiſ-
ſimis tuis.* Dictio interpraetata diſciplinam ſonat. *Eruditionem.* Praeclara monitio vt vſq; ad
finem homo ſapiat audire conſilia, & libenter ſuſcipere conditiones. Hæc n. duo debent iu-
giter comitari hominem, quia per hæc proficit vſq; ad finem vitæ ſuæ, & non ſolum in ado-
leſcentia aut in iuuentute. ¶ *Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem domini inæternum permanebit.*
Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et conſilium iehouah ipſum firmabitur.* Cor hominis
variis agitur curis, multis repletur cogitationibus quæ tamen illarum firmabitur incertum

Cogitatio hoĩs ſolo dei conſilio firmaẽ.

eſt. Quo contra conſilium dei non in incertum agitur, ſed firmabitur in executione, ac per
hoc inter tot cogitationes in corde hominis illa ſola firmabitur quæ ſecundum conſilium
ſummi dei eſt. Deus. n. nunquam mutat conſilium quãuis ſæpe mutet ſententiam. Quod
ergo diuino diſpoſitum eſt conſilio illud dumtaxat firmabitur. *Homo indigens miſericors eſt: &
melior eſt pauper quam vir mendax.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *Deſiderium hominis gra-
tia eius.* Non eſt perſpicuum an pronomen eius demonſtret iehouah in præcedenti ſcriptũ

particula an demonſtret hominem,& iuxta primam lectionem ſenſus eſt ꝙ appetitus hominis eſt gratia dei. Sumitur.n.appetitus pro re deſiderata. Iuxta alteram autem ſenſus eſt ꝙ res deſiderata ab homine eſt gratia hominis: hoc eſt eſſe gratuito beneficum. Tendit.n. parabola hæc ad hoc ꝙ homo ex deſiderio vellet eſſe beneficus aliis gratuito. Hoc.n. eſt deſiderium virorum bonorum: ſed quia poſſe benefacere aliis impeditur ex paupertate, ideo ſubiungit, ꝙ melior eſt pauper q̃ homo mendax, q̃ homo peccator habens vnde aliis poſſit benefacere. ¶ *Timor domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur abſq; uiſitatione peſſimi.* Dictio interpraætata peſſimi ſonat. *Mali.* Et nomen ſcribitur tetragrammaton. Effectus timori dei multi deſcribuntur. Primus eſt vita & animæ,& corporis, propter quod ſecundus ſubiungitur ſaturitas permanens. Dictio.n.interpræta plenitudine ſonat. *Saturitatem.* Tertius autem eſt ꝙ non viſitabitur a malo,& verificant ſecundum promiſſionem veteris legis,& ſecūdū merita. ¶ *Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella: nec ad os ſuum applicat eam.* Dictio interpræta aſcella a multis interpraætatur. *Sinu.* Hebræi tamen dicunt ꝙ ſonat. *Ollam.* Itaq; legendū eſt. *Occultauit piger manum ſuam in ollaz etiam ad os ſuum non reducet eam.* Et eſt ſenſus ꝙ cum piger manum ſuam intra ollam poſuit ſuauitate calidi loci detinet ibidem manum, ita ꝙ nec ad os ſuum reducit eam ob pigritiam. Et meminit ollæ ad inſinuandum maiorem pigritiam. Poſuerat enim intra ollam manum ut eſcam inde acciperet, & tamen tedet eum inducere manum cū cibo ad os. ¶ *Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit, ſi autem corripueris ſapientē intelliget ſapientiam.* Iuxta hebræum habetur. *Deriſorem percuties & ſimplex ingenia itur: & arguendo intelligentem intelliget ſcientiam.* Quāuis percutere deriſorem inutile ſit ipſi deriſori eſt tamen utile ſimplici, hoc eſt viro modici iudicii, videns enim deriſorem percuti timet,& nititur vti ingenio in operibus ſuis. Arguere autem intelligentem prodeſt ipſi intelligenti. Efficit.n.vt vtatur intellectu ad ſciēdū ea quæ neglexit ſcire. ¶ *Qui affligit patrem & fugit matrem: ignominioſus erit & infælix.* Iuxta hebrę̄ū habetur. *Prædans patrem & fugens matrem: filius ignominiæ, & vituperii.* Vere plenus ignominiæ, & vituperii eſt filius patris facultates diripiens tanquam prædam,& matri moleſtus ſicut fuget eā intra aulam tanquam perſequens illam. ¶ *Non ceſſes fili audire doctrinam: nec ignores ſermones ſcientiæ.* Iuxta hebræum longe aliter habetur. *Prohibe fili mi audire eruditionem ad errandum a dictis ſcientiæ.* Etiam audire prohibemur doctrinas inducentes ad errandum ab iis quæ ſcientifice dicta ſunt: hoc eſt a ſcientia ſanctorum, imminet enim periculum errandi ſi aures accommodamus. ¶ *Teſtis iniquus deridet iudicium & os impiorum deuorat iniquitatem.* Iuxta hebrę̄um habetur prima particula. *Teſtis malus faciet interpræetari iudicium.* Malus teſtis efficiet interpraætationem iudicii in alteram partem. Modus autem quo huiuſmodi interpraætatio fit ſubiungitur dicendo & os impiorum teget ſeu glutiet iniquitatem: ſilendo enim vel inuoluendo quod iniquitatis eſt, tegitur & deglutitur. ¶ *Parata ſunt deriſoribus iudicia: & mallei percutientes ſtultorum corporibus.* Iuxta hebræum ſecunda particula habetur. *Et percuſſiones dorſo ſtultorum.* Verificantur hæc & ſecundum merita & apud diuini tribunalis cenſuram.

Primus, 2. et, 3. effectus timoris domini,

Hanc ollā pro gremio exponit Dauid

CAP. XX.

L*Vxurioſa res vinum & tumultuoſa æbrietas: quicūq; his delectatur non erit ſapiens.* Iuxta hebræum habetur. *Deriſor vinum tumultuoſa ſicera: & omnis errans in eo non ſapiet.* Et eſt ſenſus ꝙ uinum nimis bibitum efficit deriſorem quod experientia teſtatur. Derident.n.qui nimis biberunt,& iura & homines. Sicera autem nimis bibita reddit hominem tumultuoſum, & hebraicum nomen eſt ſechar ab æbrietate, deriuatum, ſignificans omnem potionem valentē inæbriare ex quacunq; fiat materia, ita ꝙ per hæc duo vinum & ſiceram compræhēdit oēm potionē inæbriare ualētē,& ne putares ꝙ de vino & ſicera abſolute loquatur Salomon adiungit, omnis errans in eo (tam vino q̃ ſechar) non ſapiet. De errore ergo in potu vini vel ſicere eſt ſermo: & vniuerſaliter dicitur ꝙ minus ſapiet errans in huiuſmodi potu, quantum errat, tantum abeſt a ſapere. ¶ *Sicut rugitus leonis ita & terror regis: qui prouocat eum peccat in animam ſuā.* Sententia redditur quāuis non leonis, ſed leunculi fiat mentio. Clarumq; eſt ꝙ prouocans regem ad iram peccat contra propriam vitam. Exponit enim periculo mortis ſeipſum. ¶ *Honor eſt homini qui ſeparat ſe a contentionibus, omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis.* Interpræs addit cōtumeliis, ſententiæ ſunt claræ,& experientia teſtatur aſcribi honori hominis ſeparare ſe a contentionibus. Quo contra miſcentes ſeipſos (contentionibus proculdubio) ſtulti ſunt omnes. ¶ *Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate & non dabitur ei.* Parui refert ꝙ in hebraica habetur. *Ab hyeme piger non arabit: & mendicabit in meſſe & non.* Hyeme terrente pigrum omittitur

Effectus vini & ſiceræ.

Miſcens ſe contentionibus ſtultus eſt.

tiuit araret & conſequenter tempore meſſis nihil inueniet metendum, ſed ſi mendicabit neq̃quam dabitur eo ꝙ nota ſit pigritia eius. ¶ *Sicut aqua profunda ſic conſilium in corde viri: ſed homo ſapiens exhauriet illud.* Dictio interpræta ſapiens ſonat. *Intelligentiæ.* Vir.n. vigens acumine intelligendi tanquam hauriens aquam ex profundo eleuabit conſilium latens in corde viri.

Vir acutus conſilia penetrat.

Vtitur enĩ tot circũloquutionibus, adhibet tot ſermones a remotis, pandit aliqua ſua: & breuiter vtitur tot artibus ut penetret quod occultum erat conſilium in corde viri. ¶ *Multi homines miſericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet?* Prima particula paraphraſis eſt: nam iuxta hebræũ habet. *Multitudo hominis vocabit vnuſquiſq; gratiam eius.* Et eſt ſenſus multitudo hominum inuenitur quorum vocabit quiſq; gratiam (hoc eſt multi ſunt florentes gratia, hoc eſt gratuita beneficentia) ſed hominem fidelitatum quis inueniet, ſed rarus eſt vir uigens veracitatibus. Omnis.n. homo mendax. ¶ *Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua: beatos poſt ſe filios derelinquet.* Dictio interpraetata ſimplicitate ſonat. *Perfectione.* Verificatur autem hæc ſententia quantum eſt ex parte meritorum iuſti parentis. Nonnulla enim in hac vita felicitatis ſpecies eſt florere parentibus iuſtis perſeuerantibus in perfectione eorum: quãuis etiam ad veteris legis ſtatum referri poſſit. Beatos.n. fuiſſe iſraelitas conſtat propter merita Abraæ, Iſaac & Iacob iuſtorum perſeuerantium in perfectione vſq; ad mortem.

Nonnulla fœlicitas eſt iuſtos habere parentes.

¶ *Rex qui ſedet in ſolio iudicii: diſſipat omne malum intuitu ſuo.* Verum dicit non de rege, ſed de rege ſedente ſuper ſolium iudicii, hoc eſt exercente iudicium reddente vnicuiq; ius ſuum. Talis.n. rex omne malũ imo & omnem malum diſpergit. Timent.n. omnes mali oculos eius. ¶ *Quis poteſt dicere mundũ eſt cor meum: purus ſum a peccato.* Iuxta hebræum habetur. *quis dicet mundaui cor meum: purgatus a peccato meo?* Quaſi dicat nullus. Non eſt.n. hominis operatio purgare cor: & purgare illud a proprio peccato. Hoc.n. opus miſericordiæ reſeruatur diuinæ, hominis enim opus eſt peccare & inquinare cor: mundare autem dei eſt iuxta illud perditio tua ex te iſrael, ſalus autem ex me.

Hominis eſt peccare: dei autem iuſtificare.

¶ *Pondus & pondus menſura & menſura: utrunq; abominabile apud deum.* Nomen eſt tetragrammaton: & dictio interpræta pondus ſonat. *Lapis.* Quia lapidibus utebantur ad ponderandum alia. Eſt itaq; ſenſus ꝙ tam diuerſitas ponderis ueri & falſi, q̃ diuerſitas menſuræ uerę & falſæ abominabilis eſt apud ſummum deum. Eſt enim iniuſtitia manifeſta in huiuſmodi falſitate, ſeu in uſu vnius ponderis ſeu meſure emendo, & uſu alterius vendendo. ¶ *Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer: ſi munda & recta ſint opera eius.* Iuxta hebræum habetur. *Etiam in operibus ſuis cognoſcetur puer: ſi mundus & ſi rectus in opere ſuo.* Non ſolum iuuenes & prouectæ ætatis viri ſed etiam pueri ex operibus ſuis cognoſcuntur, ſi mundi vel immundi quo ad animum: & ſi recti vel obliqui quo ad intentionem procedunt in operibus ſuis. Ipſa enim opera monſtrant intelligentibus mundum vel immũdum animum rectam vel obliquam intentionem pueri.

Opera animũ prodũt.

¶ *Aurem audientem & oculum uidentem: dominus fecit etiam utrunq;.* Nomen eſt tetragrammaton, & indubitata veritas eſt tam de corporis ſenſibus auditus & uiſus q̃ de internis mentis auribus & oculis. Summus enim deus fecit ea ad officia audiendi & videndi, hominis autem iniquitas aut vanitas abutitur officiis iſtis. ¶ *Noli diligere ſomnum ne te egeſtas opprimat: aperi oculos tuos & ſaturare panibus.* Quia clauſis oculis dormimus ideo cum dixiſſet non diliges ſomnum adiunxit contrarium ſomni dicendo aperi oculos tuos: & e regione pauspertatis dixi ſaturare panibus. Nec dicit ne dormias, ſed ne diligas ſomnum. Dormire enim neceſſitatis eſt naturalis, diligere autem dormitionem voluntaris eſt: & huiuſmodi affectus longiorem efficit ſomnum q̃ opus ſit: & propterea ducit ad paupertatem eum qui viuit ex proprio ſudore.

Diligere ſomnum.

¶ *Malum eſt malum eſt dicit omnis emptor & cum receſſerit tunc gloriabitur.* Interpræs addidit dictionem omnis. Morale ſiquidem eſt emptoribus, vt prætium pretium nitantur minuere dicendo malum eſt malum eſt emere rem hãc tanti, verumtamen poſtquam emit & abierit a vendente, iactat ſe ꝙ bene emit ꝙ ingenioſe ſe habuit emendo rem illam tanti & non pluris. Quo circa prima verba malum eſt malum eſt, arte dici intellige. *Eſt aurum & multitudo gemmarum: & uas præcioſum labia ſcientiæ.* Labia proferentia ſcientiam aſſimilantur præcioſiſſimis rebus auro, margaritis, & cuilibet vaſi præcioſo, minus tamen dicitur q̃ ſignificetur eo ꝙ longe præcioſior eſt iſtis ſermo ſcientiæ. ¶ *Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni: & pro extraneis aufer pignus ab eo.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et pro extraneo pignora illud.* Proculdubio veſtimentum. Significatur enim ꝙ oportebit fideiuſſorem ſoluere eo ꝙ extraneus fallet eum.

Extraneis vel extranea.

¶ *Suauis eſt homini panis mendacii, & poſtea implebitur os eius calculo.* Dictio interpræta calculo ſonat. *Lapillo.* Et deſcribitur per hanc parabolam illud hoĩm genus qui hinc delectãt acquirere p fraudes, inde aũt loquuntur plenis buccis de iuſtis ponderibus, de iuſtis ratiocinitis, & breuiter de iuſtis contractibus, iuſtum pręedicant & iniuſtum exercent. Acqſi-

tio itaq; iniuſta ſignificatur dicendo,ſuauis eſt viro panis falſitatis. Prædicatio vero iuſti ſi-
Lapillus quid ſignificat
gnificatur dicendo,& poſtea implebitur os eius lapillo. Lapillis.n.rõcinia fiebant, & lapil-
lis ponderabant res prætioſas,& ꝑpterea lapillus pro ratiociniis,& librationibus iuſtis po
nitur. ¶ *Cogitationes conſiliis roborantur: & gubernaculis tractanda ſunt bella.* Iuxta hebræum habetur.
Cogitationes conſilio dirigentur: & ingeniis fac bellũ. Vtrũq; verum eſt. Conſilium.n.directiuum eſt no
ſtrarum cogitationum,& bella non minus exigunt ingenium q̃ vires corporis. *Ei qui reuelat
myſteria & ambulat fraudulenter & dilatat labia ſuave commiſcearis.* Iuxta hebræum habetur. *Reuelans ſe
cretum ambulat explorator: & dilatanti labia ſua,non te miſcebis.* Officium explorationis exercere conuin-
citur,qui reuelat ſecretum,nam tanquam explorauerit reuelandum aliquid detegit ſecretũ:
Reuelator ſecretorum duas agit perſonas.
& propterea agit perſonas duas:& amici & conſiliarii,dum admittitur ad ſecreta,& explo-
ratoris dum reuelat ea. Euitãdum autem huiuſmodi hominem monet Salomon ſubiungẽ
do non miſcebis te homini dilatandi labia ſua,ad reuelandum. ¶ *Qui maledicit patri ſuo & ma
tri ſuæ: extinguetur lumen eius in mediis tenebris.* Sententia redditur,& quoniam in lege honorãti pa-
rentes promittitur longæua vita in terra promiſſionis: hoc in loco prædicitur ſub metha-
Lucerna extincta in tenebris.
phora lucernæ quæ extinguitur in mediis tenebris(hoc eſt tunc quando præcipue opus eſt
lucerna)breuitas vitæ. Morietur.n.tunc quando maxima eſt neceſſitas vitæ. Moriens enim
in iuuẽtute extinguitur tanquam lucerna tunc maxime opportuna. ¶ *Hæreditas ad quam feſti-
natur in principio: in nouiſſimo benedictione carebit.* Si diceret facultas ſeu res ſeu opulentia planus eſſet
ſenſus,ꝙ de feſtinata acquiſitione rerum eſſet ſermo: ſed dicendo hæreditas feſtinata in pri
cipio,alium pręſe fert ſenſum. Non enim de rebus aut diuitiis abſolute,ſed quatenus hęre-
ditatis rationem habent eſt ſermo. Et appellatur hæreditas feſtinata in principio hæreditas
ante tempus expetita & habita,puta ſi legitimus hæres ante mortem patris ſeu patrui cui
ſuccedit feſtinat ad habendum hæreditatem. Huiuſmodi.n.feſtinatio eſt præoccupatio hæ
reditatis: & propterea punienda deſcribitur priuatione benedictionis in fine. Equũ eſt enim
vt qui præoccupauit tempus ad multiplicandum res ſuas,tandem careat benedictione mul
tiplicante. Et intelligitur pœna hæc ſecundum merita & diuini iudicii rõne. ¶ *Ne dicas red-
dam malum expecta dominum & liberabit te.* Nomen eſt tetragrãmaton. Niſi vindicta prohibita eſ-
Prohibeť vindicta hominibus priuatis.
ſet priuatis hominibus nequaquam diceret Salomon,non dices reddam malum pro malo.
Et niſi vindicta reſeruata eſſet deo(iuxta illud mea eſt vltio)nequaquam ſubiunxiſſet ſpera
iehouah,& ſaluabit te: per hoc tamen non prohibetur homo recurrere ad iudicem pro uin
Licet ad iudicem recurrere pro vindicta.
dicta: tum quia iudex miniſter dei eſt,tum quia iudex non poteſt vindictas omnes exerce-
re,ſed deo reſeruantur quæ hic non poſſunt fieri aut reſpuuntur. ¶ *Abominatio eſt apud dominum
pondus & pondus: & ſtatera doloſa non eſt bona.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Abominatio iehouah la-
pis & lapis: & bilanx doli non bona.* Sententiæ claræ ſunt intelligendo per lapides pondera, & ad-
uertendo ꝙ minus dicitur in ſecunda particula. Bilanx enim doli non ſolum caret bonitate,
apud deum & homines,ſed etiam malum habet iniuſtitiæ,odioſum deo & hominibus.
¶ *A domino diriguntur greſſus viri: quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam.* Interpres addit dirigun-
tur. Dictio autem interpretata quis ſonat. *Quomodo.* Nec eſt clarum an legendũ ſit. *Suam
vel eius.* Vt demõſtretur deus qui nominatus eſt iehouah. Greſſus itaq; hominis a ſummo
Deo pendere ſcribuntur,& propterea ſubiungitur,& homo quomodo intelliget viam pro
priam pendentem a Deo: vel viam dei per quam deus intendit ducere greſſus hominis. Cu
Prouidentia dei peculiaris humanorũ actuũ.
ra itaq; peculiaris apud Deum de greſſibus(hoc eſt ſtudiis affectibus atq; operibus)quibus
homo progreditur in hac vita commendatur,& inde deducitur ignorantia euentus viæ per
quam ibimus. Quod.n.a dei ducatu pendet non penetratur ab homine. *Ruina eſt hominis deuo
rare ſanctos: & poſt vota retractare.* Iuxta hebræum habetur. *Laqueus hominis deglutiuit ſanctitatem: &
poſt vota inquirere.* Qui primogenita & reliqua dedita ſacerdotibus ac leuitis ex lege deglutiuit
(hoc eſt ſibi appropriauit)is deglutiuit ſanctitatem,& de hoc dicitur laqueus homini eſt
ꝙ deglutiuit ſanctitatem,quoniam illaqueatus eſt laqueo diuinę legis,laqueo proprii ſacri
legii: & ſimiliter laqueus eſt ſacrilegii poſt vota inquirere,inquirere ſiquidem dubitãtis eſt:
vota autem poſtquã ſunt emiſſa non ſunt vertenda in dubium ſed exoluenda. ¶ *Diſſipat im
pios rex ſapiens: & incuruat ſuper eos fornicem.* Iuxta hebræum habetur. *Diſpergit impios rex ſapiens: & fe
cit reuerti ſuper eos rotam.* Sapientiæ regis aſcribitur ſpargere impios ſeparando eos ab inuicem
ne congregati impii machinentur ad malum aliquod reipublicæ: & ſpargendo eos nõ pro
ſequitur muneribus,ſed fecit rotam reuerti ſuper eos,rotam malorum quã impii ſolent ver-
tere aduerſus iuſtos rex ſapiens fecit reuerti ſuper ipſos impios,ita ꝙ ſpargit impios afficiẽ
do eos malis pœnæ. ¶ *Lucerna domini ſpiraculum hominis: quæ inueſtigat omnia ſecreta ventris.* Iuxta he-
breum habetur prima particula. *Lucerna iehouah anima hominis.* Et ſenſus eſt duplex alter ſigni-
ficans

ſicans idẽtitatem, videlicet ꝙ ipſe aĩus hominis eſt lucerna ſummi Dei inueſtigans omnia cubicula ventris. Et iuxta hunc ſenſum declaratur ꝙ animus hominis, vt eſt quædam participatio diuinæ lucis eſt inquiſitiuus omnium ſecretorum latentium in affectibus ſtudiis & cogitationibus ſuiipſius: adnoſcẽdum ſeipſum, ad petendum veniam peccatorum ſuorum ad mutandum vitam ſuam de malis moribus in bonos. Alter ſignificans lucem diuinæ gratiæ, cõmunicari animæ hominis, videlicet lucerna iehouah: hoc eſt lumen gratię diuinæ, in anima hominis exiſtens eſt inquirens omnia cubicula ventris, hoc eſt omnia intima animi. Naturale.n. lumen non ſufficit homini adſcrutandum intima ſui ipſius: ſed ſuper additum lumen gratiæ facit hominem noſcere ſeipſum ſufficienter: & propterea hic ſenſus complectendus eſt. ℭ *Miſericordia & ueritas cuſtodiunt regem: & roboratur clementia thronus eius.* Dictio interpretata miſericordia ſonat. *Gratia.* Secunda vero particula ſic habetur. *Et fulciet in gratia ſedem ſuam.* Sæpe diximus interpretem antiquum uſum fuiſſe miſericordia pro gratia, gratia ſiquidem & veritas virtutes duas ſonant, illa gratuitæ beneficentiæ, iſta debitæ iuſtiſtitiæ, & ambæ ad cuſtodiendum regem ab vniuerſis malis ſufficiunt. Et quãuis regio ſolio ſi iuſtitiam exercet detrahi nequeat, regis tamen eſt fulcire thronum ſuum gratia hoc eſt beneficentia gratuita. ℭ *Exultatio iuuenum fortitudo eorum & dignitas ſenum canities.* Dictio interpretata exultatio ſonat. *Gloria.* Et dictio ĩterpretata dignitas ſonat. *Pulchritudo.* Aiunt quoq; hebræi ꝙ dictio interpretata canities, ſonat neſcio quid ætatis decrepitæ. Quod gloria iuuenilis ætatis conſiſtat in eorum viribus clarum eſt, decor autem ſenum in virore decrepitę ætatis fulget. Decrepiti.n. quando ſunt uiuidi decorant concilia & ciuitates. ℭ *Liuor uulneris abſterget mala: & plagæ in ſecretioribus uentris.* Iuxta hebræum habetur. *Percuſſiones capitis mundabunt malum: & uulnera cubicula uentris.* Senſus eſt ꝙ diuina prouidentia purgat malum hominem minoribus quandoq;, & interdum maioribus caſtigationibus. Percuſſiones.n. capitis pro minoribus flagellis: vulnera uero pro maioribus flagellis ſcribuntur, percusſiones itaq; capitis quæ magni ſiunt adhibentur a deo ad purgandum virum malũ ut percuſſus in his quæ ſunt ſibi cara reſipiſcat agnoſcens diuinam viſitationem, ad purgandum vero intima vitia & antiqua adhibet vulnera hoc eſt maiora flagella.

Naturale lumẽ nõ ſufficit ad ſui cognitionem.

Gratia dei veritas.

Vel liuor vulneris abſterſio in malo, & vulnera &c.

Quõ pcutit deus malos ut reſipiſcant.

CAP. XXI.

Sicut *diuiſiones aquarum ita cor regis in manu domini: quocunq; voluerit inclinabit illud.* Interpræs addidit aduerbia ſicut & ita ad maiorem claritatem. Efficaciam ſimul & facilitatem diuinæ operationis ad inclinandum cor hominis quocũq; deo placuerit deſcribit Salomon iſta r diuidentis aquam in multos riuos. Facillima eſt.n. diuiſio aquæ in multos riuos eo ꝙ aqua non reſiſtit diuiſioni. Quemadmodum itaq; operatio hominis facillimæ eſt efficaciæ ad diuidendum aquam in multos riuos: (nec opus eſt laborare ad huiuſmodi diuiſionem quãuis laborare oporteat ad faciendum alueos per quos aqua deducatur) ita facillima efficacia deus mouet cor, & inclinat illud quocunq; voluerit ipſe ſummus deus (ſcribitur enim hic nomen tetragrammaton) nullus intercedit labor: nulla reſiſtentia, quando deus vult, in omni enim creatura & non ſolum in corde hominis eſt quæ a Theologis vocatur potentia obedientiæ relatiuæ ad deum. Omnia.n. quæcũq; vult deus facit ſine reſiſtẽtia prout vult. *Omnis uia uiri recta ſibi uidetur: appẽdit autem corda dominus.* Dictio interpretata appendit, ſonat. *Et adaptans.* Et ſcribitur nomen tetragrammaton. Occurrit quæſtio, eo ꝙ falſa videt prima particula, videlicet. Omnis via viri recta in oculis ſuis. Multi.n. praue agunt & cognoſcunt prauitatem operis. Non eſt ergo verum ꝙ omnis via uiri uideatur illi viro recta: ſed eſt ſenſus ꝙ omnis uia uiri reputatur ab aliquo uiro recta. Idolatria.n. quãuis peſſima ſit, reputata tamen eſt recta a multis. Turpitudines quoq; venereæ non ſolum excuſatæ ſed etiam inter ſacra ſupputatæ ſunt: furta & homicidia apud multos recta uiſa ſunt: & breuiter nulla eſt via uiri quæ non ſit recta in oculis viri, & propterea ſubiungit Salomon ꝙ iehouah eſt ille qui adaptat corda ad veram rectitudinem. Ex eo.n. ꝙ homines diſſentiunt circa rectitudinem humanorum operum aſcribitur deo adaptare corda hominum ad ueram rectitudinem operum humanorum. ℭ *Facere miſericordiam & iudicium magis placet domino quã victimæ.* Dictio interpretata miſericordiam ſonat. *Iuſtitiam.* Et dictio interpretata placet ſonat. *Electum.* Et ſcribitur tetragrammaton. Dicitur itaq; ꝙ magis fuit electum relatiuæ ad ſummum deum facere iuſtitiam, & iudicium q̃ ſacrificium. Hoc eſt non ſolum relatiue ad hoĩes, ſed ẽt relatiue ad Deum, eligibilius fuit & eſt facere iuſtitiam & iudicium q̃ facere ſacrificium, Et ratio eſt: quia illud eſt internum animi bonum: hoc eſt bonum externũ: illud

Facilitas diuinæ operationis in cor humanũ.

Quæſtio.

Solutio.

Quare magis deo placet iuſtitia q̃ ſacrific.ũ:

eſt ratio ꝙ hoc placet deo iuxta ſcripta ī Geneſi reſpexit Deus ad Habel & ad munera eius. ℭ *Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum.* Iuxta hebræum habetur. *Eleuatio oculorum & latitudo cordis ſulcus impiorum peccatum.* Clarum eſt ꝙ eleuatio oculorum ambitionem ſonat eorum quę ſupra vires ſunt, ſed latitudo cordis nullum ſonat vitium Vnde & inter pręclaras dotes animi Salomonis ſupputatur latitudo cordis: & propterea abſq; coniunctione ſubiungitur in litera, ſulcus impiorum ut intelligamus appoſitiue dici & latitudo cordis ſulcus impiorum: ut intelligamus ꝙ nō de latitudine cordis abſolute, ſed de latitudine cordis qua impii utuntur ut ſulco loquitur: & ea proculdubio eſt peccatum, latitudo ſiquidem cordis capacitatem ſignificat innumerabilium appetibilium: in qua impii multos ſulcos ducunt dum nulli appetibili locum in corde ſuo negant, ſed cuilibet tanquam ſulcum ad fructificandum parant. Volunt. n. frui quolibet deſiderabili.

Eleuatio oculorum.

Sulci impiorum quales

ℭ *Cogitationes robuſti ſemper in abundantia: omnis autem piger in egeſtate eſt.* Iuxta hebræum habetur. *Cogitationes ſolicite tantum ad abundantiam: & omnis feſtinans tantum ad defectum.* Inter præcipitem in ſuis operibus & ſollicitum tam magna deſcribitur diſparitas: ꝙ ſolicitus meditando & conſiderando agenda & circūſtantias tendit & aſſequitur abundantiam dūtaxat: hoc eſt ꝙ nunquam perdit ſeu amittit ſuum ſed auget illud, feſtinans autem præcipitando cogitationes & conſiderationes ad defectum dūtaxat uenit. Nunquam. n. lucratur (niſi forte a caſu) ſed ſemper amittit aliquid de ſuo quātum eſt ex parte modi negociandi, quia uidelicet præceps negociatur. ℭ *Qui congregat theſauros lingua mendacii: uanus & excors eſt & impinget ad laqueos mortis.* Iuxta hebræum habetur. *Operatio theſaurorum in lingua falſitatis: uanitas impulſa quæſtores mortis.* Operatio theſaurorum ſiue colligendo, ſiue effundendo res reconditas quando fit in lingua falſitatis (hoc eſt cum multis mendaciis fingendo hoc uel illud) eſt imprimis uanitas, utpote ſtudium circa res uānas, ſed quod deterius eſt, quandoꝗ impellit ad quæſtores mortis. Mendacia. n. officioſa interpretantur perniciosa reipublicæ, & ſic huiuſmodi operatio non ſolum eſt uanitas, ſed eſt uanitas impulſa ad quæſtores mortis, hoc eſt ad perniciem in qua ſunt quęrentes ꝓpriis criminibus mortem. ℭ *Rapinæ impiorum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium.* Sententia redditꝰ: & ad iudices ſeu miniſtros iuſtitiæ reſtringitur ſermo iſte. Reddit. n. rationem quare rapina impiorum trahet eos in malum poene, quia renuerunt facere iudicium, intolerabiles ſe reddiderūt populo, & ſic detectæ rapinæ adduxerunt eos in exitium. ℭ *Peruerſa uia uiri aliena eſt: qui autem mundus eſt rectum opus eius.* Iuxta hebræum habetur. *Vertens uiam uir & extraneus, & mundus rectus in opere ſuo.*

Non eſt participiū ſed nomen fem. gen.

Vertens uiam appellatur mutator ſtudii ſeu operis in partem oppoſitam: & quoniam diuerſimode hoc contingit duæ in hac litera rationes aſſignantur, uidelicet uel homo uel alienus. Contingit n. ꝙ aliquis uertit in oppoſitum qd̄ dixerat ſeu inchoauerat non ex iniquitate aut malitia, ſed ex mutabilitate humana. Contingit etiā ex hoc ꝙ homo aliquis eſt alienę nationis & per hoc quaſi licitum ſibi reputat uertere inchoata in oppoſitum, tanquam nihil ſit ei cōmune cum illis cum quibus negociatur tunc. Quo contra uir mundus etiam ſi extraneus ſit eſt rectus in opere ſuo, & non uertit illud in contrarium.

Duo genera hominum uertunt inchoata negocia.

ℭ *Melius eſt ſedere in angulo domatis quā cum muliere litigioſa & in domo communi.* Sententia redditur niſi ꝙ dictio interpretata muliere ſonat. *Vxore.* Et duo tanguntur: uidelicet uxor litigioſa & domus cōmunis: quæ ſimul iuncta intelligenda uidētur. Ita ꝙ ſenſus eſt, melius eſt habitare in angulo tecti, quæ eſt pars domus aut non habitata aut habitata a ſeruis, q̄ habitare in domo communi, in parte domus in qua domeſtica ſocietas habitat exiſtente ibidem uxore litigioſa. Hoc n. malum corrumpit uniuerſum reliquum bonum. ℭ *Anima impii deſiderat malum: non miſerebitur proximo ſuo.* Deficit. *In oculis ſuis.* Et præteriti eſt temporis dictio interpretata deſiderat. Eſt enim ſenſus, ꝙ animus aſſueti deſiderare malum, quum in oculis ſuis apparuerit miſellus, proximus non miſerebitur eius. ℭ *Mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus: & ſi ſectetur ſapientem ſumet ſcientiam.* Iuxta hebræum habetur. *Damnando deriſorem ſapiet ſimplex: & faciendo intelligere ſapientem capiet ſcientiam.* Repetitio eſt parabolæ ſcriptæ in capitulo. 19. nec oportet aliter exponere.

Iuſti uiri officium.

ℭ *Excogitat iuſtus de domo impii: ut detrahat impios a malo.* Sententia redditur: & iuſti charitas quando facultas ſuppetit commēdatur erga impios. Officium. n. uiri iuſti deſcribitur intelligere in domo impii proximi ſui ſeu amici cauſas iniquitatis, ut diuertat eos qui ſunt impii in familia illa a malo tum culpæ tum poene. ℭ *Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis: etiam ipſe clamabit & non exaudietur.* Tam de perſona publica q̄ de priuata uerificatur ſententia hæc apud ſummi iudicis tribunal. ℭ *Munus abſconditum extinguet iras: & donum in ſinu indignationem maximam.* Dictio interpretata extinguet ſonat. *Teget.* Seu. *Flectet.* Efficacia munerum gradatim deſcribitur: dum munus monſtratum in abſcondito tanquā ſub pallio, tegit vel flectit iram, poſitum autem in ſinu irati, tegit ſeu flectit iram uehementem. Illud. n. eſt tāquā munus in ſpe:

hoc autem eſt tanquam murius in re. *Gaudium iuſto eſt facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatē.* Dictio interpratata pauor, ſonat. *Fractio.* Vna eademq; actio deſcribitur, valde diſpat iuſtis & iniquis, facere ſiquidem iudicium parit gaudium in animis iuſtorum, & parit fractionem in animis iniquorum. Franguntur.n. iniquorum animi videntes fieri iudicium: lætantur autem iuſti quia ius ſuum vnicuiq; tribuitur. ¶ *Homo qui errauerit a uia doctrinæ in cætu gigantum commorabitur.* Dictio interpratata doctrinæ ſonat. *Intelligentiæ.* Et ſecunda particula ſic habetur. *In congregatione mortuorum quieſcet.* Errans a via intelligentiæ aſſimilatur uiro a uia recti itineris erranti, & tandem quieſcenti īter ſepulchra cimjterii: eo ꝙ dum elongatur, a uia intelligentiæ (quæ ſola eſt via recti operis) quieſcet in cætu mortuorum non corpore ſed animo. Alieni.n. ab intelligentia non uiuant ſed mortui ſunt ſecundū uitam animi. Sunt enim priuati & vita gratiæ & vita bonorum morum. ¶ *Qui diligit epulas in egeſtate erit: qui amat uinum et pinguia non ditabitur.* Prima particula iuxta hebręum ſic habetur. *Vir defectus amās gaudium.* Duo hominum genera a diuitiis excludit, alterum diligentium vinum quo ad potum & pinguia quo ad cibum: alterum diligentium lætari & gaudere, ſed hoc magis deteſtatur appellando eos viros defectus: alios nanq; dicit non ditandos: longe autem peius eſt deficere quam nō ditari, ſiue defectus intelligatur in facultatibus ſiue in animo. Nec deteſtatur gaudentes aut bibentes uinum, & comedentes pinguia, ſed amantes: hoc eſt affectus ſuos ponētes ad hęc. Affecti.n. ad hæc ſtudia ſua apponunt ad conſequenda iſta: ꝙ dedecere hominem clarum eſt. ¶ *Pro iuſto datur impius: & pro recto iniquus.* Sententia redditur, & ſępe in iudiciis euenit, vt accuſatus liberetur, & accuſator loco illius puniatur. ¶ *Melius eſt habitare in terra deſerta: quā cum muliere rixoſa & iracunda.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Quā cum uxore litigioſa & iracunda.* Sententia eſt clara præferens pacem ſocietati domeſticę. ¶ *Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti: & homo imprudens diſſipabit illud.* Dictio interpratata iuſti ſonat. *Sapientis.* Et dictio interpratata imprudens ſonat. *Stultus.* Et ſcito ꝙ dictio interpratata oleum eſt illa quæ pauloante interpratata eſt pingue. Sumitur.n. & pro oleo & propingui. Sapiens itaq; deſcribitur cum congregato theſauro tum rerum deſiderabilium (hoc eſt pretioſarū) tum rerum pinguium, ut nihil deſit eorum quæ oportet ad uſum domus habere: officium autem ſtulti eſt diſſipare congregata: & videmus frequenter hæc euenire. ¶ *Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam inueniet uitam, iuſtitiam & gloriam.* Dictio interpratata miſericordiam ſonat. *Gratiam.* Et dictio interpratata gloriam ſonat. *Honorem.* Et eſt ſenſus, ꝙ impendēs aliis iuſtitiam & gratiam, hoc eſt debita & gratuita: inueniet ipſe ſaltem a Deo vitam animæ & corporis: inueniet & iuſtitiam, hoc eſt, retribui ſibi ſecundum merita, inueniet honorem quoniam honorabitur. Ait.n. dominus in Euangelio honorificabit eum pater meus. ¶ *Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens: & deſtruxit robur fiduciæ eius.* Dictio ĩterpratata deſtruxit ſonat. *Deſcendere fecit.* Cerne quantum præſtat ſapientia fortitudini. Vnus ſapiens præualet perſuadendo, ita ut deiiciat robur fortium totius ciuitatis & deſiſtāt ab uſu fortitudinis in qua confidebant. Exemplum habes in. 2. libro Reg. quando mulier ſapiens in abela præcidi fecit caput Sebah. *Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam: cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.* Experientia teſtatur ꝙ multas anguſtias animi incurrit qui linguæ ſuæ curam non habet: a quibus liberum ſe reddit cuſtos linguæ propriæ. Meminit autem linguæ & oris, ut cuſtodiam tum ſermonis tum nutuum ſignificet. *Superbus & arrogans uocatur indoctus: qui in ira operatur ſuperbiam.* Iuxta hebræum habetur. *Arrogans ſuperbus deriſor nomen eius: faciens in ira arrogantiæ.* Dictio interpratata arrogans & arrogantię non eſt uſquequaq; certa. Apud multos n. ſonat impietatem, apud alios ſuperbiam. Et quoniam arrogantia ſpecies eſt ſuperbię intelligimus non de quolibet ſuperbo, ſed de ſuperbo arrogante ſibi quæ non poteſt aut neſcit dicit ꝙ nomen eius eſt deriſor. Arrogantes.n. derident alios: & tanquam ſoli ſapiant nil reputant alios. Nec ſolū hoc laborant vitio, ſed etiam iracundia, exercendo ea quæ ſunt arrogantiæ in ira. Excandeſcunt.n. tanquam in contriſtantes eos minus ſatisfaciendo deſideriis ſeu mandatis eorum. Reputantes.n alios deficere uel derident eos uel excandeſcunt. *Deſideria occidunt pigrum: noluerunt.n. quicquam manus eius operari.* Deſideria abſq; opere occidunt pigrum dupliciter: tum concomitanter quia comitantur pigrum uſq; ad mortem: tum cauſaliter quia negant pigro alimenta & reliqua opportuna. *Tota die concupiſcit & deſiderat: qui autem iuſtus eſt tribuet & non ceſſabit.* Parui refert ꝙ hebraice ſcribitur. *Deſiderauit deſiderio.* De pigro adhuc dicitur ꝙ conſumit tēpus ſuum deſiderando: ac per hoc in ſolis deſideriis occupatur nec ſibi nec aliis utilis. Quo contra de iuſto dicitur ꝙ tribuit aliis nec prohibet ſe ipſum a benefaciendo. Laborat enim ſi opus eſt manibus propriis ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti. *Hoſtiæ impiorum abominabiles quæ offeruntur ex ſcelere.* Iuxta hebręum habetur. *Sacrificium impiorū abominatio: quantomagis*

Vnde iuſto eſt gaudium inde impiis pauor.

Via intelligentiæ.

Duo genera hominum non ditantur.

Offm̄ ſapiētis cōgregare, ſtulti vero diſſipare.

Quam præſtet ſapiētia fortitudini.

Linguæ cuſtodia ꝗ ſit vtilis.

Arrogāns deriſor eſt aliorum.

Secūda proprietas arrogantis.

Piger nec ſibi nec aliis eſt vtilis.

In cogitatione faciet uendre illud. Quia ſacrificia non ſunt ſecundum ſe ipſa deo grata, ſed ratione perſonarum, ideo ſacrificium impiorum dicitur abominatio, & hinc argumentum aſſumit Salomon ꝙ impiorum ſacrificium tanto magis eſt abominatio quanto ex cogitatione (hoc eſt ex ſuæ impietatis cogitatu) offert illud puta pro proſperitate ſuarum impiarum actionum. Sacrificium itaq; impiorum abſolute eſt abominatio: & multomagis eorũdem ſacrificium ꝓ cogitationibus ſuis implendis. *Teſtis mendax peribit: uir autem obediens loquetur uictoriam.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et uir audiens ſemper loquetur.* Dictio ĩterpretata ſemper poteſt quoq; interprætari. *Fortiter.* Teſtis mendax fingit ꝙ non audiuit aut vidit, & propterea meretur perire. Vir autem audiens (hoc eſt qui teſtatur ꝙ audiuit) loquetur ſemper ſeu uiriliter: hoc eſt perſeuerabit loquendo idem uiriliter. *Vir impius procaciter obfirmat uultum ſuum: qui autem rectus eſt corrigit uiam ſuam.* Sententia redditur. Diſparitas. n. inter impiũ & rectum cum arguuntur deſcribitur penes hoc ꝙ impius reprehenſus audet firmare uultũ ſuum tuendo vel excuſando: rectus autem diriget ſeu intelliget uias ſuas ſcrutando & diſponendo eas ut recte ſuæ intentioni ſint conformes. ¶ *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia: non eſt conſilium contra dominum.* Nomen eſt tetragrammaton: & dictio interpretata prudentia ſonat. *Intelligentia.* Vana eſſe contra diſpoſitionem diuinam quæcũq; ſunt in viribus cuiuſcunq; intellectualis creaturæ aſſeritur excludendo tria hęc: videlicet intelligentiam penetratiuam & rerum & cordiũ, ſapientiam ordinatricem omnium ſecundum profundas cauſas, & conſiliũ electiuum agendorum. ¶ *Equus paratur ad diem belli: dominus autem ſalutem tribuet.* Sententia redditur: & ſub ſpecie equi parati ad diem prælii, ſalutis uero in prælio reſeruatæ ſũmo Deo, declaratur præcedens ſententia manifeſtando ꝙ pręparare eſt hominis, ſaluare autem eſt deis & propterea non eſt conſilium aliquod contra Deum, & ſcribitur ẽt hic tetragrãmaton.

Sacrificiũ impii pro cogitatione implẽda abominatio eſt.

Eſt nomẽ dațiuiicaſus ſonans fortem, ꝑpetuũ uel ſeculum.

Inter impiũ & rectũ, cũ arguũt, diſparitas.

Intelligentia
Sapiẽtia
Conſiliũ

Præparare quidẽ hoĩs eſt, ſaluare aũt dei ſolius

CAP. XXII.

MElius *& nomen bonum quam diuitiæ multæ: ſuper argentum & aurum gratia bona.* Iuxta hebręum habetur. *Eligibilius nomen quam diuitiæ multæ: quã argentum & quã aurum gratia melior.* Nomen ad auditum, gratia ad uiſum ſpectat. Auditur. n. fama, uidetur autem gratia qua vulgariter aggratiari dicimur. Hæc duo bona quãuis tẽporalia præfert Salomon auro argento & diuitiis quibuſcũq;. Ad hæc. n. duo aſſequenda ſtuduerunt atq; laborauerunt illuſtres uiri in omni republica. Nixi ſunt. n. reddere ſeipſos acceptos reipublicæ populis ac regnis & famam extendere factis: & hinc apparet merito hęc duo præferri diuitiis uniuerſis. *Diues & pauper obuiauerunt ſibi: vtriuſq; operator eſt dominus.* Nomen eſt tetragrammaton, certum eſt ꝙ diues & pauper tam ſecundum ſeipſos ꝙ̃ ſecundum paupertatem & diuitias fiũt a Deo. Verum ad propoſitum præcedentis parabolæ, affertur hæc ſententia. Prætulerat n. nomen & gratiam diuitiis: & ne errares reputando diuites non eſſe a Deo aut pauperes excludi a duobus bonis tam excellentibus ſubiunxit pauperes & diuites e regione diuerſos, factos eſſe a Deo, ut ex diuino opificio conſiderato in neutram erroris partem declinaremus. ¶ *Callidus uidet malum & abſcondit ſe: innocens pertranſit & afflictus eſt dãno.* Dictio interpretata callidus ſonat. *Ingenioſus.* Et dictio interpretata innocens ſonat. *Simplices.* Diſparitas inter vigentes ingenio & uiros modici iudicii deſcribitur relatiue ad malum pœne duabus actionibus: altera eſt uidere futurum malum: altera eſt occultare ſe ne afficiatur illo malo. Ingenioſus ſiquidẽ & præuidet & ſe occultat. Simplex autem non præuidet ſed tranſit quaſi ſecurus, & conſequenter damnum incurrit. Frequenter hæc accidunt nõ ſolum in itineribus ſed etiã in ipſis urbibus circa onera quę a principibus imponuntur. ¶ *Finis modeſtiæ timor domini: diuitiæ & gloria & uita.* Iuxta hebręum habetur. *Calcaneus manſuetudinis timor iehouah: diuitiæ & honor & uita.* Vis manſuetudinis qualis ac quanta ſit deſcribitur relatiue ad Deum facultates honores & vitam. Eſt. n. ſenſus ꝙ uera manſuetudo calcat omnia, relatiue quidem ad Deum timendo ſummum Deum, relatiue uero ad facultates merendo diuitias, relatiue autem ad honores reddendo eos debitos ſibi: & demum relatiue ad uitam animæ ſeruando illam, quãuis etiã ad vitam corporis extendi poſſit, eo ꝙ manſuetus calcat præcipue iras proprias & alienas ac per hoc nocumentis uitæ corporeæ obuiat. Deſcribitur autem manſuetudinis uis a calcaneo tum ad deſignandum manſuetudinis virtutem perfectam uſq; ad extremam partem ſignificatam calcaneo, Tum ad ſignificandum actum manſuetudinis qui eſt calcare. Manſuetorum. n. eſt officium vincere & calcare omnia animi quiete. Sed niſi ipſa calcatio fiat filiali timore dei, non uirtus, ſed apparentia virtutis eſt: quum autem timore dei fit, omnia meretur bona facultatum honorum & uitę, frequenterq; affert ea in republica bene diſpoſita.

Diſa ĩter famã & gſam

Nomẽ calcanei eſt hacceb: hic aũt hĩ heceb ſonans mercedem, finem, eo ꝙ, ſiue quia.
Deſcriptio manſuetudinis & effectuum eius.

Libenter.n.tales eliguntur & promouentur ab aliis. ¶ *Armæ & gladii in uia peruerſi: cuſtos autem animæ ſuæ longe recedit ab eis.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *Spinæ laquei in uia iniqui.* Viam iniquorum deſcribit ſeptam tum ſpinis tum laqueis: adiiciendo ꝙ ſibi ipſi præſtat cuſtodiam recedens longe ab huiuſmodi ſpinis & laqueis. Declarauit autem dominus in Euágelio ſpinas eſſe diuitias ſuffocantes ſemina virtutum in animis hominum: quo circa laquei in uia iniquorum fallaciæ ſunt, & quibus vtuntur iniqui & in quas incidunt. Spinæ itaq; diuitię ſolicitudineſq; ſeculi huius, laquei vero diabolicæ fallaciæ ſunt aduerſus ea quę ſunt fidei ſpei ac charitatis. ¶ *Prouerbium eſt: adoleſcens iuxta uiam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.* Iuxta hebræum habetur. *Aſſuefac puerum ſuper os viæ ſuæ: etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.*

Hī illud verbū ꝙ ſepius in libris moſis vertitur dedicare: ꝙ tamē ſonat etiam imbuere.

Nihil dicitur de prouerbio. Sed monet Salomon ut non differatur inſtructio pueri, ſed in ore viæ eius (hoc eſt in ipſo aditu in ipſo principio viæ pueri quum incipit patere ingreſſus in animum pueri) aſſuefac illum, quáuis non ſit capax doctrinæ, eſt tamen capax conſuetudinis: hoc eſt vt incipiat aſſueſcere bonis actibus, uerbis, moribuſq; & rationem ſubiūgit, quia quæ primum inbibimus retinemus etiam in ſenectute. Et verum dicit ſecundum rationes cōmunes progreſſus humani. Nihil.n adimitur per hanc ſententiam efficacię diuinæ gratiæ, vel etiam alicuius ſtudii rari ad mutandum mores hominis cuiuſcūq; ætatis.

Ita et hebræi exponūt vt.ſ.inſtruātur puer iuxta animi capacitatem. Q uātū valeat aſſuetudo.

Neq; huic Salomonis ſententiæ obſtat uerbum Apoſtoli. Cum eſſem paruulus ſapiebam vt paruulus, loquebar ut paruulus, quando autem factus ſum vir, euacuaui quę erant paruuli, quia Apoſtolus loquitur de conditionibus conſequentibus ętates: Salomon uero loquitᷣ de moribus & habitibus qui ex noſtro uſu adiunguntur pueri adoleſcentiſq; ætati. ¶ *Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum ſeruus eſt fœnerantis.* Dictio interprætata fœnerantis ſonat. *Mutuantis.* Quemadmodum diues dominatur pauperibus, ita mutuans dominatur accipienti mutuum. Et ratio una atq; eadem eſt, quoniam accipiens mutuum pauperem agit.

Nō obſtat ſnīæ Salo. verbū Apli. 1. cor. 13.

¶ *Qui ſeminat iniquitatem, metet mala, & uirga iræ ſuæ conſummabitur.* Dictio interprætata mala ſonat. *Iniquitatem.* Et dictio interprætata conſummabitur ſonat. *Conſumet.* Quemadmodum ſeminans iniquitatem metet iniquitatem, ita virga iræ pariet conſumptionem ipſius irati. Aequum eſt.n.ut qui aliis iniquus eſt, iniqua recipiat. Sic.n.deus vindicat de inimicis ſuis cum inimicis ſuis. Et ſimiliter æquum eſt ut qui virga poteſtatis ſuæ utitur non pro iuſtitia ſed pro ira: quandoq; ipſe abuſus poteſtatis pariat eius conſumptionem, & hoc ſæpe in tyrannis videmus. ¶ *Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibus.n. ſuis dedit pauperi.* Prima verba primæ particulæ (videlicet qui pronus eſt ad miſericordiam) ſonant. *Bonus oculo.* Quia non tenetur homo ad quærendum indigētes pane ſed occurrentibus ſubuenire, ideo miſericors appellatur bonus oculo, utitur ſiquidem bene oculo, hoc eſt notitia quā habet de indigentibus dando illis panes hoc eſt neceſſaria ad uitam. *Victoriam & honorem acquiret qui dat, munera autem aufert accipientium.* Nihil huius clauſulæ habetur in hebræo. ¶ *Eiice deriſorem & exibit cum eo iurgium: ceſſabuntq; cauſæ & contumeliæ.* Sententia redditur quáuis vocabula multa mutari videātur: ſed in idem redit ſenſus. Deriſor n. tria fert ſecum: videlicet litem, iudicia, & ignominias, nam deridendo cauſat contentiones, & inde ſurgunt ignominiæ & conſequēter iudicia: hoc eſt iudiciales controuerſiæ, & propterea eiiciendo deriſorem eiiciuntur ſimul hęc mala. ¶ *Qui diligit cordis mundiciam: propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem.* Interpræs addidit præpoſitionem propter. Nulla.n. præpoſitio in hebræo textu intercedit. Sed appoſitiue legitur, amans mundiciam cordis gratiam labiorum ſuorum. Et eſt ſenſus, homo amās pro gratia labiorum mundiciam cordis: hoc eſt conſtituens in hoc ſermonem ſuum fore gratum ꝙ loquetur mundo corde abſq; quibuſcūq; figmentis, dolis, uerſutiis & coloribus. Talis.n.tam gratus eſt regibus, ꝙ rex eſt uere amicus eius, uere diligit eum.

Tria fert ſecū deriſor.

¶ *Oculi domini cuſtodiant ſcientiam: & ſupplantantur uerba iniqui.* Nomen eſt tetragrammaton, & uerba ſunt præteriti temporis, & ſecunda particula legenda eſt. *Et obſtruxit uerba mendacis.* Quanta ſit diſparitas inter loquentes ex certa ſcientia & loquentem mendaciter monſtrat Salomon ex relatione eorum ad diuinam curam. Ait.n. ꝙ oculi iehouah cuſtodierunt ſcientiam, curam habuerunt ne euaneſcat ſcientia præcipue neceſſaria ad ſalutem. Quo contra obſtruxit deus verba mendacis, obſtruxit autem & pręceptis naturali lumine fulſis, & reuelata gratia per ſanctos ſuos. ¶ *Dicet piger leo eſt foris: in medio platearum occidendus ſum.* Parui refert ꝙ hebraice in præterito ſcribitur. *Dixit piger.* Ab hoc vno periculo leonis diſce ꝙ pigritia proponit pigro pericula multa, & efficit vt piger magnipendat illa, & ſic ocioſus maneat. Affectat.n. piger ocium, & propterea inducentia ad ocium conſonant ei. ¶ *Fouea profunda os alienæ: cui iratus eſt dominus incidet in eam.* Parui refert ꝙ pluralis numeri eſt dictio interprætata alienæ. Aſſimilatur os mulierum alienarum a coniugio foueæ profundæ. Sermo ſiquidem blandus,

A ſſerit hoc verbū ſonare ſolū puertere, & eadē vel ſimilis actio vī tribui deo ſupius cap. 21. & 12. Vbi hī idē verbū

Pigritia proponit multa pericula.

& vultus alliciens cum geſtibus ac ſignis & illecebris,;quia ordinantur ad caſum uiri non coniugis,ideo aſſimilantur foueę. Et quia cadens in ea nõ poteſt reſurgere,ſed quaſi in profunda fouea eſt,ideo aſſimilatur os mulieris non ſuę,profundæ foueæ. Videmus.n. viros ſic captos alienæ mulieris amore ut nequeāt ſe abſtinere,præter hoc ꝙ iuſto dei iudicio agitur cum eis,de quo iudicio ſubiungit ꝙ ex ira ſummi dei proficiſcitur ꝙ aliquis cadit in huiuſmodi foueam profundam,magna ſi quidem iuſtitia dei(quæ aſſimilatur iræ) agitur, ut homo relinquatur ſibiipſi in huiuſmodi tentationibus. Ira.n.dei eſt relinquere hominem ſibiipſi:gratię gratiæ tuę domine deputo quicquid non deliqui inquit Auguſtinus.

Quare hõ ſtrectus amore ſibiipſi relinquatur a deo.

℄ *Stultitia colligata eſt in corde pueri: & virga diſciplinæ fugabit eam.* Aetas puerilis fert ſecum defectum prudentiæ qui vocatur ſtultitia. Similis eſt.n. puerilis diſpoſitio ebrietati propter fluxum abundantis humoris: & ideo ſtultitię aliquid habet quemadmodum ſemiebrii. Virga autem nõ iræ,ſed eruditionis ſed moderata ad erudiendum fugat imprudentiam quando eruditio ſola non ſufficit. Sunt.n.quidam pueri tam bene diſpoſiti,ut eruditione ſola fugetur imprudentia eorum. ℄ *Qui calumniatur pauperem ut augeat diuitias ſuas:dabit ditiori & egebit.* Dictio interpręrata calumniatur ſonat acceptionem per fraudem,& ultimæ dictiones interpraetatae & egebit ſonant. *Tantum ad defectum.* declaratur meritum opprimentis pauperem non quia ipſe opprimat,ſed ut multiplicet facultates ſuas. Talis.n.quia res pauperis rapit ad multiplicandum ſua meretur ut negociando cum diuite det quicquid dat cum euentu defectus duntaxat. Aequum eſt.n.ut qui ex paupere ſtuduit augere ſua,incurrat ſemper defectum rerũ ſuarum ex diuite diuina prouidentia ſuauiter gubernante homines ſecundum illorum merita. ℄ *Inclina aurem tuam: & audi uerba ſapientium: appone aũi cor tuum ad doctrinam meam.* Dictio interpraetata doctrinã ſonat. *Scientiam.* Monet filium vt ſenſum auditus (qui eſt ſenſus diſciplinæ) flectat ad audiendum uerba ſapientũ:ut diſcat a ſapiẽtibus vniuerſis:ita tñ ꝙ cor(hoc eſt,intimum animum)apponat ad ſcientiam patris. Non vult vt filius aĩo vagetur per diuerſa ſapientum uerba,ſed fixum retinendo cor ad paternam ſcientiam audiat uerba aliorum ſapiẽtum. qualis autem ſit ſcientia patris ſubiungit. *Quę pulchra erit tibi cum ſeruaueris eam in uentre tuo: & redundabit in labiis tuis.* Iuxta hebræum habetur. *Quia dulcedo quia cuſtodies ea in uentre tuo: dirigentur pariter ſuper labia tua.* Rationes duas ſubordinatas affert figendi cor in ſcientia patris; altera eſt quia paterna ſcientia eſt dulcedo animi:hoc eſt dulcis ac delectabilis eſt animo,quã dulcedinem experieris quia cuſtodies ea quæ a patris ſcientia ſunt in ventre tuo, non corporis ſed mentis,& dirigentur ſimul ſuper labia tua. Alludit ad corpoream dulcedinem guſtatã retentamꝙ in ſtomacho,itaꝙ ſimul delectabilis dulcedo etiam in ore eſt,iuxta hanc ſiquidẽ methaphoram dicitur ſcientia dulcis experta retentione in animo & directione ad labia:ſignificatur autem & ꝙ intus in animo & foris in ſermone dulcis eſt ſcientia paterna.

In hebræo hř cos: & vñr oĩa referri verba ſapiẽtũ. Eſt n.uerbum hebræis maſ.ge.

℄ *Vt ſit in domino fiducia tua:vnde & oſtendam eam tibi hodie.* Iuxta hebræum habetur. *Vt ſit in iehouah ſpes tua: feci ſcire te hodie,etiam tu.* Quorſum tendat paterna ſcientia dulcis intus & extra, manifeſtat dicendo,feci ſcire te hodie,ad hoc ut ſit ſpes tua in iehouah. Finis itaꝙ paternæ ſciẽtiæ eſt nõ ſcire abſolute ſed ſcire ad hoc vt ſpes in ſummo deo figatur. Quod autem ſubditur etiã tu mutilus ſermo eſt. Subauditur.n.cooperare,& eſt ſenſus,ego ex parte mea feci te hodie ad hoc vt figas ſpem tuam in deo:tu quoꝙ ex parte tua cooperare ad ponendam ſpem tuã in deo

Intus foriſꝙ ſcia paterna dulcis.
Sonat pp fiduciam ſeu confidentiam.

℄ *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter:in cogitationibus & ſcientia:ut oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis reſpondere ex his illis qui miſerũt.* Iuxta hebręum habetur. *An non ſcripſi tibi tripliciter:in conſiliis & ſcientia ad faciendum ſcire te rectitudinem dictorum veritatis,ad reſpondendum dicta veritatis mittentibus te?* Inſinuat litera hæc,ꝙ Salomon in tres ordines diſtinxit librum parabolarum. Propterea.n.dicit an non ſcripſi tripliciter. Pronomen.n.tibi monſtrat filium ad quem dirigit parabolas, ut patet in principio libri huius Qualis autem fuerit diſtinctio trium ordinum neſcimus,quia nõ niſi fragmenta collecta habemus,materiam tamen explicat dicendo,in conſiliis, & ſcientia. Cõſilia.n.ad eligenda ſpectant,ſcientia vero ad credenda,ſperanda ac diligenda. Ambo quoꝙ tam copioſe ſcripſiſſe ſe fatetur,ut reddiderit filium perfectum in utroꝙ officio,videlicet & relatiue ad ſeipſum & relatiue ad ſuperiores. Facere.n.ſcire rectitudinem eloquiorum veritatis tendit ad perfectionem hominis in ſeipſo,efficere vero vt homo mittentibus eum reſpondeat eloquia veritatis,tendit ad perficiendum hominem relatiue ad ſuperiores a qbus mittitur.

Triplex ordo in parabolis.

Conſilia ad eligẽda ſpectãt,ſcia ad credenda.
Homo perfectus ex triplici capite.

℄ *Non facias uiolentiam pauperi,quia pauper eſt:neꝙ conteras egenum in porta.* Frequens peccatum eſt vim inferre pauperi eoꝙ pauper pro nihilo habetur,& propterea Salomon monet filium ne vim inferat pauperi tam extra iudicium q̃ in iudicio ſignificato per portã. In porta.n.ciuitatis ſedebant olim iudices. ℄ *Quia dominus iudicabit cauſam eius: & configet eos qui confixere animam eius.* Iuxta hebræum habetur. *Quia iehouah litigabit litem eorum: & rapiet rapientium eos animam.*

Ex parte

Ex parte diuinæ opis ac uindictæ rationem reddit. Deficiĕtibus ſiquidem hominibus tuentibus pauperes non deerit deus ad vtrūq; pro pauperibus officium, videlicet & ad patrocinandum pauperibus, dicendo litigabit litem eorum, & ad vindicandum, dicĕdo capiet animam capientium pauperes. Implentur autem hęc ſæpe in hac uita, ſed nos non conſideramus iudicia dei. Et quando hic non implentur, in futura vita ſupplentur a ſummo iudice: qui & nihil irremuneratum & nihil impune relinquit. ¶ *Noli eſſe amicus homini iracundo &c.* Prohibetur ſocietas cum hominibus tam iracūdis q̄ furibundis, ne ex ſocietate diſcat vias eorum & ex frequenti cōſortio illaqueetur animus ſocii. Dictio.n. interpraetata ſcandalum ſonat. *Laqueum.* Ipſa.n. ira laqueus eſt animæ. *Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas: & qui uades ſe offerunt pro debitis.* Valde amicum fuit interpræti verbum nolo quod tamen nuſq̄ reperitur in litera, & ſenſus redditur. Prohibetur.n. fideiuſſio. facilis: vnde & ſubiungitur pro ratione impotentia dicendo. *Si.n. non habes unde reſtituas quid cauſæ eſt ut tollat operimentum de cubili tuo.* Vltima verba iuxta hebræum ſonant. *Lectum tuum ex ſubter te.* Ecce ratio non fideiubĕdi ne videlicet incidat in hoc q; pro fideiuſſione ſoluenda tollatur ab eo lectus in quo dormit, & hæc eſt altera ratio ab illa quæ ſuperius ſcripta eſt: & iſta eſt communis tam extraneo q̄ proximo. ¶ *Ne tranſgrediaris terminos antiquos: quos poſuerant patres tui.* Dictio interpraetata tranſgrediaris ſonat. *Adiunges.* Et ad literam inhibetur uſurpatio partis agri alieni adiungendo ad antiquos terminos qui fuerunt ſtatuti a patribus ad conſeruandam proprietatem agrorū per familias in æternum. Dictio.n. interpraetata antiquos ſonat. *Sempiternos.* Mutare.n. huiuſmodi terminos confuſionĕ pariebat in anno iubilei quo reſtituendi erant agri primis poſſeſſoribus. *Vidiſti uirum uelocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit nec erit ante ignobiles.* Parui refert q; dictio interpraetata ignobiles ſonat. *Obſcuros.* Quanto moleſtior eſt non ſolum pigritia, ſed etiam tarditas hominis, tanto gratior eſt velocitas hominis in opere ſuo. Qui.n. cito efficit quaſi bis efficit, & propterea coram regibus ſtare deſcribuntur huiuſmodi viri expediti in operibus ſuis: nec ſinuntur manere cum iuris obſcuris ſed ubi innoteſcunt aſſumuntur a principibus: ut quotidie videmus fieri. Nec eſt hic ſermo de opere mechanico, ſed de opere in genere & præcipue de opere liberali. Veloces.n. in exercitatione officiorum quorumcūq; gratiſſimi ſunt principibus.

Deus vindex pauperū

Grata velocitas in ope:

C A P. XXIII.

Q*Vando ſederis vt comedas cum principe diligenter attende quæ ſunt appoſita ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo: ſi tamen habes in poteſtate animam tuam ne deſideres de cibis eius in quo eſt panis mendacii.* Iuxta hebræum habetur. *Quia ſedebis ad comedendum cū domino: intelligendo intelliges quæ in facie tua, & pones cultrum in gutturibus tuis, ſi herus animæ tu. Non concupiſces ſapores eius: & ipſe panis fallaciarū.* Methaphoricus ſermo eſt ad inſinuandum homini pericula conuiuiorum quæ fiunt a dominis. Et ſenſus parabolæ eſt q; conuiua domini exponitur periculo vitæ animi quemadmodum circumſeptus gladiis iuxta guttur expoſitus eſt periculo vitæ corporeæ, ita ut non ſit herus vitæ propriæ. Clarum eſt enim q; habens circa collum ſuum imminentes gladios, non eſt herus vitæ propriæ, ſed periculo ſubiacet perdendi corpoream uitam: quia non eſt in poteſtate eius uita ſua, ſed in poteſtate gladiorum imminentium ex omni parte gutturi. Iuxta hanc methaphoram monet conuiuam domini ut intelligat quæ in facie ſua hoc eſt vt intelligat ſe conuiuam domini expoſitum periculo uitæ corporis. Aſſimilat itaq; gladiis gutturi imminentibus ea quæ coram conuiua domini ſunt, & propterea concludit non concupiſces ſapores (hoc eſt diuerſas epulas domini) nam & ipſe panis domini eſt fallaciarū: hoc eſt non ſolum diuerſitas epularum, ſed etiam panis ipſe ad fallendum tendit. Ordinato itaq; literam ſic: quia quandoq; ſedebis ad comedendum cum domino ideo intelligĕdo intelliges quæ in facie tua. Non reſtringitur relatiuum quæ ad epulas: ſed comprælhendit actiones, ſtudia, interrogationes, & quæcunq; in conuiuio a domino exercendæ ſunt.

Qualis autem intelligenda ſint hæc quæ coram eo ſubiungit declarat per ſimilitudinem dicens, & pones cultrum in gutturibus tuis, Si uis intelligere quæ in facie tua pones multitudinem cultrorum circa guttur tuum (hoc eſt conſiderabis te tanquam poſitum ſub multitudine gladiorum imminentium gutturi tuo) ad intelligendum ſi herus animæ tu, ac conſiderandum q; tu ſuppoſitus huiuſmodi gladiis non es herus uitæ, & propterea non concupiſces &c. Vbi prudens lector aduerte q; concluſio fallacis panis manifeſtat quo tendit parabola: videlicet admonendum q; conuiua domini periculo exponitur fallaciarum domini in conuiuio. Conſiderauit Salomon q; quia menſa ſæpe eſt tormentum efficax ad hoc q;

conuiua profert ea quæ nunquam potuiſſet:ideo menſa domini efficax valde tormentum
Menſa eſt tormētū efficax ad detegēda ſecreta animi.
eſt ad hoc ꝙ conuiua prodat multa ſecreta quæ latebant in animo eius. Cibi.n. & potus mu
tant homines.alterant humores,& nouam diſpoſitionem inducunt corporis & animi.& p-
pterea domini utuntur conuiuio ut inſtrumento fallendi conuiuam,introducendo aliquos
ſermones ad fallendum:& redditur conuiua non herus proprii domini. Mutatus.n. perdit
facultatē retinendi internos animi motus & conſequenter retinendi ſecreta cohibendiq; ſer
mones Et propterea Salomon aſſimilauit conuiuam domini expoſito gladiis circa guttur
quo ad hoc ꝙ neuter eſt herus uitę,iſte quidem non eſt herus uitæ corporis,ille autem non
eſt herus vitæ animi. ℭ *Noli laborare ut diteris: ſed prudentiæ tuæ pone modum.* Secunda particula
iuxta hebræum habetur. *Ab intelligentia tua prohibe.* Et eſt ſenſus non laborabis ut diteſcas, p-
Laborare pro opportunis laudabile, ſed pro diuitiis vituperabile eſt
hibe hunc laborem ab intelligentia tua. Aliud eſt ad habendum opportuna & commoda,
aliud eſt laborare ad habendum diuitias,primus labor exercendus eſt quia ſcriptum eſt. in
ſudore uultus tui veſceris pane tuo,ſecundus labor uitandus hic ſcribitur , uitandus autem
non ſolum ab exercitatione,ſed etiam ab intellectu, a conſideratione, & conſilio, & ratio
ſubditur. ℭ *Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere &c.* Iuxta hebræum habetur. *Nunquid
illuſtrabis oculos tuos in ipſo: & non ipſum: quia faciendo faciet ſibi alas ſicut aquila uolabit in cælos.* Ratio abii-
ciendi procul laborem pro diuitiis redditur ex eo ꝙ diuitię nihil habent fixionis,ſed repen-
te euaneſcunt ad inſtar aquilę uolantis ad ſuperos:itaq; in momento ſpacii quo figuntur
oculi ad videndum aquilā apparet ipſa & non ipſa:hoc eſt apparet ipſa & ſtatim euaneſcit
ab oculis & ipſa non uidetur. Iuxta hanc ſiquidem metaphoram deſcribit momentaneam
Rō quare vanus labor pro diuitiis cumulādis.
durationem diuitiarum dicendo,nunquid illuſtrabis oculos tuos in ipſo & nō ipſum. Pro-
nomen ipſum demonſtrat diteſcere ſeu diuitias: & eſt ſenſus,nunquid illuſtrabis: hoc eſt fi-
gendo oculos clare uidebis ipſum: & reſpondendo negatiue ſubiungit & non ipſum , hoc
eſt ideo non illuſtrabis oculos tuos in ipſum quia ſtatim eſt non ipſum,& rationem ſubiū-
git quia faciendo faciet ſibi alas:hoc eſt quia ſimile eſt generi volatilium quod producit ſi-
bi alas. Et qualitas ac efficacia alarum deſcribitur ad inſtar aquilæ quæ celerrime volat ad
ad ſupernam aeris regionem euaneſcens ab oculis noſtris. Ratio ergo non laborandi pro
diuitiis eſt quia celerrime euaneſcunt. Labor.n. vanus cenſetur pro re non neceſſaria tam
repente euaneſcente. Modus autem quo euaneſcunt diuitię deſcribitur pulchre ſub metha-
phora alarum dicendo ꝙ diuitię faciunt ſibi alas;hoc eſt occaſiones ambulandi in magnis
& mirabilibus. Ad differentiam non diuitum qui regulariter uiuunt & operantur tanquā
Diuites alati & quare.
gradientes in terra deſcribuntur diuites alati tanquā volantes in aere viuendo,& operando
ſuper alios in magnis & mirabilibus: & quia aſpirant ſemper ad ſuperiora ideo producere
ſibi dicuntur alas aquilarum,nam aſpirando ad ſuprema euaneſcunt diuites vt aquilę a no
ſtris oculis. ℭ *Ne comedas cum homine inuido: & ne deſideres cibos eius.* Iuxta hebręum habetur. *Non
comedes panem mali oculo.* Nihil dicitur de inuido ſed de malo oculo,& ſi cōſideraueris ſuperius
Vir malus oculo quis ſit
dicta inuenies in cap. 22. bonum oculo appellatum uirum qui de pane ſuo dedit pauperi.
Et propterea vir malus oculo non videtur arctandus ad inuidum. Sed vir malus oculo ſo-
nat virum utētem ad alterius malum oculo:hoc eſt notitia quam habet. Et ut ſubiuncta in-
ſinuant methaphorice intelligendum eſt hoc præceptum,itaq; dicendo non comedes panē
viri mali oculo,appellatione comeſtionis ſignificatur omne commercium lucri ſpeciem ha
bens,ac ſi apertius dixiſſet,nec appetes nec vteris rebus viri mali oculo. Et ratio ſubiūgitur.
Quoniam in ſimilitudinem arioli & coniectoris extimat quod ignorat. Iuxta hebræum habetur. *Quia ſicut
amaritudo in anima eius ſic ipſe.* Hoc eſt ſicut amaritudo occultatur in illius animo,ita ipſe occul-
tat ſe tibi: & rurſus ſicut in anima eius eſt amaritudo,ita ipſe eſt amaritudo aliis , & ad hoc
manifeſtandum ſubiungit modum quo utitur vir malus oculo ad amaritudinem aliorū di
cendo. *Comede & bibe dicet tibi: & mens eius non eſt tecum.* Parui refert ꝙ dictio interpretata mens
ſonat. Cor. Iſte eſt modus quo vtitur uir malus oculo, ſermones ſiquidem profert bonos
dulces ac utiles:cor autem alienum a te retinet imo contrarium tibi. *Cibos quos comederas euo-
mes: & perdes pulchros ſermones tuos.* Iuxta hebræum habetur. *Panem tuum comediſti euomes illum & de-
ſtrues verba tua dulcia.* Hinc habetur ꝙ methaphoricum eſt præceptum iſtud. Non.n dicit pa-
nem eius,ſed panem tuum comediſti ad inſinuandum artem pernicioſam ac efficacem qua
vtitur tecum vir malus oculo: & ut vnico verbo dicatur ars eius eſt proponere bona & ten-
dere ac ducere ad terminum malum,proponit ſiquidem tibi bona mandando,conſulendo
ſuadendo,hortando,laudando,offerendo &c. ſed animo tendet ad malum terminum & du-
Duo officia viri mali oculi.
cet ad malum exitum. Hæc.n. duo officia ſignificātur ſub duobus methaphoris comedendi
videlicet & dulcis eloquii,ad inſinuādum ꝙ tam in factis tuis ꝗ in verbis tuis utroq; officio
vtitur

vtitur vir mali oculi. Ad facta .n. tua ſpectat comeſtio panis tui terminata ad vomitum: ad uerba autem tua ſpectat prolatio uerborum dulcium terminata ad deſtructionem illorũ. Doloſa itaq; ars mali oculi deſcribitur ĩ iſtis ordinatis effectibus methaphorice: comediſti panem tuum euomes illum: hoc eſt efficiet malus oculo ꝙ ſis quãtum ad facta ſimilis comedenti panem ſuum (et hoc eſt bonum) & poſtea euomenti & hic eſt peſſimus terminus: & ſimiliter quantum ad verba ſis ſimilis ei qui protulit ſermones dulces (& hoc eſt bonũ) & poſtea deſtruit eos confutando uel contradicendo uel oppoſitum exequendo, & hic eſt peſſimus terminus. Exemplum huiuſmodi mali habes in tirannis uſurpantibus ſibi gubernationem reipublicę. Tales.n. ſemper bona proponunt laudant ſuadent &c. tendunt autem & ducunt ad malum, puta ſubiectionem aliorum, & mille viis utuntur ſub ſpecie boni ad alioꝝ perniciẽ: & ꝓpterea Salomon ſub iſtis methaphoris prohibet cõmercium cũ illis prohibet & uelle & habere bona ab illis: monendo filium ꝙ ſi concupiſces aut commedes hoc eſt uſus fueris illis, eueniet tibi in factis, panem tuum comediſti euomes illum: & in verbis, uerba tua dulcia deſtrues. Vtinam frequenter nõ videremus hęc impleri in his quorum bona uertuntur in ipſorum malum.

Exẽplum tyrannorum.

In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquii tui. Dictio interpraetata doctrinam ſonat. *Intellectum.* Sententia clara & frequentiſſime verificatur. *Ne attingas paruulorum terminos & agrum pupillorum ne introeas.* Prima particula iuxta hebraeum habetur. *Nõ adiunges ad terminum ſempiternum.* Quod iam in praecedenti capitulo declaratum eſt. Secunda uero particula de introitu occupatiuo intelligitur. Prohibet n. occupari in toto uel in parte agrum pupilli: quia facile res pupillorum ab aliis occupantur.

¶ *Propinquus.n. eorum fortis eſt: & ipſe iudicauit contra te cauſam eorum.* Iuxta hebraeum habetur. *Quia redemptor eorum fortis, ipſe litigabit litem eorum tecum.* Quoniam pupilli ſaepe carent adiutore ideo rationem reddit ex parte dei: ac ſi apertius dixiſſet, ꝙ licet pupilli careant homine qui redimat eos a tua uexatione, redẽptor tamen eorum ſũmus deus fortis eſt ad redimẽdum eos de manu tua: & ipſe faciet litigare litem eorum tecum, uel ſuſcitando tibi aduerſarios in hac vita: uel immittendo mala in te aut tua, vel ſaltem puniendo in altera uita. *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuae ad uerba ſcientiae.* Dictio interpraetata doctrinam ſonat. *Eruditionem.* Seu. *Caſtigationem.* Quum debuiſſet dicere ingrediatur eruditio ad cor tuum & uerbum ſcientiae ad aures tuas, dixit contrario modo, ingrediatur cor tuum ad ſcientiae eruditionem, monet enim ut applicet animum & ſenſus ad eruditionem & ſcientiam, applicet autem non qualitercũq;, ſed perſcrutando penetralia eruditionis & ſcientiae. Talis.n. modus ſignificatur per huiuſmodi ingreſſum cordis & auris: hoc eſt ſenſus auditus qui eſt ſenſus diſciplinae.

Q ſio ingrediatur cor ad eruditionem.

¶ *Noli ſubtrahere a puero diſciplinam &c.* Parui refert ꝙ hebraice ſcribitur, *Non prohibebis a puero caſtigationem: quia percuties eum in virga non morietur. Tu in virga percuties eum & animam eius a fouea facies euadere.* Vtilitas caſtigandi puerum dicitur euaſio animae pueri a fouea, & ſiue nomine foueae intelligatur infernus: ſiue caſus in praeſenti uita, uerificatur litera: quoniã caſtigatio pueri ſi effectum intentum aſſequitur dirigit puerum per uiam bonorum tuorum, & ſic euadit & poenas inferni in altera uita, & in hac uita euadit multos caſus in quos incidunt ueri iniqui.

Vtilitas caſtigãdi puerum.

Fili mi ſi ſapiens fuerit animus tuus gaudebit tecum cor meum. Dictio interpraetata animus ſonat. *Cor.* Et interpres addidit tecum uel potius mutauit, nam hebraice ſcribitur. *Gaudebit cor meum etiam ego.* Deinde ſubiungitur. *Et exultabunt renes mei loquentibus labiis tuis rectitudines.* Diſcerne ſingula, ſi cor tuum ſapiet cor meum gaudebit. Apte cor cordi reddit, & adiungit etiam ego ſubaudi, gaudebo, ad inſinuandum ꝙ huiuſmodi delectatio cordis: erit etiam delectatio ipſius patris: hoc eſt erit delectatio placens ipſi patri ad differentiam delectationum intriſecarum quę nobis diſplicent, quales ſunt delectationes primorum motuum de cogitatis aut occurrentibus illicitis. Quod autem addit de renibus, ad magnitudinem gaudii ſpectat, ut non ſolum intus ſentiat gaudium & placeat ſibi, ſed in corpus redundet gaudium. Significatur.n corpus a parte corporis appellata renes, & apte exultationem corporis reddit ſermoni qui exterius ſentitur, Meminit autem renum: quoniam renibus attribuitur intelligentia tanquam remouentibus prohibens ut ſuperius declarauimus. Sermoni.n. rectitudinis gaudium accommodat renum pro quanto conferunt ad ſciendum rectitudinem. *Non emuletur cor tuum peccatores, ſed in timore dei eſto tota die. quia habebis ſpem in nouiſſimo & praeſtolatio tua non auferetur.* Secunda clauſula iuxta hebraeum habetur. *Sed eſt finis: & ſpes tua non ſuccidetur.* Monet filium vt non inuideat peccatorum proſperitati, ſed perſeueret tota die in timore iehouah. Qui.n. inuidet proſperitati iniquorũ poſtponit timorem dei & ſimilis iniquis efficitur ut proſperetur. Iuxta duo autem praemonita ponit duas rationes. Alteram, ſed eſt finis, & hęc ſpectat ad primum non emuleris peccatores, quia proſperitas eorum cito finitur, non multum

Nõ inuidẽdũ proſperitati peccatoꝝ ꝑ duas rationes.

durabit ſed ſaltem finitur cum hac uita. Alteram & ſpes tua non ſuccidetur,& hæc reſpicit
ſecundum,in timore iehouah eſto tota die quia ſpes tua quam in ſummo deo fixiſti ſuccide
tur per mortem ſed eternum premium aſſequetur. *Audi fili mi: & eſto ſapiens & dirige in uia animum*
tuum. Deficit pronomen tu &,dictio interpratata animum,ſonat cor. Monet filium quãuis
alii non me audiant,audi tamen tu fili mi & ſape ſecundum partem intellectiuam: & dirige
cor tuum partem ſcilicet appetitiuam in via hoc eſt tãquam iter agens ad celeſtem patriam
ad differentiam eorum qui hac vita non vtuntur ut via ſed ut patria. ¶ *Noli eſſe in conuiuiis pota*
torum: nec in commeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt. Iuxta hebræum habetur. *Non eris*
inter potatores vini inter comeſtores carnis ſibi. Pronomẽ ſibi arctat potatores & comeſtores,& planus
eſſet ſenſus ꝙ de potatoribus ad æquales hauſtus loqueretur ſi inuenirent comeſtores car
nis ad equales cibo, nam pronomen ſibi determinat utrunq;. Non auſim affirmatur hunc
ſenſum,an vnq̄ fuerit alicubi iſte comedendi modus ſicut de facto inuenitur modus biben
di ad equales hauſtus. Tales.n. bibunt ſibi, vnde & dicunt bibo vobis. Incerto igitur exiſten

Q ui comedũt & bibũt ſibi & qui naturæ.

te hoc ſenſu certum eſt ꝙ pronomen ſibi ponitur ad differentiam naturæ. Qui.n. bibunt
& comedunt carnes vt viuant,bibunt & comedunt naturæ: qui autem bibunt vinum & co
medunt carnes ut delectentur,comedunt & bibunt ſibi tãquam felicitatem ſibi acquirentes
in cibo & potu Non prohibet itaq; filium a potu vini & eſu carnis,ſed a cibo & potu pro
pter delectationem: hoc eſt ne conſtituat ſuum bonum in delectatiõe potus vini & eſus car
nis. *Quia vacantes potibus & dantes ſimbola conſumentur: & veſtietur pannis dormitatio.* Iuxta hebræum ha
betur. *Quia bibax & edax depaupertabitur, & laceris veſtire faciet ſomnus.* Si non moueris amore virtu

Edaces & bibaces pauperiem incurrunt.

tis ſaltem moueat te amor boni vtilis moueat te euitatio paupertatis. Incurrunt enim hmõi
homines paupertatem, tum propter maiores ſumptus, tum propter ocium annexum. Opor
tet.n. edaces & bibaces multum dormire: & propterea apponitur ꝙ ſomnus facit induere
laceris veſtibus. ¶ *Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contẽnas quum ſenuerit mater tua.* Ex beneficio ge
nerationis paternum amorem manifeſtat ut ſecurus confidat filius in eruditionę paterna.

Conditiones quibus extimaẽ mulier in ſenectute deficiunt.

Et ex eodem beneficio monet non eſſe deſpiciendam matrem in ſenectute. Mulier.n. in ſe
nectute vilis redditur vtpote amiſſis ꝯditionibus propter quas exiſtimatur mulier, puta pul
chritudine, fœcunditate, & obſequendi facultate. *Veritatem eme & noli vendere, ſapientiam & doctri*
nam & intelligentiam. Ordo litere eſt veritatem eme & non vendes: & ibi fiat punctus: deinde
ſubiungatur appoſitiue. *Sapientiam & eruditionem & intelligentiam.* Quodlibet.n. horum trium
appoſitiue ad veritatem legendum eſt. Eſt.n. ſenſus eme & non vendes veritatem, ſapien
tiam, eruditionem, & intelligentiam. Quodlibet.n. horum emendum eſſe & nulla ratione
vendendum docet Salomon. Et eſt ſenſus eme: hoc eſt da res tuas ut acquiras veritatem, ſa

Emenda non vendenda ſapientia.

pientiam, eruditionem, atq; intelligentiam (optima eſt.n. hęc commutatio) & non vendes:
hoc eſt non alienabis a te veritatem, ſapientiam, eruditionem, atq; intelligentiam vt acquiras
res alias: mala ſiquidem eſſet huiuſmodi commutatio. Hæc.n. ſunt præcioſiſſima: res autẽ
alie ſunt ualde uiles relatiue ad hæc. ¶ *Exultat gaudio pater iuſti: & qui ſapientem genuit letabitur in eo.*
Tam iuſti q̄ ſapientis filii pater gaudens deſcribitur ob naturalem amorem patris ad bonũ
filii tanquam ad bonum proprium. ¶ *Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit te.* Ex im
mediate præmiſſo gaudio patris ex filio iuſto & ſapiente infertur conſequenter monitio fi
lii ut ſit ratio gaudii paterni & materni, hoc eſt ut ſit iuſtus & ſapiens ac ſic uterq; parens le
tetur in eo. ¶ *Prebe mihi fili cor tuum & oculi tui uias meas cuſtodiant.* Vtranq; animi partem poſcit
pater a filio, appetitiuam ſub nomine cordis, & intellectiuam ſub nomine oculorum, petit
autem dari ſibi monenti & inſtruenti cor obſequens. Non enim exigit cor niſi ad obſequen
dum monitionibus paternis: & oculis mentis ad curam habendum uiarum: hoc eſt ſtudio
rum & operum quæ docuit ipſe pater. Quãuis etiam viæ patris ĩtelligi poſſint exempla vir
tutum in operibus patris imitanda a filio. *Fouea.n. profunda eſt meretrix & puteus anguſtus aliena.*

Q uare meretrix fouea

Aſſimilat meretricem profundo foueæ: ut non paruipendatur commercium cum meretri
ce ſed magni pendatur tanquam fouea profunda. Cadere.n. in profundam foueam nõ par
ui periculi eſt quoniam nõ eſt in poteſtate eius qui cecidit in foueam profundam redire. Et
ſignificatur per hoc malum mortalis peccati in fornicatione cum meretrice. Illud.n. eſt tan
quam fouea profunda a qua redire non eſt in poteſtate eius qui cecidit. Mulier quoq; alie

Q uare alienã coniunx ſit puteus:

na (hoc eſt quæ non eſt tua coniux) aſſimilatur puteo anguſto hoc eſt puteo non amplo &
manifeſto ſed anguſto & latenti: et propterea facile excipienti incautos tranſeuntes. Putan
tes.n. ſecurum agere iter incidunt in huiuſmodi puteos. Ex quibus non poſſunt per ſeipſos
redire. Ad methaphoram foueæ profundæ addit puteus anguſtus aquam in fundo et oc
cultationem ipſius foueæ: ut ex vtraq; ſimilitudine conſideretur magnitudo caſus in huiuſ

modi

modi fornicationibus quæ paruipenduntur ab hominibus. ℭ *Inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos inuenerit interficiet.* Iuxta hebræum habetur. *Etiam ipſa ſicut prædo inſidiabitur, & peccatores in homine addet.* Ecce officium foueæ, ecce officium putei anguſti, inſidiari hominibus tanquã prædæ tanquam animalibus quæ in præda capiuntur. Et quale ſit malũ quod humano generi ingerit ſcortum declarat ſubiungendo ꝙ peccatores in homine addet: multiplicare ſiquidẽ peccatores augere peccata, eſt malum quod ſcortum efficit in homine, hoc eſt in humano genere. ℭ *Cui ue cuius patri ue cui rixe, cui fouea, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffuſſio oculorum? nonne iis qui morãtur in vino! et ſtudent calicibus epotandis?* Iuxta hebræum habetur. *Cui ue cui ue? cui rixe? Cui loquacitas? Cui percuſſiones capitis fruſtra? Cui robur oculorum? morantibus ſuper uinum uenientibus ad quærendum colatum.* Multa mala quæ efficit vinum immoderate bibitum colligit Salomon, & primum duo ve (alterum animæ alterum corpori) manifeſtat, qa nocet & animæ & corpori. Deinde mala duo in actionibus (alterum in factis alterum in verbis) affert, rixas videlicet & loquacitatem. Vtrũq; n. malum videmus in hiis qui multum bibunt. Demum duo mala quę patitur hmõi potator adducit. Alterum ꝙ percutitur in capite fruſtra. Quod verificari poteſt uel de percuſſione capitis quam incurrit cadendo ut ſæpe iſtis accidit, & dicitur fruſtra quia ſine cauſa percutitur, hoc eſt non cauſa belli non cauſa rixę aut odii, vel de percuſſione capitis qua verberantur iſti ab aliis in deriſum, ſed hoc vilibus tantum cõtingit perſonis. Primum autem contingeret promiſcue niſi prouiderẽt alii opem ferrendo portando & locãdo in lecto. Alterum ꝙ patitur ab intrinſeco. Incurrũt enim ruborem oculorum alienum a natura. Quod autem ſubditur, ad quærendum colatum, vinum purius ſignificatur inquiri ab iſtis. Colatio enim liquoris purificat illum: & propterea ſignificãtur qui morantur bibendo vinum, & nihilominus quærendo vinum magis depuratum a fece & aliis cõditionibus uini minus gratis. ℭ *Ne intuearis uinum quando flaueſcet: quum ſplenduerit in uitro color eius.* Parui refert ꝙ dictio interpræfata flaueſcit ſonat. *Rubeſcet.* Secunda vero particula iuxta hebræum ſic habetur. *Quod dabit in poculo oculum ſuum.* Oculus vini appellatur perſpicuitas ipſius vini. Oculus enim naturalis eſt animalis pars habens eſſe perſpicuum, uiuum, & propterea eſſe perſpicuũ ac uiuax ipſius vini appellatur methaphorice oculus vini. Et eſt ſenſus ne ĩtuearis uinum dans in poculo ſuam viuacitatem perſpicuam. Eſt. n. allectiua ad bibendum. Pulchritudo. n. & bonitas vini relucet in illius viuacitate perſpicua, & videtur hoc appoſuiſſe ad declarandum ꝙ dixerat, ꝙ rubeſcet. Manifeſtat. n. de quali rubore loquitur videlicet uiuaci perſpicuo. *Ingreditur blande ſed in nouiſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Dictio interpræfata blande ſonat. *Directe.* Et dictio ĩterpræfata venena diffundet ſonat. *Punget ſeu Separabit.* Nec ſis ſollicitus de proprietate nominum ſerpẽtũ. Incerta. n. habeo, ſat eſt ꝙ deſcribit̃ potus vini habens ingreſſum ſine impedimento tanquam directa via ambulantem, ſed in fine potus ſentiuntur effecti mali tanquam ſerpentis inter mordentis & pungentis ſeu ſeparantis. Separat enim rationem a ſenſu, pungit ſanguinẽ, & mordet cerebrum. ℭ *Oculi tui videbunt extranea, & cor tuũ loquetur peruerſa.* Accidentia quæ ꝯſequunt̃ ebrietatẽ deſcribunt̃ inchoando ab oculis. Impediuntur. n. ebriorum oculi ita ꝙ non vident res ut ſunt ſed vident extranea ab iis quæ ſunt. Cor uero eorum impeditur a proferendo per os verba expedita, & loquitur reuolutiones. Dictio. n. interpræfata peruerſa ſonat. *Reuolutiones.* Inuolutos. n. ſermones proferunt ex impedimento cordis. Hoc eſt animi intus. ℭ *Et eris ſicut dormiens in medio maris, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo.* Iuxta hebræum habetur. *Et eris ſicut iacens in corde maris & ſicut iacens in capite mali nauis.* Aſſimilatur ebrius iacenti in aquis maris, quia quemadmodum iacens in mari cõtinuis fluctibus agitatur, ita ebrius intus agitatur tanquam fluctuans. Poteſt nihilominus ſimilitudo hęc intelligi quoad ſubmerſionem. Iacens. n. in corde maris iacet ſubmerſus ſub aquis fluctuantibus. Et ebrii animus iacet merſus ſub humoribus fluctuantibus ex copia vini. Aſſimilatur quoq; iacenti in aere in ſumitate mali nauis Summitas. n. illa continue agitatur, & ſic ebrius intus agitatur. Agitatur n. corpus ſecundum humores ſubmergentes animum, & propterea aſſimilatur iacenti in corde maris, agitatur & animus ſecũdum ſpiritus animales: & propterea aſſimilatur iacenti in ſumitate mali nauis. *Et dices uerberauerunt me: ſed non dolui traxerunt me &c.* Interpræs addidit & mutauit: nam iuxta hebræum legitur. *Percuſſerũt me non egrotaui: uerberauerunt me non ſciui: quando euigilabo? addam quærã illud adhuc.* Verba hæc in perſona ebrii dicunt̃. Sonant n ebriũ glorianteẽ ſe de ĩpaſſibilitate adepta ꝑ ebrietatẽ, & ꝑpꝛa pſcueraturũ ĩter pocula. Impaſſibilẽ ſiqdẽ ſe fuiſſe iactat dicẽdo, ꝑcuſſerũt me & nõ ęgrotaui, verberauerũt me et neſciui, hoc eſt vinũ me facit talẽ nec ꝑcuſſiones nec uerbera moleſte fero. pertinacia aũt ſignificat̃ dicẽdo, euigilabo a ſõno ebrietatis, addã potũ vini quærã illud vinũ vt ſim iterũ impaſſibilis. Irriſorie dicit hæc Salomon manifeſtando cecitatem ebriorum.

Habetur mendaces ſeu mentientes.

Eſt vna dictio ſonãs pro p̃r.e vulnera, nec vlla fit mentio capitis.

Mala ex vino immoderate bibito.

Quis oculus uini.

In rectitudinibus.

Effectus interiores vini.

Accidentiã cõſequẽtiã ebrietatem.

In hebræo nõ hr̃ nauis.

Quo iacet ebrius in corde maris.

Aiunt ſonare proprie cõtuderũt ſeu cõtriuerũt.

Vini potatores incorrigibiles.

NE *emuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis*. Inhibetur inuidia proſperitatis virorum malorum, inhibetur & ſocietas cum eis, ratio autem ſubditur. ¶ *quia rapinas meditatur mens eorum: & fraudes labia eorum loquuntur*. Parui refert ꝙ dictio interpraetata mens ſonat. *Cor*. Et dictio interpraetata fraudes ſonat. *Iniquitatem*. Ratio proſperitatis virorum malorum

Quare nõ inuidendũ eſt viris malis.

inſinuatur iniquitas & rapina, & quia haec fugienda ſunt ideo non eſt inuidendum proſperitati eorum nec capienda eorum ſocietas. ¶ *Sapientia aedificabitur domus*. Aduerte prudens lector ꝙ Salomon quinq; actiones colligit accommodando ſingulas virtutibus quibus ipſę

Quinq; actiones accõmodatas virtutibus colligit Salomon.

egent. Colligit enim ędificare domum, dirigere eam, ac replere eãdem, deinde fortitudinem & demum robur virium, & intendit aedificare eget ſapientia, dirigere eget intelligentia, replere eget ſcientia, fortitudo eget uiro ſapiente, & robur virium eget viro ſciente, nam iuxta hebraeum ſic legitur. ¶ *in ſapientia aedificabitur domus & in intelligentia dirigetur: & in ſcientia cubicula replebuntur: omnibus opibus praecioſis & dulcibus: uir ſapiens in fortitudine: & uir ſciente in robore uirium*. Vide

Hĩ vnica dictione, roborans vires.

Rõnes cuiuslibet accõmodationis.

ſingulorum rationes, aedificare domum exigit ſapientiam, tum ad fundandum eam ſuper petra iuxta illud, ſimilabo eum viro ſapienti qui aedificauit domum ſuam ſuper petram, tum ad aedificandum in bono ſitu relatiue ad plagas coeli & relatiue ad qualites terrae ambientis ne a terra padulosa ledantur habitatores. Dirigere autem domum in diſtinctas & ꝓportionatas partes eius indiget intelligentia penetrante ſingula, vnde & vulgariter dicimus domũ male intellectam quando in huiuſmodi diſtinctionibus & proportionibus deficit. Prouidere autem domui de rebus & praecioſis & delectabilibus indiget ſcientia particularium & tẽporum ac commoditatum, vnde & neſcios appellamus qui cum poſſint, non prouident domui ſue temporibus ſuis theſaurizando etc. Fortitudinem autem egere viro ſapiente teſtatur experientia, nam nec ciuitas, nec ars, nec exercitus quantuncũq; fortis praeualet niſi uir ſapiens praeſideat. Robur demum virium cuiuſcunq; etiã gigantis nihil valet niſi uir ſciat vti robore, vnde et vulgo dicitur, ꝙ robur viri eſt dãnum domus, quod veriſſimũ eſt niſi ſit vir ſcientiae hoc eſt ſciens uti viribus. Nec intelligo Salomonem collegiſſe haec vt diceret haec impertinentia ad vitam ſpiritualem, ſed ut parabolas proponeret ad inſinuandum per aedificationem domus ꝙ omnis prima conſtitutio cuiuſcunq; rei inniti debet ſapientiae, & ſimiliter omnis directio inniti debet intelligentiae: & omnis prouiſio inniti debet ſcientię, et potentia quaecunq; regulanda eſt a uiro ſapienti, & demum vires executiuę regulandę ſunt ſcientia. ¶ *Quia cum diſpoſitione initur bellum: & erit ſalus ubi multa conſilia ſunt*. Iuxta hebraeum habet. *Quia in ingeniis facies tibi bellum: & ſalus in multitudine conſiliorum*. Directe redditur ratio duorum vltimorum. Ex eo. n. ꝙ tu facies bellum tibi (hoc eſt ad utilitatẽ tuam) in ingeniis (hoc eſt utendo multis ingeniis) & uniuerſaliter ſalus acquiritur: & ſeruatur ex multitudine cõſultorum, manifeſtatur ꝙ fortitudo & vires indigent viris ſapientiae & ſcientiae. ¶ *Excelſa ſtulto ſapientia: in porta non aperiet os ſuum*. Parui refert ꝙ iuxta hebręum pluralis numeri eſt tam excelſa q̃ ſapientia. Et eſt ſenſus ꝙ ſtultus reputat omnes ſapientias excelſas: hoc eſt inaceſſibiles tanquam valde eleuatas ab ipſo: & propterea non ſtudet, ut acquirat ſapientiam ſed iacet in ſua ſtultitia: et hinc oritur ꝙ in porta (hoc eſt in loco publico in quo ſedent optimates) nõ aperiet os ſuum: quia neſciet quid dicat. Vtinam non eſſet tam frequens huiuſmodi ſtultitia.

Stulti deſperatio ad ſapientiam.

¶ *Qui cogitat mala facere ſtultus vocabitur*. Iuxta hebraeum habetur. *Cogitantem ad faciendum malum illum herum cogitationum vocabunt*. Et eſt ſenſus ꝙ uir cogitans meditationibus multis adhibitis ad faciendum malum laudatur a multitudine ꝙ eſt herus cogitationum tanquam famulorũ ſuorum. Videns. n. uulgus ꝙ machinantes ad malum aſſequuntur ad votum cogitata: laudant eos ꝙ ſunt heri cogitationum: quia cogitationes illis famulãtur ad ſucceſſus. Ratio autem quare cogitantes ad malum potius q̃ cogitantes ad bonum fiunt uotorum cõpotes eſt multiplex. Nam & ipſe cogitans pronior eſt ad malum q̃ ad bonum: ac per hoc propenſior & ſtudioſior eſt ad malum, et multitudo miniſtrorum idonea ad malum in promptu magis eſt q̃ ad bonum: et bonum multa habet impedimenta quibus caret malum: quia bonum cõſurgit ex cauſa integra: malum autem ex quolibet particulari defectu.

Rõ cur ad malum machinantes fiũt uoti compotes magis q̃ ad bonum.

¶ *Cogitatio ſtulti peccatum eſt: & abominatio hominum detractor*. Iuxta hebraeum habetur. *Cogitationes ſtultitiae peccatum: & abominatio homini deriſor*. Quid ipſe Salomon ſentit de laude hominis cogitantis ad faciendum malum manifeſtat. Corrigit enim praerecitatam laudem manifeſtãdo cogitationes ſtultorum non eſſe dignas laude eo ꝙ peccata ſunt, & quia cogitans ad faciendum malum aut ſtultus eſt (hoc eſt imprudẽs) aut deriſor eſt eruditionum et documẽtorum, ideo adiũgit ꝙ deriſor legum ſeu morum abominatio eſt homini quatenus homo eſt: ac per hoc ĩdignus eſt

Cogitatio ſingulariter

laude

laude etiam vulgari. ¶ *Si deſperaueris laxus in die anguſtie imminuetur fortitudo tua.* Iuxta hebræum habetur. *Si laxaſti in die anguſtie: anguſta erit fortitudo tua.* Monet filium ut in die anguſtie non ceſdat non relaxet animum non relaxet ſtudium ad euadendum imo ad propulſandum anguſtiam: quoniam ſi ceſſerit eueniet ꝙ fortitudo eius erit anguſta. Qui.n. cœpit ſuccumbere anguſtiæ non erit deinceps in amplitudine ſuæ fortitudinis, ſed anguſtabit amplius, et hoc verificatur tam in corporeis q̃ ſpiritualibus circa quæ uerſatur intentio auctoris.

Nõ habetur ſi:

Q uare nõ ſuccũbendũ anguſtiis.

¶ *Erue eos qui ducuntur ad mortem & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes.* Dictio interprætata eos qui ducunt̃ ſonat. *Captos.* Et ſecunda particula Iuxta hebręum ſic habetur. ¶ *Et inclinantes ad occaſionem ſi prohibebis!* Et primæ quidem particule ſenſus clarus eſt videlicet vt homo eruat raptos ad mortem quoniam iniuſte occidendi ſunt. Ipſa.n. violentia qua capti deſcribuntur ad mortem ſonat iniuſtitiam Secunda vero particula minus clara eſt, ſonat tamen vt homo prohibeat ne occidantur illi qui licet non ſint capti ſunt tamen humiliati, ac deiecti vt inclinati ſint ad hoc vt occidantur, & capti quidem egent liberatore de manu eorum qui tenent eos. Humiliati egent viro prohibente ne ad ulteriora procedatur & propterea dicit̃ de iſtis nunquid prohibebis: & intendit affirmatiuam de iniuſte humiliatis. ¶ *Si dixeris. viris non ſuppetunt.* Iuxta hebræum habetur. *Q uia dices ecce non ſciuimus hoc.* Hinc apparet quare interrogatiue dixerit nunquid prohibebis, quia videlicet excuſabis te dicendo neſciui illum fuiſſe iniuſte humiliatum. ¶ *Q ui inſpector eſt cordis.* Iuxta hebræum habetur. *An non directior cordium.* Quod plus eſt q̃ inſpicere. Deus.n. ſignificatur qui ſolus dirigit corda. *Ipſe intelligit.* Futuri tẽpori ſunt verba hæc. Sententia eſt clara: ſonans ꝙ licet apud homines excuſare te poſſis, apud deum tamen nulla valet tergiuerſatio. Ipſe enim intelliget veritatem & cognoſcet cauſam & reddet vnicuiꝗ ſecundum opus eius.

Habet̃ ponderator ſeu numerator.

Aduerte ꝙ quemadmodum præceptum hoc dirigitur ad ſcientes iniuſte captos inclinatos, ita dirigitur ad valentes liberare & ꝓhibere. Sciens enim & potens liberare uel prohibere, tenetur ſuccurrere homini in talibus periculis conſtituto ſicut tenetur paſcere morientem fame. Alioquin reus eſt mortis innocentum quos ſciuit & valuit liberare.

Sciens & potens liberare a morte tenetur liberare,

¶ *Comede fili mi mel quia bonum eſt: & fauum dulciſſimum gutturi tuo, ſic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ.* Parui refert ꝙ dictio interpræctata gutturi ſonat. *Palatum.* Et dictio interpræctata doctrina ſonat. *Cognoſce.* Itaꝗ legẽdum eſt. *Hic cognoſce ſapientiam animæ tuæ.*

Datiuĩ caſus.

Inſtruit ſiquidem filium a ſimilitudine comedendi mel dicẽdo comede fili mi mel, quia bonum eſt quia eſt cibus bonus corpori & comede fauũ mellis, quia eſt dulce palato tuo, & quẽadmodum ſenties bonum ac dulce corpori ſic cognoſce ſapientiam bonã ac dulcem animæ tuę perinde ac ſi dixiſſet bonitatem ac dulcedinem ſpiritualem ſapientię in anima cognoſce ex ſimilitudine cibi mellis, & faui. Tu fili mi quia adhuc non ſentis in anima tua bonitatem ac dulcedinem ſapientiæ.

Dulcedo ſapĩæ.

¶ *Q uam cum inueneris habebis in nouiſſimis ſpem: & ſpes tua non peribit.* Iuxta hebræum habetur. *Nunquid inueniſti & eſt finis: & ſpes tua non ſuccidetur.* Ratio redditur quare ſpiritualis dulcedo non in ſeipſa cognoſcitur: ſed ex ſimilitudine corporalium agnoſcenda mandatur. Et conſiſtit ratio in hoc quia dulcedo ſapientie non habetur in hac vita perfecte, ſed inchoatiuæ, & in ſpe quę non ſuccidetur per mortem. Q uod enim non habeatur perfecte, ſed inchoatiue, dumtaxat manifeſtatur dicendo inueniſti, et eſt finis! Hoc eſt nunquid inueniſti ſapientiam ſic ꝙ eſt finita acquiſitio ſapientie quaſi dicat minime. Si ſapientia inueniretur ſic ꝙ finiretur inueſtigatio eius haberetur perfecte bonitas ac dulcedo eius in anima (vtpote, quia completa eſſet in anima) ſed ex eo ꝙ acquiſitio eius in hac vita non finit̃: quia nunquam inuenitur perfecta, conſequens eſt ꝙ non habetur ſapientia in hac uita niſi inchoatiue: perfectio autem eius habetur in hac vita in ſpe non vana. Et propterea ſubditur, et ſpes tua de perfectione ſapientiæ (ac per hoc de bonitate et dulcedine illius completa) non ſuccidetur per mortem ſed in alia uita aſſequetur, et ſentiet bonitatem et dulcedinẽ ſapiẽtiæ,

Dulcedo ſapĩæ in hác vita imperfecta eſt,

¶ *Ne inſidieris ut quæras impietatem in domo iuſti neꝗ uaſtes requiem eius.* Paraphraſis eſt, nam iuxta hebræum obſcurior eſt litera. *Non inſidiaberis impio in habitaculo iuſti: non prædaberis accubitũ eius.* Et eſt ſenſus in habitaculo iuſti non inſidiaberis tanquam impio. Methaphora ſumpta eſt ab inſidiis quæ diſponuntur circa habitaculum impii ad capiendum eum in crimine: monet ſiquidem Salomon filium ut cum aliquis homo habetur iuſtus non ad inſtar inſidiantis impio inquirat ſi iuſtus habet aliquid iniquitatis. Huiuſmodi.n. inquiſitio non ex recta ratione procedit quum nulla præcedat infamia nulla accuſatio nulla denuntiatio: ſed fama ad oppoſitum quia reputatur iuſtus: & præter hoc nociua eſt uiro iuſto quia tollit requiem eius: et propterea ſubiungitur, non prædaberis accubitum eius. Accubitus enim pro quiete ponitur quia accumbens quieſcit: prædatur autem quãuis non ipſum iuſtum tamen quietem eius inquirens in illo iniquitatem, et propterea inquiſitio iſta eſt mala utrinꝗ videlicet

Non inſidiandũ ei qui habet̃ iuſtus vt vitupere tur.

ex parte inſidiantis, & ex parte iuſti. ¶ *Septies.n. cadit iuſtus & reſurgit: impii autem corruent in malum.* Parui refert ꝙ futuri temporis ſunt uerba omnia. Ratio redditur quare non eſt inquirẽdus iuſtus quemadmodum impius ex diſparitate caſus impii & iuſti: quia ſeptem, hoc eſt vniuerſi caſus hominis iuſti ſunt leues: & eorum leuitas patet ex hoc ꝙ iuſtus ex caſu reſurgit: impii autem caſus eſt cum ruina in malum. Septenarius numerus pro vniuerſo ponitur: & ad inſtar corporeorum caſuum deſcribuntur caſus ſpirituales hoc eſt peccata. Videmus.n. in corporeis ꝙ cum aliquis cadit itaq; per ſeipſum ſurgit leuis eſt caſus, & paruiſſimum aut nullum incurritur nocumentum: quum autem aliquis cadit itaq; ruit in malum, nõ ſurgit ex ſeipſo ſed leſionem non paruam incurritur. Ex hac.n. parabola declarat Salomon peccata iuſtorum vniuerſa leuia eſſe, impiorum autem eſſe grauia: & propterea non eſſe inſidiandum iuſto tanquam impio: non eſſe quærenda peccata iuſtorum quemadmodum inquirenda peccata impiorum. Et ſi cum iſtis intellexeris ꝙ iuſtus quamuis peccet corrigit tamen ſeipſum (quia ex ſeipſo ſurgit) impius autem non, multiplicabis rõnem præcepti, non inſidiaberis iuſto tanquam impio. ¶ *Quum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte uideat dominus & diſpliceat ei & auferat ab eo iram ſuam.* Parui refert ꝙ dictio interprætata ruina ſonat. *Impulſionem.* Et dictio interprætata ei ſonat. *In oculis eius.* Et ſcribitur tetragrammaton Sed queſtio circa rationem huiuſmodi mandati occurrit, nam mandatum ipſum ſanctum eſt prohibens lætari de malo alterius etiam ſi ſit inimicus, ratio vero ſubiuncta non apparet recta: ſed maligna, vtpote egre ferens ꝙ deus auferat iram ſuam ab inimico. Hoc.n. contra charitatem proximi eſt: Solutio eſt ꝙ Salomon dirigit hoc mandatum ad imperfectos, & ut inducat eos ad continendum ſeipſos a peccato gaudii de malo inimici, proponit eis periculum mali proprii, vt ſi non amore virtutis ſaltem amore boni proprii abſtineant ab huiuſmodi peccato. Declarat.n. eis ꝙ huiuſmodi lætitia uidetur a deo & diſplicet deo, vtpote peccatum, & forte deus ob hoc peccatum tuum deſinet punire inimicum tuũ, quia lætitia tua eſt addere afflictionem afflicto, & inde ſuccedent tibi duo mala. Alterum confuſionis: quia confundetur lætitia tua ceſſante ira dei ſuper inimicum. Alterum virium inimici: quoniam ceſſante ira dei ſuper illum reparabit vires inimicus tuus. Non itaq; ratio affertur contra charitatem, ſed ut homo imperfectus habendo rationem boni proprii hoc peccatum euitet. Reuocatio.n. iræ diuinæ ab inimico non quatenus eſt bona inimico homini, ſed quatenus eſſet mala tibi pro ratione affertur. ¶ *Ne contendas cum peſſimis: nec emuleris impios.* Prima particula iuxta hebræum habet. *Non implicaberis cum malis.* Prohibet.n. cõmertia cum viris malis & inuidere proſperitati impiorum. *Quoniam non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extinguetur.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *Quoniam non erit finis malo.* Rationem reddit quare abominari debet malos: qa in malis viris ſunt duo. Alterum malũ alterum bonum: ſed bonum eorum extinguet, malum autem nũq̃ finietur. Et bonum impiorum ſub ſimilitudine lucerne deſcribit, eoq; nonnihil lucis habet proſperitas in iſtis tẽporalibus bonis. ¶ *Time deum fili mi & regem: cum detractoribus ne commiſcearis.* Dictio interprætata detractoribus ſonat. *Mutatoribus.* Siue mutent verba, modo dicentes vnum & poſtea contrarium: ſiue alios & populum mutando libertates, exemptiones, priuilegia, vel conſuetudines. Certum eſt.n. ꝙ mutatores hoc in loco in malam partem ſumuntur, ut teſtatur eorum ſubiuncta pœna: & contextus inſinuat ꝙ appellatione mutatorum ſignificantur miniſtri ſeu curiales regis qui huiuſmodi mutationibus malis ſtudent. Tres ſiquidem proponit Salomon videlicet, iehouah, regem, & mutatores, & duos primos monet eſſe timendos propter poteſtatem eorum, tertium autem (ſcilicet mutatores) euitari iubet. ¶ *Quoniã repente conſurget perditio eorum: & ruinã utriuſq; quis nouit.* Parui refert ꝙ dictio interprætata perditio & ruina ſonat. *Fractio.* Et ſecunda particula clarius ſonat hebraicę. *Et fractionem duorũ ipſorum quis ſcit.* Quod ideo attuli ut cognoſcatur ꝙ de duobus pręnominatis loquitur. Videlicet de rege & mutatoribus, de pena itaq; mutatorum aſſerit quia repente ſurget fractio eorum: de punitione autem mutatorum ſimul & regis, dubie loquitur dicendo, & fractionem duorum ipſorum quis ſcit. Ratio itaq; euitandi mutatores eſt quia punientur repente quando minus creditur, ſiue puniãtur a deo, ſiue a rege, ſiue a populo Sæpe enim huiuſmodi inopinatæ ruinæ curialium videntur. Pro ratione autem puniendi regem etiam ſi malus ſit affertur ꝙ etiam ipſe ſubiacet periculo ruinæ: & propterea punitio regis relinquenda eſt deo: & interim timendus rex eſt. ¶ *Hæc quoq; ſapientibus.* Non eſt perſpicuum an pronomen hæc demonſtret præcedentia uel ſubiuncta, & tanto obſcurius eſt quanto fragmenta ſunt hæc, forte Salomon ſcripſit hæc verba alibi ubi præcepta dabat ſapientibus. *Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum.* Dictio interprætata perſonam ſonat. *Faciem.*

Viiium

Proportio corporalis & ſpũalis caſus.

Quæſtio.

Solutio.

In impiis duo ſunt, bonum.ſ. & malum, ſed bonũ finit, malũ uero nõ.

Sunt tñ duæ dictiões.ſ. ed, & pid.

Inopinatæ ruinæ curialium.

Vitium.n.perſonarum acceptionis deteſtatur. Minus autem dicit & plus ſignificat, dicit ꝙ non eſt bonum ſignificat autem ꝙ eſt malum. ¶ *Qui dicunt impio iuſtus es maledicent eis populi & deteſtabuntur eos tribus.* Sententia clara eſt. *Qui arguunt laudabuntur.* Iuxta hebræum habetur. *Et arguentibus dulceſcet.* Deinde immediate ſequitur. *Et ſuper eos ueniet benedictio boni.* E regione dicentis impio iuſtus es introducuntur arguentes impium, & utrobiq; eſt ſermo de iudicibus. Iudices enim iudicantes impium eſſe iuſtum maledicentiam et deteſtationem incurrunt populorum, iudicibus uero arguentibus impium dulceſcet os populorum et ſuper eos ueniet bonum benedictionis a populis et gentibus dicentibus, benedicatur iudex et ſimilia. *Labia deoſculabitur, qui recta uerba reſpondet.* Reſpondens in rectitudine uerborum aſſimilatur oſculanti labia eius qui interrogauit. Oſculum.n.labiorum maximum eſt ſignum beneuolentiæ et magnam affert conſolationem oſculato, ſimiliter reſpõdens recta, et monſtrat ſe amare interrogantem et conſolatur eum recta reſpondendo. ¶ *Præpara foris opus tuum & diligenter exerce agrum tuum: & poſtea edifices domum tuam.* Senſus redditur, ordo ſiquidem operatum domeſticarum deſcribitur inſtruendo filium ut prius uacet præparationi agrorũ, uinearum, ouiũ, iumentorũ, quæ foris ſunt et deinde edificet domum. Et ratio ordinis in promptu eſt. Prius enim oportet procurare ea quæ pertinent ad uictum, et deinde ad cõſtruendum propriam domum, et præceptum hoc ſpectat ad uirtutem prudentiæ domeſticæ. ¶ *Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum: nec lactes quemquã labiis.* Teſtis fruſtra appellatur qui non citatus offert ſe teſtem nulla cogente cauſa & propterea inhibetur: lactare autem labiis eſt fallere uerbis blãdis: quod patet eſſe malum. ¶ *Ne dicas quomodo fecit mihi ſic faciam ei: reddam unicuiq; ſecundum opus ſuum.* Vindicta prohibetur priuata eoq; reſeruatur publicæ poteſtati aut deo. ¶ *Per agrum hominis pigri tranſiui & per uineam uiri ſtulti.* Parui refert ꝙ dictio interpretata ſtulti ſonat. *Minuti corde.* In idem.n.ſenſus reddit. ¶ *Et ecce totum repleuerant urticæ: operuerunt ſuperficiem eius ſpine, & maceria lapidum deſtructa erat.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum ſcribuntur ſpine & rubi. Sententia enim clara eſt. *Quod cum uidiſſem poſui in corde meo: & exemplo didici diſciplinam.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. *Et uidi ego, ponam cor meum, uidi, accepi, eruditionem.* Fructus inculti agri & uineæ in uiro prudente deſcribitur ordinate, & primum ꝙ ex uiſione conſecuta eſt appoſitio cordis ad conſiderandum cauſam deſerti agri & deſtructæ uineę, & ſic oculis mentis uidit meditando pigritiam ac uecordiam heri eſſe cauſam: & inde hauſit eruditionem ad euitanda huiuſmodi uitia. ¶ *Vſquequo piger dormies: uſq; quo de ſomno conſurges.* Clauſula hæc ſuperflua eſt quia non habetur in hebræo. *Parum dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conſeres ut quieſcat.* Iuxta hebræum habetur. *Parum ſomni, parum dormitationes, parum complexus manuum ad iacendum.* Repetitio eſt ſententiæ prius ſcriptæ in ca.6. ubi etiam ſubiuncta ſcripta eſt ſententia. *Et ueniet tibi quaſi curſor egeſtas tua: & mendicitas quaſi uir armatus.* Iuxta hebræum habetur. *Et ueniet ambulando paupertas tua: & defectus tui ſicut uir ſcuti.* Ad pigros & uecordes dirigitur hic ſermo de ſomno & paupertate. Deſcribitur enim paupertas ueniens ambulando non quieſcendo & tandem defectus multi aduenientes tanquam uir ſcuti a quo non uales te defendere. Quum enim multum paupertas oppreſſerit hominem non ualet amplius euadere: & propterea deſcribitur tandem tanquam uir armatus.

CAP. XXV.

HÆ *quoq; parabole Salomonis: quas tranſtulerunt uiri ezechiæ regis iudæ.* Titulus iſtæ ſubiunctarum parabolarum uſq; ad finem libri manifeſtat ꝙ Salomonis parabolæ diſperſæ erant immo perditæ forte corroſis codicibus aut laceratis. Ex tribus milibus enim parabolarum uix mille habentur in hoc libro, & propterea ex tribus fragmentis collectus apparet liber iſte: ut ſuperius in capitulo. 10. incœpimus dicere. Tranſtulerũt autem ſubiũctas parabolas ex codicibus mancis uiri ezechie regis iuda & appoſuerunt ſupradictis: ut initium tituli huius teſtatur dicendo, etiam iſte parabole Salomonis. Dicendo etiam iſtę ſignificatur adiunctio iſtarum ad præmiſſas. ¶ *Gloria dei eſt celare uerbum: & gloria regum inueſtigare ſermonem.* Dictio interpretata gloria ſonat. *Honor.* Et deus nominatur. *Elohim.* Quod ideo annotandum duxerim ꝙ de deo quatenus eſt elohim (hoc eſt iudex) eſt ſermo. Vbi etiam aduerte ꝙ e regione diſtinguũtur honor elohim & honor regis penes actiones iſtas: uidelicet celare uerbum & inquirere uerbum, itaq; celare uerbum eſt honor elohim et non regum: et econtra inquirere uerbum eſt honor regum et non elohim. Oportet enim hæc preintelligere ut cognoſcatur ſenſus parabolæ. Quum igitur uerbum elohim (hoc eſt dei quatenus iudex) ſit ipſum iudicium, conſequens eſt ꝙ celare uerbum ſignificet occultare

Vix millẽ hñr ex tribus millibus parabolarum.

rationes iudiciorum. Et eſt ſenſus ad honorem ſummi iudicis ſpectat abſcondere rationes iudiciorum. Occultiſſime ſiquidem nobis ſunt in particulari rationes diuinorum iudiciorum quæ ſæpe exercet. Et inter deum & reges diſparitas tanta eſt, ꝙ ad ignominiam regum ſpectat celare rationes iudiciorum ſuorum, quia debent manifeſtare quare ſic iudicant, quare illum dãnat ad exilium aut mortem &c. Ad dei autem honorem pertinet occultare rationes iudiciorum ſuorum, quia per hoc innoteſcit ꝙ non habet ſuperiorem aut parem, ꝙ non pendet dominium ſuum aut iuſtitia ſua a nobis: ſed a ſola ſua uoluntate. Ad regum autem honorem ſpectat quærere aut inueſtigare uerbum, hoc eſt uerborum, factorum, & rerum notitiam ac ueritatem. Quod fas non eſt attribuere deo. Inquirere enim eſt neſcientis: deus autem in ſeipſo ab eterno omnia nouit. ¶ *Cœlum ſurſum & terra deorſum: & cor regum inſcrutabile.* Iuxta hebræum habetur. *Cœlorum altitudini, & terræ profunditati, & cordi regum nõ inquiſitio.* Quemadmodum vana eſt inquiſitio celſitudinis ad quã extenditur cœlum & profunditatis ad quam pertingit terra, ita difficilis ac vana eſt inquiſitio latentium in corde regis. ¶ *Aufer rubiginem de argento: & egredietur uas puriſſimum: aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius.* Iuxta hebræum habetur. *Auferendo ſcorias de argento: & exiuit argentario uas: auferendo impium a facie regis: & dirigetur in iuſtitia ſolium eius.* Aſſimilatur impius coram rege ſcoriis in argento: & ablatio impii a præſentia regis ablationi ſcoriæ ex argento. Spurcitia. n. regie præſentie eſt impius, quemadmodum ſcoria eſt ſpurcitia argẽti. Aſſimilatur quoq; effectus effectui. Excluſis. n. ſcoriis quaſi egreditur de concluſione ſub ſcoriis vas argentario: hoc eſt materia parata argentario ad faciendũ vaſa: & ſil'r excluſis ĩpiis a facie regis ſoliũ regale dirigẽt in

Occultatio diuinorũ iudiciorũ ad honorem dei ſpectat.

Ignominioſum eſt regi occultare iudicia ſua.

Quare deus occultet ſua iudicia.

Impii cõſultores apud reges impediũt iuſtitiã.

iuſtitia. Impii. n. corã rege aſſiſtẽtes ĩpediũt iuſtitiã q̃ exerceri debet a regali ſolio. Frequens eſt hoc malũ, nã niſi eſſent impii ꝯſultores familiares aut amici regũ, iuſtitia hẽret locũ ſuũ corã regibus ¶ *Ne glorioſus appareas corã rege, & in loco magnorũ non ſteteris, melius eſt. n. ut dicatur tibi aſcende huc quã ut humilieris coram principe.* Interpres ſeparauit particulas oratiõis, nam iuxta hebræũ nõ finitur parabola iſta ſic, ſed adiungitur. *Quem uiderunt oculi tui.* Interpres autem mutato quẽ in quæ, poſuit hanc particulam pro principio ſequentis parabolæ. Dictiones autem interpræt are ne glorioſus appareas ſonant. ¶ *Non te pulchrifacies.* Mandatum hoc eſt ſimile eſt

Mãdatũ euãg. Lu. 14

mandato euangelico, cum inuitatus fueris ad nuptias non recumbas in primo loco: & eadem ratio redditur hic & ibi, & non differunt niſi quia ibi agitur de locis conuiuarũ, hic autem de locis coram rege. Mandat itaq; ut homo coram rege non ſeipſum faciat pulchrum hoc eſt non ſeipſum agat tanquam appareat pulcer coram rege: tãquam appareat dignus propinquitate ad regem, quemadmodum res pulchre grate habentur quum propinquæ fuerint regibus. Et hoc conſequẽtur explicatur dicendo, & in loco magnorum nõ ſteteris, & ratio utriuſq; ſubditur. Quia melius eſt ut dicatur tibi aſcende huc, q̃ ut dicatur tibi deſcende hinc, & ſic humilieris coram principe quem viderunt oculi tui. Hoc. n. damnum referes ex viſo principe. ¶ *Ne proferas in iurgio cito: ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum.* Iuxta hebræum habetur. *Non egredieris ad litem feſtinanter: ne quid facias in fine eius cum pudefacict amicus tuus.* Vide quantum differt vulgata editio ab hebraica veritate. Monet Salomon filium vt non ſit feſtinus ad mouendum litem alicui, & rationem reddit, ne forte in fine litis aliquid facias indignum, & proximus tuus contra quem mouiſti litem faciat te erubeſcere. Qui enim feſtinus eſt ad mouendum litem minus conſiderat quæ occurrere poſſunt inter litigandum, & facile decipitur circa exitum litis, & propterea facile contingere poteſt ut in fine litis faciat aliquid indignum & ſic erubeſcat. ¶ *Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretũ extraneo ne reueles: ne forte inſultet tibi cum audierit & exprobrare non ceſſet.* Iuxta hebræum habetur. *Lis tua lis ſocii tui & ſecretum alterius non deteges: ne opprobrabit tibi audiens, & infamia tua non quieſcet.* Charitatis plena monitio ut litigioſam cauſam amici tui reputes tuam: & ſimile huic eſt mandatum vt ſecretum alterius non detegas, ſed tanquam ſecretum tuum habeas. Et ratio ſubditur ne propria fama dãnum patiatur irreparabile: afficiente te contumelia audiente detegi ſecreta, cauſamq; amici a te non æſtimari. Irreparabilitas. n. famæ ſignificatur dicendo, & infamia tua non requieſcet. ¶ *Gratia & amicitia liberant quas tibi ſerua ne exprobabilis fias.* Hæc clauſula ſuperflua eſt. Non. n. habetur in textu hebraico. ¶ *Mala aurea in lectis argenteis: qui loquitur uerbum in tempore ſuo.* Iuxta hebræum habetur. *Mala auri in ceſuris argenti: verbum ordinatum ſuper rotas ſuas.* Dictio interpratata ceſuras vocabulorum penuria eſt ſic interprætata. Significat. n. inciſiones quas fabri pulchra arte efficiunt ad diuerſas figuras non p modũ ſculpture quo ſtatuæ fiunt in maſſa aliqua argenti uel marmoris vel ligni habentis lineas ſuas: ſed quo ptes ſeparatas ad inuicem multis figurationibus efficiunt repræſentando vel rem naturalem (puta vitem cum frondibus & botris) vel in volucrum aliquod multis interſectionibus figuratũ

ꝙ opificii

ꝙ opificii genus vulgari italico appellatur intaglio in quacūq; fiat materia: aſſimilat itaq; pomis ex auro figuratis ſuper ceſuras huiuſmodi in argēto.(Forte in volucrū aliquod argenteum virgultorum producentium mala auri fiebat tunc temporis non ſolum præcioſum, ſed pulchrum ex opere artis). His inquā aſſimilatur uerbum ordinatū ſup rotas ſuas. Eſt.n.& præcioſus & pulcher ac mirandus ſermo ordinatus ſuper rotas ſuas. Hoc eſt ſuper loca topica, ſuper colores rethoricos, ſuper modos loquendi. Hæ.n. ſunt rote ſermonis in quibus uehitur ſermo ad perſuadēdū & inſtruendum. ❡ *In auris aurea & margaritum fulgēs qui arguit ſapientem & aurem obedientem.* Iuxta hebræum habetur. *In auris aurea & monile obrizi arguens ſapiens ſuper aurem audientem.* Sapiens exercens officium arguentis non quemcunq; ſed habentem aurem ad audiendum(hoc eſt libenter audientem eruditiones & increpationes) aſſimilatur monili obrizi: audiēs vero aſſimilatur in auri aureæ. Iſte.n. ornatas habet aures virtute, ille autem ornamentum eſt fulgens præcioſiſſima auri ſpecie, vterq; aſſimilatur auro quia vterq; in gradu ſuo eſt valde præcioſus. ❡ *Sicut frigus niuis in die meſſis: ita legatus fidelis ei qui miſerit eum: animam ipſius requieſcere facit.* Sēſus refert: Et aſſimilatur legatus fidelis relatiuæ admittentes eum, & ad dominum eius frigori niuis ſuperuenienti hominibus in diebus meſſis: hoc eſt in diebus magni æſtus. Quemadmodum.n. tunc temporis gratiſſimum eſt (vtpote refrigerans homines) ita legatus fidelis largitur requiem animo domini ſui tollens ab eo æſtum ſollicitudinis & anxietatis. ❡ *Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes: vir glorioſus & promiſſa non complens.* Interpres pro claritate ſenſus addidit dictionem, ſequentes. Sola.n. negatio in hebræo ſcribitē abſq; aliquo uerbo uel participio. Secunda vero particula iuxta hebræum habetur. *Vir iactans ſe in dono falſitatis.* Homo iactanter doni falſitatis: hoc eſt doni ꝙ non intendit dare(quales ſunt magna multaq; promittentes) aſſimilatur imminentibus in apparentia nubi vento & pluuiæ non ſequentibus. Quemadmodum.n. apparent quandoq; futuræ nubes futurus uentus futura pluuia & tamen non ſequuntur nubes non ſequitur ventus non ſequitur pluuia, ita apparet donatio iactantis ſe donaturum, & nō ſequetē donum. Ipſa.n. iactantia ſignum eſt ꝙ non implebit quæ promittit. Per hæc autem tria intendit vniuerſa dona vniuerſoſq; fallaciter pollicentes dona comprehendere: nubes ab aſcendētibus vaporibus apparentes dona ab inferioribus, pluuiæ deſcenſiuæ dona a ſuperioribus, & ventus lateraliter venturus dona ab æqualibus ſignificant. ❡ *Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duritiam.* Iuxta hebræum habetur. *In longitudine furorum lenietur princeps: & lingua mollis franget oſſa.* Longitudo furorum dilationem ſignificat iræ quæ ad manſuetudinem ſpectat, manſuetudine ſiquidem vtendo ad differendū vindictam lenitur princeps ad condonandum delicta Et quemadmodum dilatio iræ flectit principem ita lingua mollis ſermo ſuauis frangit oſſa, hoc eſt duros animos. ❡ *Mel inueniſti comede quod ſufficit tibi: ne forte ſaciatus euomas illud. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui ne quando ſaciatus oderit te.* Dictio interpretata ſubtrahe ſonat. *Grata.* Aſſimilatur ſiquidem inuentori mellis inuentor dulcedinis in aliena domo: hoc eſt inuentor delectabilis familiæ ac cōuerſationis in aliena domo: & inſtruitur ꝙ quemadmodum is qui inuenit mel comedere non debet de melle ſuperfluum, ſed quātum ſibi ſufficit, ne ſaturatus melle euomat illud, ita qui inuenit delectabilem conuerſationē in aliena domo grauet pedem ſuū, nō habeat pedes leues ad frequentādum alienam domū, ſed grauet illos ad eundum quantum ſufficit, & non eat ſuperfluo: ne forte herus domus ſaturatus de te, de tuo frequenti acceſſu ad domum odio habeat, & euomat te ab amicitia ſua: Documentum iſtius parabolæ comendandum eſt memoriæ ut homo nō ingerat faſtidiū frequenter eundo ad aliquem qui dulcem ſe illi exhibet. ❡ *Iaculum & gladius & ſagitta acuta: vir qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.* Dictio interpretata iaculum ſonat. *Malleus.* Falſus teſtis aſſimilatur malleo, gladio, & ſagittæ acutæ: hoc eſt vniuerſo generi nociuorū ab homine. Per hæc.n. tria omnes nocendi modi ſignificantur quibus homo homini nocet. Malleus enim tundendo, gladius ſcindendo, & ſagitta acuta penetrando. Malleus eſt enim nocumentum exemptum a falſo teſtimonio. Nocet enim & perſonæ, & famæ & rebus. ❡ *Dens putridus & pes laſſus qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ.* Et hic terminatur parabola hæc: quāuis in vulgata æditione adiungatur particula ſpectans ad parabolam ſequentem: & iuxta hebræum habetur. ❡ *Dens putridus & pes dimotus: fiducia mendacis in die anguſtiæ.* Fiducia pollicita a mendace uel fiducia quæ habetur in mendace aſſimilatur in die anguſtiæ denti fracto(cuius officium nullum eſt) & pedi dimoto: cuius ſcilicet partes dolore conficiūtur: quia pars aliqua exorbitauit ab aliis partibus ac per hoc impeditur pes ab officio pedis. Sicut itaq; neq; dens fractus neq; pes dimotus vtilis eſt ad officium pedis & dentis: ita fiducia mendacis inutilis eſt in die anguſtiæ: Non enim opem feret. ❡ *Et amittit pallium in die*

Quæ ſint rote Sermonis.

Pollicētes maria et mōtes quibus aſſimilantur

Documētū memorabile

Tria ſignificātia oēs nocendi modos ab hoīe.

Fiducia in mendace cui Similis.

frigoris: acetum in nitro qui cantat carmina cordi peſſimo. Iuxta hebræum habetur. *Parans ſericum in die frigoris, acetum ſuper ſaponem: & cantabit in carminibus ſuper corde mali.* Dictio interpretata ſaponem, ſonat neſcio quid quo cum aqua abluuntur panni, quod a multis nitrum vocatur per ſimilitudinem ad dictionem hæbraicam. Aſſimilatur cantans cantica cordi afflicto tum paranti veſtem ſericam in die frigoris, tum aceto ſuper ſaporem. Et ratio primæ ſimilitudinis eſt, quia cantus canticorum ſecundum ſeipſum pulchet & delectabilis, incongruus eſt cordi afflicto, quemadmodum veſtimentum ſericum eſt in ſeipſo pulchrum, & præcioſum non tamen congruum in die frigoris. Ratio vero ſecundæ ſimilitudinis eſt, quia quemadmodum pannis lineis, vel laneis ablutis ſapone ſeu ablutioni nitroſæ aut ſaponariæ ſuperinfuſum acetum aduerſatur (vtpote maculas ingerens, vt expertus ſum ſuper in ſapone lotis) ita moleſtus eſt cordi afflicto cantans cantica. *Sicut tinea veſtimento & vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi.* Parabola iſta ſuperflua eſt, quia in hebræo non habetur. *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum: ſi ſitierit da ei aquam bibere. Prunas .n. congregabis ſuper caput eius: & dominus reddet tibi.* Vbi dicitur ciba illum deficit. *Pane.* Et dictio interpretata congregabis ſonat. *Dilatas.* Et dominus nomen eſt tetragrammaton. Mandatum clarum eſt, ut inimicis indigentibus cibo & potu conferamus beneficia panis & aquæ: non mandat ut propines inimico ſitienti vinum: quia ſine vino poteſt ſubueniri ſiti: nec mandat ut eſurienti des carnem, aut obſonia alia, ſed panem, neceſſarium ad humanam vitam, & eſt proculdubio mandatum hoc inter præcepta ſupputandum: quoniam explicat articulum neceſſitatis, famis videlicet & ſitis. Obſcura eſt autem ſimilitudo quæ pro ratione affertur dicendo, quia prunas tu dilatas ſuper caput eius: conſiderando tamen ſubiunctam retributionem diuinam, percipitur ꝙ beneficiũ aliquod ſimilitudo hæc continet. Quam ut intelligas ſcito ꝙ dilatare prunas, eſt cumulum prunarum in latitudinem mouere. Eſt .n. expandere prunas quod facimus ad actuandum prunas: ad hoc ut magis & ad maiorem diſtantiam calefaciant nos. Dilatare itaq; prunas ſuper caput eius eſt dilatare prunas ad hoc ut perueniant calefaciendo vſq; ad ſupremã corporis partem quæ eſt caput, uſq; ad hoc ut ex eis etiam caput caleat, hæc eſt ſimilitudo ad literam. Sæpe .n. vtuntur hebræi præpoſitione ſuper pro præpoſitiõe ad. Inſinuatur autem per hanc ſimilitudinem officium ſpirituale quod fit erga inimicum cibando, & potando illum cibo & potu corporæo. In huiuſmodi .n. beneficio corporeo continetur ſuapte natura uis mutandi mentem inimici ad amorem paſcentis eum. Itaq; panis & aqua aſſimilãtur prunis, & collatio panis, & aquæ ad reficiendum inimicum aſſimilatur dilatationi prunarum, nam ſicut prunarum dilatatio actuat prunas ad hoc vt etiam ex eis caput caleat, ita collatio panis & aquæ actuat illos ad hoc, vt ex eis etiam animus inimici caleat amore amãtis quem prius oderat. Quemadmodum .n. caput ſumme diſtat a prunis in immo poſitis, ita mens hominis ſumme diſtat a corporeo cibo. Ambo itaq; beneficia tu conferes paſcendo inimicum. Alterum corpori, alterum animæ, & ideo merito ſubiungitur, & iehouah retribuet tibi. *Ventus aquilo diſſipat pluuias: & facies triſtis linguam detrahentem.* Scito quia dictio interpretata diſſipat anceps eſt ad fugare uel parturire: & caſus nominum ſunt ambigui: ideo parabola iſta dupliciter legitur, vel. *Ventus aquilo fugabit pluuiam: & facies iracunda linguam abſconſionis.* Quę eſt lingua tam detrahentis q̃ ſuſurronis, & delatoris. Iſti .n. omnes abſcondite loquuntur ad nocendum alicui: iracundus autem vultus terret huiuſmodi homines, ut non audeant officia hæc mala coram ſe exercere ſicut ventus ſeptemtrionalis fugat pluuiã, uel. *Ventus aquilo parturiet pluuiam: & faciem iracundam lingua abſconſionis.* Aquilo .n in regionibus iſtis quę ſunt ex parte ſeptẽtrionis fugat pluuiam: ſed parit eam in regionibus meridiei puta in Libia, & vt nonnulli putant Siria ſeu pars eius iudea ſub huiuſmodi regionibus meridiei comprahenditur: & propterea Salomon ponit aquilonem ventum pluuioſum. Si uerum eſt quod putatur complectenda eſt hæc lectio. Et eſt ſenſus ꝙ quemadmodũ aquilonaris ventus generat pluuiam, ita lingua abſconſionis gẽnerat faciem iracũdam in illo aduerſus quẽ detractio, ſuſurratio, delatio, & id genus reliqui ſermones occulti habiti ſunt. *Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa & in domo cõmuni.* Repetita eſt parabolæ ſcriptæ ſuperius in cap. 21. & propterea uide expoſitionem ibi. *Aqua frigida animæ ſitienti: & nuncius bonus de terra longinqua.* Dictio interpretata ſitienti ſonat. *Laſſæ.* Et dictio interpretata nuncius ſonat. *Nuncium.* In neutro genere: nam clare ſignificatur id quod nunciatur: & non is qui nunciat: & legendum eſt nuntium bonum. Aſſimilatur itaq; nuncium bonum ualde expectatum a remotis partibus aquæ frigidæ exhibitæ homini laſſo, delectabilis ſiquidem ualde eſt homini laſſo (ac per hoc ex nimio labore æſtuanti) potus aquę frigidæ. *Fons turbatus pede & vena corrupta: iuſtus cadens coram impio.* Interpres addidit pede Dictio .n. hebraica ſonat turbidum

Præceptũ de inimicis ſubueniendis.

Quid ſit dilatare prunas ſup caput inimici vt et apud apl'm Ro. 12.

Aquilo parit pluuiã in meridionali regione.

turbidũ ex admixtione luti ſeu cretæ, q̃ admixtio fieri põt ſine pede. Et dictio interpretata cadens ſonat. *Inclinatus, ſeu, dimotus.* Et eſt ſermo de ĩclinatione animi a recto: vt cũ iuſtus territus ab impio mouetur intus, & a celſitudine iuſtitiæ vacillando inclinat̃ ad dedecens aliquod. Apponuntur autem duæ ſimilitudines altera fontis turbidi, deſcribendo animum iuſti conturbatum coram impio. Inuoluitur. n. perſpicuitas iuſtitiæ eius perturbationibus animi. Altera venæ corruptæ ad deſcribendum iuſti animum coram impio quando non ſolum eſt perturbatus, ſed corruptus terrore ad inſtar venæ corruptę ſeu deſtructę pro quãto per os iuſti aut nullus venit ſermo iuſtitiæ, vel venit ſermo dedecens. ¶ *Sicut qui mel comedit multum non ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria.* Iuxta hebræum habetur. *Comedẽdo mel multiplicare non bonum: & querere honorem ipſorum honor.* Parabola hæc conſtat diſſimilitudine commedentis multum mellis, & multum querentis honorem communem: nam comedendo mel, multiplicare cõmeſtionem non eſt bonum. Quo contra querendo honorem ipſorum (hoc eſt communem domui, collegio, ſeu ciuitati) multiplicare inquiſitionem eſt honor: itaq; multiplicatio in eſu mellis vituperatur, multiplicatio autem querendo honorẽ cõmunem laudatur. Cõmunis. n. honor ſignificatur per pronomen numeri pluralis. *Sicut urbs patens & abſq; murorum ambitu: ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Vir cui non reſiſtentia ſpiritui eius.* Aſſimilatur urbi tum abſq; muro tum abſq; vallo (itaq; eſt penitus patens) homo in quo ſpiritus (hoc eſt impulſus ſeu impetus internus) nihil habet reſiſtens. Talis enim. homo expoſitus eſt impulſibus animi (vtpote carens ratione reſiſtente iſtis impulſibus) quemadmodum ciuitas abſq; muro & vallo patens ſubeſt incurſionibus & hmõi, & eſt ſermo de ſpiritu tam ad loquendũ q̃ ad faciendũ.

Iuſtus corruptus ab impio cui ſimilis.

Hõ præceps cui ſilis.

CAP. XXVI.

Q*Vomodo nix in eſtate & pluuiæ in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria.* Parui refert ꝙ dictio interpretata indecens ſonat. *Non pulcher.* Et dictio interpretata gloria ſonat. *Honor.* Quẽadmodum diſſona eſt nix eſtati, & pluuia meſſi, ita diſſonans eſt honor ſtulto. Honor. n. eſt virtutis præmium, ſtultus autem longe eſt a virtute ac per hoc longe debet eſſe ab honore, ſicut ningere ab eſtate & pluere a meſſe. ¶ *Nam ſicut auis ad alta tranſuolans, & paſſer quolibet vadens: ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet.* Iuxta hebræum habetur, *Sicut auis ad vagandum ſicut hirundo ad volandum: ſic maledictio gratis non veniet.* Maledictio ĩprecatiua ſine merito eius cui maledicitur aſſimilatur tum aui uaganti, tum hirundini volanti, in hoc ꝙ eſt ſolum in aere. Hirundo. n. inter oẽs aues ſola paſcitur volando, & propterea hirundo volat per aera ſolum, itaq; non tendit ad aquam neq; ad terram quærendo cibum, ut faciunt alie aues Sic & maledictio prolata in innocentem verberat ſolum aerem, & non ad innocentem tendit; Auis quoq; quum tanquam deambulãdo in aere vagatur, ad nullum terminum fixum tendit, & ſic maledictio contra innocentem eſt tanquam vaga in aere, itaq; nec innocenti, nec alii nocet, & propterea ſubiungitur tanquam concluſio ex iſtis ſimilitudinibus, non veniet maledictio in innocentem aut alium. ¶ *Flagellum equo & chamus aſino: & virga dorſo imprudentium.* Parui refert ꝙ dictio interpretata imprudentium ſonat. *Stultorum.* Quemadmodum equus indomitus flagello domatur: & aſinus camo cohibetur, ita imprudens virgæ percuſſione mutatur, & afferuntur duæ ſimilitudines, ad inſinuandum ꝙ percuſſio ſtulti habet vtrãq; vim, & chami refrenantis os, & flagelli corrigentis motus: quoniam ad corrigendũ & facta & verba valent. ¶ *Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam: ne efficiaris ei ſimilis.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Non reſpondebis ſtulto in ſtultitia eius, ne adæqueris ei etiam tu.* Deinde immediate ſequitur. *Reſponde ſtulto ſicut ſtultitia eius, ne quando ſit ſapiens in oculis ſuis.* Primi mandati ſenſus eſt ꝙ rñſio ad ſtultum non debet eſſe ſimilis ſermoni ſtulti. Hoc. n. ſonat præpoſitio in, dicendo non reſpondebis ſtulto in ſtultitia eius, nam non reſpondere in ſtultitia eius eſt reſponſionem non informari ſimili ſtultitia, verbi gratia, ſi ſtultus opprobrat non reſpõdebis opprobrando, & rõ ſubditur, ne quando (ſeu forte) etiã tu ſapiens adęqueris ei. Si enim adequaris ei in ſermone reddendo probra probis: periclitaris, ne forte etiã tu adæqueris ei hoc eſt fias ſtultus ſicut ipſe. Ex frequentatis. n. actibus generat̃ habitus. Secundi autem mandati ſenſus eſt, reſponde ſtulto ſicut ſtultitia eius expoſcit repħenſionem inſtructionem aut declarationẽ, & ratio ſubditur, ne quando ſit ſapiens in oculis ſuis. Hæc. n. ratio manifeſtat ꝙ de reſponſione confutatiua ſiue arguendo, ſiue declarando, ſiue docendo fiat, eſt ſermo. Confutato. n. ſermone ſtulti tollitur occaſio ut ſtultus reputet ſe ſapientem. Et aduerte hic ꝙ primum mandatum ordinatur ad bonum tuum. Secundum autem ad bonũ

Honor virtutis præmiũ dedecet ſtulto.

Sola hirundo paſcitur volando.

Q̃ rñdendũ eſt ſtulto & quomodo non.

Rõ vtriuſq; mandati.

ſtulti & conſequenter aliorum. Nocet.n. non ſolum ſtulto, ſed & aliis ꝙ ſtultus reputet ſe ſapientem, hoc eſt ꝙ imprudens reputet ſe ſapere ſi eſt perſona publica. ¶ *Claudus pedibus et iniquitatem bibēs qui mittit uerba per nuncium ſtultum.* Dictio interpraetata claudus ſonat. *Succidens.* Dictio interpraetata per nuncium ſonat. *In manu.* Itaq legēdum eſt in principio, ſuccidens pedes: & in fine, in manu ſtulti. Mittens igitur ſermones ſuos in manu (hoc eſt in poteſtate) ſtulti aſſimilatur tum incidenti pedes, tum bibenti iniquitatem, aſſimilatur quo ad animum bibenti iniquitatem: quo ad damna ſuccidenti pedes: nam ſicut bibens iniquitatē delectatur iniquitate tanquam potu, ita committens verba ſua facultati ſtulti conuincitur ꝙ placent ſibi facta ſtultorum. Niſi.n. placerent ei non crederet verba ſua poteſtati ſtultorū. Et ſicut ſuccidens proprios pedes priuat ſe facultate ambulandi ad prouidendū rebus ſuis, ita mittens verba ſua per ſtultum priuat ſeipſum facultate eundi per ſeipſum ad tractandū negocium qđ ſtulto commiſit, quia ſtultus tractauit illud ſic ꝙ redegit in ſtatum malum irreparabilem per illum qui miſit. ¶ *Q uomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.* Iuxta hebraeum habetur. *Eleuate ſunt tibie a claudo: & parabola in ore ſtultorum.*

Q uo ſtultū eſt cōmittere ſtulto negotia.

Aſſimilatur ſtultus proferendo parabolas claudo eleuanti tibias ad ambulādum: quia quē admodum claudus mouet tibias inaequaliter vnam magis altera extendendo (itaq altera alteri non conſonat, & vtraq ſimul ab aequa ambulatione diſſonat) ita parabola in ore ſtulti ſententias habet ſine proportione, itaq altera alteri non quadrat, & tota ſimul parabola applicatur inepte ad materiam occurrentem: quia ſtultus neſcit proportionem ſeruādam in parabolis ex hoc ipſo ꝙ ſtultus eſt. ¶ *Sicut qui mittit lapidem in acervum mercurii: ita qui tribuit inſipienti honorem.* Iuxta hebraeum habetur. *Sicut ligare lapidem in funda: ſic dare ſtulto honorem.* Lapis in funda ponitur ad hoc, ut circūacta funda iaciatur, & ideo ligare lapidem in funda, eſt efficere ꝙ funda habens lapidem ligatum circumagatur abſq iactu, abſq hoc ꝙ aliquo tendat: & huiuſmodi ligatae fundae aſſimilatur tribuere honorem ſtulto: pro quanto honor qui tribuitur ſtulto caret quo tendat in ſtulto. Q uāuis.n. tu honores ſtultum: honoratio tñ illa eſt ſicut circūactio fundae ligatae: quantum ad hoc ꝙ ſicut funda nullo iacit, ita huiuſmodi honoratio non tendit ad aliquid; quia in ſtulto non eſt virtus digna honore. ¶ *Q uomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum.* Iuxta hebreum habetur. *Spina aſcendit in manu ebrii: & parabola in ore ſtultorum.* Superius parabola in ore ſtultorum aſſimilata eſt tibiis claudi quo ad diſſonātiam, hic vero aſſimilatur ſpinae aſcēdenti in manu ebrii quoad ridiculū. Q uemadmodum.n. ebrius loco florum aut alicuius rei praecioſae eleuat in altum ſpinam, & ſic ſpina ſeu ſpinarum cogeries in manu ebrii quaſi exaltata aſcendit, & ridiculo eſt omnibus uidentibus, ita parabola in ore ſtultorum ridicula eſt. Prouocat.n. homines ad riſum loco inſtructionis. ¶ *Iudicium determinat cauſas, & qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat.* Iuxta hebreū habetur. *Magnus creator omnium: & mercedem dat ſtulto, & mercedem dat tranſgreſſoribus.* Magnus (procul dubio per antonomaſiam) itelligitur deus: de quo ſcribitur, ꝙ quia eſt factor omnium ideo non ſolum ſapientibus, & iuſtis, ſed & ſtultis, & tranſgreſſoribus mandatorum dat mercedem pro aliquibus bonis operibus quae exercent. Nullum.n. bonum opus cuiuſcūq ſiue deſipientis ſiue iniqui hominis irremuneratum deus relinquit, ut hic dicitur. ¶ *Sicut canis qui reuertitur ad uomitum ſuum: ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam.* Parui refert ꝙ dictio interpraetata imprudens ſonat. *Stultus.* Petrus apoſtolus in ſecunda epiſtola cap. ſecūdo, utitur hac parabola in peccatis recidiuis: Salomon autem extendit ſimilitudinem canis reuerſi ad vomitum proprium comedendum ad vniuerſum genus ſtultitiae. Sed ſi perſpectum fuerit ꝙ Salomon ſtultitiam pro uitio accipit, de peccatis quoq ipſe loquitur. Abhominabilis itaq deſcribitur ſtultus iterans ſtultitiam ſuam, quemadmodū canis reuerſus ad vomitum ſuū.

Nullū bonum irremuneratum.

Q uaeſtio.

Et quoniam non dicit ſtultus rediens, ſed ſtultus iterans, minus quadrare uidetur ſimilitudo reuerſi canis ad propriū uomitum. Solutio eſt, ꝙ quia poenitudo ſtultitiae patratae eſt naturalis homini ideo iterans ſtultitiam praeſumitur rediens ad ſtultitiam cuius iam penituerat. Propterea.n. Salomon ſub rōne ſtultitiae proponit parabolā, & non ſub rōne iniuſtitiae aut peccati. *Vidiſti hominē ſapientē ſibi uideri: magis illo ſpem habebit inſipiens.* Iuxta hebraeū clarius hr̄. *Vidiſti virū ſapientē in oculis: ſpes de ſtulto pluſquā de eo.* Maior eſt ſpes ꝙ ſtultus ſapiat, q̄ ꝙ ſapiat hō qui ſibi ipſi vr̄ ſapiens. Iſte.n. eſt incorrigibilis a uere ſapiente qa reputat ſe ſapientē, ille aūt pōt a ſapiēte īſtrui. ¶ *Dicit piger leo eſt in uia & leaena in itineribus.* Parui refert ꝙ hebraice hr̄. *Dixit piger leunculus in uias & leo inter plateas.* Per hanc ſimilitudinem cogitationes pigrorum deſcribuntur pingentium ſibi pericula minora, & maiora ad excuſandum ocium. ¶ *Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo: ita piger in lectulo ſuo.* Interpres addidit aduerbia ſicut & ita, ad clarificandū ſenſum. Parabola eſt clara: manifeſtans ꝙ piger uertit ſe in lecto non ſurgendo quemadmodum

Solutio.

Q uare ſapiēs apud ſe metipſū incorrigibilis.

dum oſtium vertitur ſuper ſuum cardinem non recedendo inde. ¶ *Abſcondit piger manus ſub aſcella: & laborat ſi ad os ſuum eas conuerterit.* Iuxta hebræum habetur. *Abſcondit piger manum ſuam in ollas: laſſatur ad reducendum eam ad os ſuum.* Repetitio eſt parabole ſcriptæ in cap. 19. Vide ibi expoſitionem. ¶ *Sapientior ſibi piger uidetur: ſeptem viris loquentibus ſententias.* Parui refert ꝙ verba interpretata loquentibus ſententias ſonant. *Reddentibus.* Seu. *Reſpondentibus cauſam.* Et ponitur numerus ſeptenarius pro numero infinito: perinde ac ſi dictum fuiſſet, vniuerſis reddentibus cauſam: hoc eſt uniuerſis iudicibus qui reſpondent populis reddendo illis ius in cauſis emergẽtibus. Naſcitur autem huiuſmodi reputatio in animo pigri, ex eo ꝙ ocium valde delectat eum. Ex hoc.n. prefert ſe iis qui occupantur ad reſpondendum in cauſis: exiſtimans ſapientius ſe elegiſſe ociũ, & minus ſapere qui eligunt huiuſmodi occupationes. ¶ *Sicut qui appræhendit auribus canem: ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixe alterius.* Iuxta hebræum habetur. *Appræhendens aures canis: tranſiens & excandeſcens ſuper lite non ſibi.* Vir in tranſitu uidens litem impertinentẽ ſibi, & excandeſcens ſuper ea aſſimilatur appræhendenti canem per aurem. Prouocat enĩ aduerſus ſe litem, quemadmodum ille prouocat canem aduerſus ſe. ¶ *Sicut noxius eſt qui mittit lanceas & ſagittas in mortem: ita uir qui fraudulenter nocet amico ſuo: & quum fuerit deprælienſus dicit ludens feci.* Iuxta hebræum habetur. *Sicut abſcondit ſe iaculans fauillas, ſagittas, & mortem: ſic uir decipit amicum ſuum, et dicet, an non ridens ego?* Aſſimilatur uir, qui poſtq̃ decepit ſocium ſuum manifeſto dolo excuſat ſe dicendo, ꝙ iocando, ſeu ludendo, dixit aut fecit, aſſimilatur inquã homini iaculanti ignem, & ſagittas, & mortem (hoc eſt quæcũq; mortifera) abſcondentiq; ſeipſum vt lateat iaculator talium. Quẽadmodum.n. iaculator iſte facta exercet nociua, & ſeipſum occultat, ita fallens amicum ſuum nociua facta uel uerba habet, & occultat ſeipſum ſub excuſatione ioci uel ludi. ¶ *Quum defecerint ligna extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto conquieſcunt iurgia.*

Lites in malis linguis ſicut ignis in lignis.

Sententia redditur, & fundatur ſimilitudo ſuper hoc, ꝙ lites fouentur communiter a malis linguis quẽadmodum ignis fouetur a lignis. Sunt.n. materia ignis, & maledicta ſunt materia litis. Appellatione.n. ſuſurronis oẽm maledicã linguã intelligi hebraicus inſinuat textus dicendo, & in nõ ſuſurro quieſcet lis. Inſinuat.n. ꝙ de ſuſurrone, & ſi'ibus malis linguis loquit̃. ¶ *Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignẽ, ſic hõ iracũdus ſuſcitat rixas.* Interpræs addidit aduerbia ſi'itudinis ad clarificandũ ſenſum: ſed dictio interp̃tata iracundus ſonat. *Litigioſus.*

Verba & facta litigioſi quibus aſſimilantur.

Carbones.n. materia ſunt prunarum, & ligna materia ignis: & ſimiliter uerba ſeu facta hominis litigioſi excitant litem facillime, quia litigioſus homo diſpoſitus eſt naturaliter ad litigãdũ, quẽadmodum carbones ad hoc vt accendatur in prunas, & ligna in ignem. Lis.n. apte aſſimilatur igni quandoq; prunarum quandoq; flammæ, quoniam ſecundum veritatem urit, & conſumit vtroq; modo, magis & minus, prout maior & vel minor lis eſt. ¶ *Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia: & ipſa perueniunt ad intima cordis.* Iuxta hebræum habetur. *Verba ſuſurronis ſicut percuſſiones, & ipſæ deſcenderunt in cubicula uentris.* Repetitio eſt parabolæ ſcriptæ in cap. 18. Aſſimilãtur.n. delatorum uerba percuſſionibus penetrantibus uſq; ad intima uentris, eoq; percutiũt animos uſq; ad intima cordis commouendo eos. ¶ *Quomodo ſi argento ornare uelis vas fictile: ſic labia tumentia cum corde peſſimo ſociata.* Iuxta hebræum habetur. *Argentum ſcoriarum coopertum ſuper teſtam, labia comburentia & cor malum.* Aſſimilatur coniunctio mali cordis cum labiis comburentibus uaſi fictili cum ſcoriis argenti cooperto. Et partes quidem hinc & inde facile intelliguntur (Labia n. comburentia, ſermones ſignificant adurentes ſeu ſuccendentes alios ad mala) ſed coniunctio argenti cum vaſe fictili obſcura eſt. Crediderim n. ego intelligẽdũ eſſe ꝙ argenti ſcoria poſita ſit in vaſe fictili ſubter, & ſupra (hoc eſt ꝙ contineatur in vaſe fictili, & cooperiatur vaſe fictili quod appellatur teſtum), & ſimilitudo ſit, ꝙ cor malum aſſimilatur ſcoriæ, & labia comburentia aſſimilantur fictilibus incenſis igne purgante ſcoriam: cõiunctio autem coniunctioni reſpondeat. Quemadmodum.n. intus ſcoria & foris teſta incenſa iunguntur, & ambe malæ ſunt, ita cor malum & labia ardentia iunguntur, & ambo iniqua ſunt. ¶ *Labiis ſuis intelligitur inimicus: quum in corde tractauerit dolos.* Congruentius legitur. *Labiis ſuis non cognoſcetur oſor: & intra ſe ponet dolum.* Ex hoc.n. ꝙ deſcribitur continens dolum intra ſe, magis quadrat, ut non cognoſcatur q̃ ut cognoſcatur ex ſermone odio habens aliquem, & hoc ideo dixerim, quia utroq; modo legi poteſt. Verum legendo non cognoſcetur, intellige ꝙ cognoſcetur tanquam alter, non tanq̃ odio habens. Huiuſmodi.n. cognitionem ſonat hebraica dictio. Eſt enĩ ſenſus parabolæ ꝙ quandoq; oſor tui, ſermone præſefert non oſorẽ, & tamen intra ſe ponit dolum aduerſus te, unde declarando, ac augendo hanc parabolam ſubiungit. ¶ *Quando ſubmiſerit uocem ſuam ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius.* Iuxta hebræum habetur. *quia miſerebitur uoce ſua non credes ei: quia ſeptem abominationes in corde eius.* Vere nõ cognoſcetur in labiis ſuis oſor: ſed apparebit miſericors formans uocem cõmiſerantis: ſed

non ideo credas ei, quia in corde eius uniuerſę latent abominationes. ℭ *Qui operit odiũ fraudulenter: reuelabitur malicia eius in concilio.* Dictio interpratata fraudulenter ſonat. *In ſilentio.* Et dictio interpratata ↄcilio ſonat. *Congregatione.* Hactenus tractauit de odio occulto ſub aliena ſpecie: modo tractat de odio occultato ſub ſilentio. Qui.n. tacens odio aliquem habet, operit odium ſub ſilentio, ſed malicia eius detegetur in congregatione, qua diſtribuũtur honores, & onera ciuitatis: quia tunc loquetur aut faciet aduerſus eum quem odit. ℭ *Qui fodit foueam incidet in eam: & qui voluit lapidem reuertetur ad eum.* Vtrunq; horum verificatur ſemper ſecundum merita, quia fodiens foueam ut alter cadat meretur incidere in eam: & præſumens ſupra vires ſuas voluere ſaxum meretur ut lapis motus reuertatur ſuper eum. Verificatur autem facto non ſemper, ſed quandoq;: ſed vtrunq; methaphorice intelligendum eſt: videlicet ꝙ parans alteri periculum incidit in illud. Sæpe enim in inſidiis hoc accidit, & ſimiliter voluens aliquem ſupra vires ſuas principem aduerſus alium, ſæpe ab eodem principe opprimitur: ut pluries vidimus. ℭ *Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.* Iuxta hebræum habetur. *Lingua mendax habebit odio contritiones eius: & os blandum faciet impulſionem.* Qui delectatur mendaciis conſequenter odio habet conterentes mendacia: & ſermo blandus impellit animum: immo efficit in animo eius cui blanditur impulſionem, impetum expoſtulatum a blandiciis.

Amicus vel oſor in diſtributione bonorũ dignoſcitur.

CAP. XXVII.

Ne *glorieris in craſtinum: ignorans quid ſuperuentura pariat dies.* Iuxta hebræum habetur. *Non te laudabis in craſtinum: quia neſcies quid pariet dies.* Quia ignorans quid futurum ſit cras, non potes te laudare de craſtino opere, de craſtina proſperitate, de craſtino ſucceſſu. ℭ *Laudet te alienus & non os tuum: extraneus & non labia tua.* Inhibuit laudem quo ad tempus futurũ, inhibet modo quo ad perſonam laudantem: ne, aliquis laudet ſeipſum. Facile.n. fallitur homo in propriis meritis. ℭ *Graue eſt ſaxum & onerosa arena: ſed ira ſtulti grauior vtroq;.* Ex ſenſibiliũ rerum comparatione declaratur ꝙ intolerabilis ſit ira ſtulti, hoc eſt ira imprudentium. Caret.n. freno rationis. ℭ *Ira non habet miſericordiam nec erumpens furor: & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit?* Iuxta hebreum habetur. *Crudelitas iræ & inundatio furoris: & quis ſtabit coram inuidia?* Vitia vitiis comparantur, & crudelitas quidem attribuitur iræ. Vindictam.n. exercentes crudelitate vtuntur: furori vero attribuitur peius quam crudelitas, videlicet inundatio: hoc eſt impetus & ſæuitia ad inſtar impetus aquarum inundantium quæ eradicant arbores, & occurrentia omnia non ſolum ſubmergunt, ſed tranſportant. Homines.n. furore acti deſtruunt omnia promiſcue. Peior autem tam ira q̃ furore deſcribitur inuidia dicendo, & quis ſtabit in facie inuidiæ? quaſi dicat nullus. Ira.n. & furor breui tempore tranſeunt, & quieſcunt: inuidia autem quietem neſcit, & inſatiabilis eſt: utpote quæ directe delectatur malo alterius impatiens alieni boni. ℭ *Melior eſt manifeſta correctio quã amor abſconditus.* Nam amor abſconditus non prodeſt tibi: manifeſta autem correctio vtilis eſt tibi. ℭ *Meliora ſunt vulnera diligentis quã odientis fraudulenta oſcula.* Iuxta hebręum habetur. *Fideles percuſſiones amici, & multa oſcula oſoris.* Senſus parabolæ eſt ꝙ etiam percuſſiones illatæ ab amico ſunt fideles, ſunt abſq; fraude & malicia, ſunt propter bonum percuſſi: oſcula uero oſoris quãuis ſint multa, plena ſunt fallaciæ. Ex his.n. antiquus interpres tranſtulit ſenſum illum comparatiuum. ℭ *Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet.* Dictio interpratata calcabit ſonat. *Abominabitur.* Et parabola clara eſt. Et meminit animæ, eo ꝙ de actionibus animæ ſermo eſt. Abominari.n. & eſurire actus ſunt animæ. Et tam proprie q̃ methaphorice intellecta parabola inuenitur vera. Homo.n. ſatur cibo & potu faſtidio habet omnem cibum quantũcũq; delicatum, & homo famelicus cibum etiam amarum comedit tãquam dulcem, eo ꝙ fames condimentum eſt omnis cibi. Et ſimiliter homo valde appetens rem aliquam quodcunq; expediens quãuis difficile attentat. Quo contra ſatiatus appetibili aliquo faſtidio habet ſimilia. ℭ *Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo: ſic vir derelinquit locum ſuum.* Dictio interpratata tranſmigrans ſonat. *Vagatur.* Et ſimiliter dictio interpratata derelinquit ſonat. *Vagatur.* Et legendum eſt in ablatiuo. *A loco ſuo.* Et eſt ſenſus parabolæ, ſicut auis a nido ſuo pulſa vagatur quærendo locum pro nido, ita homo a loco ſuo recedens uagatur quærendo requiem, & tendit parabola ad hoc, ut homo maneat in vocatiõe qua vocatus eſt: maneat in gradu ſuo, maneat in officio ſuo, maneat in ſtatu ſuo, ne contingat ipſum vagari animo, inquirendo gradum, ſtatum, ſeu officium quietum. ℭ *Vnguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici conſiliis anima dulcoratur.* Dictio interpratata variis odoribus ſonat. *Suffimento.* Quod vulgo dici-

Quare nemo ſeipſum laudare debet.

Vitia vitiis comparata.

Fames præcipuum condimentum.

Manendũ in uocatione qua quiſq; vocatus eſt. 1.cor.7.

mus

nus præſumati. Secunda vero particula iuxta hebræum habetur. *Et dulcedo amici ſui de conſilio animæ.* Vnguento.n. vtebantur antiqui pro lętitia & iocũditate ungentes caput & barbam: ſuffimento autem etiam hodie vtuntur multi ſuffumigantes veſtes pro odore, & vtrũq; letificat cor circa quod ſunt organa ſenſuum omnium: ut inſinuat hic Salomon, & poſtea docuit Ariſtoteles. Delectabilia.n. ſecundum ſenſus delectant cor fundans organa omnium ſenſuum. Iſtis aſſimilatur amicus non quicũq; ſed de conſilio animę, hoc eſt de conſilio deſiderato: itaq; amicus cum deſiderato conſilio aſſimilatur unguento & ſuffimento: lætificationi uero cordis aſſimilatur dulcedo proueniens ex amico conſulente, quãuis conſiliũ animæ ſignificare quoq; poſſit conſilium ex animo ad differentiam conſilii tam ficti q̃ ſuperficialis, dulce ſiquidem eſt conſilium amici ex animo ex interno amore amicitiæ procedẽs.

Senſibile delectabile cor letificat.

Cõſiliũ amici dulce.

¶ *Amicum tuum & amicum patris tui ne dimiſeris, & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tue.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et domus fratris tui non ueniet in die fractionis tue.* Ex eo.n. q; non ſecundæ ſed tertiæ perſone eſt verbum interpręta tum veniet, oportet domum interpretari in caſu nominatiuo. Et quadrat lectio iſta primæ particule parabolæ. Quadrat.n. vt antiquus amicus (vtpote patris tui & tuus) non derelinquat: quia ꝯtingit familiã frĩs tui relinquere te in die fractionis tuæ. Ac ſi aptius dixiſſet amicus pr̃is tui & tuus veniet ĩ die ꝯtritiõis tuę, q̃uis familia frĩs tui nõ veniet. Et vere ſæpe hoc accidit vt antiquus amicus uiſitet afflictũ quẽ ꝯſanguinei ſeu affines deſerũt. *Melior eſt uicinus iuxta, quã frater procul.* Dictio interpratata iuxta ſonat. *Propinquũ.* Et dictio ĩterpratata procul, ſonat. *Longinquũ.* Snĩa eſt clara: q; vicinus ꝑpe põt opẽ ferre: frater aũt procul exiſtens non põt.

Secũda perſona futuri maſ. & tertia fem. oino coincidunt, itaq; vna & eadem dictio eſt ſecũdæ pſonę maſ. ge. & tertiæ fem. gen. & ſic põt etiã verti intrabis ſeu venies

¶ *Stude ſapientie fili mi & letifica cor meum: & poſſis exprobranti reſpondere ſermonem.* Sententia redditur ſi dictio interpratata poſſis legatur in prima perſona. *Poſſim.* Et dictio interpratata exprobranti ſonat. *Opprobranti.* Et eſt ſermo de vituperantibus patrem in filiis utpote ignauis aut inſipientibus & huiuſmodi. Huiuſmodi.n iniuriis obuiam itur ſi filius ſapit: & præter hoc lætificat cor patris, itaq; ſapientia filiũ & prodeſt patri, & pellit opprobria.

Amicũ veterẽ quare nõ debemus dimittere.

¶ *Aſtutus uidens malum abſconditus eſt: & paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia.* Dictio interpratata aſtutus ſonat. *Ingenioſus.* Et dictio ĩterpratata paruuli ſonat. *Simplices.* Et eſt repetitio parabolæ ſcriptæ in ca. 22. ¶ *Tolle uestimentum eius qui ſpopondit pro extraneo: & pro alienis aufer ei pignus.* Dictio interpratata alienis ſonat. *Aliene.* Proculdubio muliere. Comprahendit.n. vtrunq; ſexum, & repetitur parabola ſcripta cap. 20. ¶ *Qui benedicit proximo ſuo uoce grandi de nocte conſurgens: maledicenti ſimilis erit.* Dictiones interpratate de nocte conſurgens ſonant. *Mane diluculando.* Hoc eſt mane ſurgendo ſeu veniendo. Quod autem dicitur maledicenti ſimilis erit iuxta hebræum legitur. *Maledictio reputabitur illi.* Et ratio eſt quia ſalutans illa hora voce magna excitat illum a ſomno aurore multum grato. ¶ *Tecta perſtillantia in die frigoris & litigioſa mulier comparantur.* Iuxta hebręum habetur. *Gutta perſeuerans in die ſiccitatis & uxor litigioſa adequatæ ſunt.* Gutta perſeuerans appellatur multitudo guttarum ſtillantium ex tecto intra domum. Sunt.n. ualde moleſte habitantibus in illa domo, & tanto moleſtiores ſunt ſi pluit in die ſiccitatis: hoc eſt tempore quo deſideratur ſiccitas: nam ſi deſideraretur pluuia, temperaret tribulationem guttarum lætitia deſideratæ pluuiæ. Huiuſmodi n. tribulationi domeſticæ adæquatur uxor litigioſa, Eſt.n. non minus vi ro moleſta uxor talis. ¶ *Qui retinet eam quaſi qui uentum teneat: & oleum dexteræ ſue euacuet.* Iuxta hebræum habetur. *Abſconditores eius abſcondit uentum: & oleum dextera ſua uocabit.* Incurabilis ſignificat uxor litigioſa: quia nec abſconſione in aula, nec retentione in loco arcto curari põt, occultare nãq; eam perinde eſt ac ſi occultares uentũ: & reſtringere eam eſt tanq̃ reſtringere oleũ manu dextera. Oleũ.n. ſi reſtringatur manu elabit̃: & ꝑpea deſcribitur dextera vocans oleũ utpote elapſum, ventus aũt nõ patit̃ occultari.

Vxor litigioſa malum incurabile.

¶ *Ferrum ferro acuitur: & hõ exacuit faciem amici ſui.* Dictio interprętata exacuit ſonat. *Acuitur.* Itaq; legendum eſſet, & homo acuitur coram ſocio ſuo. Experientia teſtatur q; homines inuicem conuerſando, conferendo, negociando, diſputando, acuuntur, ſolitaris remanentibus in ſua hebetudine.

Hõ cõuerſando acuitur

¶ *Qui ſeruat ficum comedet fructus eius: & qui cuſtos eſt domini ſui glorificabitur.* Dictio interpratata glorificabitur ſonat. *Honorabitur.* Proculdubio a domino ſuo & ab aliis cognoſcentibus fidem ac curam eius erga perſonam domini. Parabola clara eſt. ¶ *Quomodo in aquis reſplendent uultus perſpicientium: ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.* Iuxta hebræum habetur. *Sicut aquarum facies ad facies: ſic cor hominis ad hominem.* Abſq; verbo quocũq; ſcribitur parabola hæc, & propterea interpraetes diuerſi expoſitoris officio fungentes diuerſa verba inſeruerunt textui. Tendit parabola hæc ad reuocãdum ad mentis oculos homini q; cor cuiuſq; hominis tale eſt quale ipſe homo efficit illud. Aſſimilatur ſiquidem cor hominis relatum ad hominem cuius eſt cor, aquis affectis faciebus relatiue ad facies a quibus reſultant facies in aquis. Et cõſiſtit ſimilitudo in hoc, q; quẽ-

Caldæus interpres ĩtelligit q; ſicut vultus ſi ſũt ſimiles ita nec hoĩes aliĩ q; amicus amico apit cor ſicut aqua & ſpeculum vultum.

admodum facies in aquis(hoc eſt ſimilitudines facierum) ſunt a faciebus quæ vere ſunt facies, ita cor hominis(hoc eſt intima hominis)ſunt ab ipſo homine,& verificatur ſimilitudo ſecundum interiorem partem tam cognoſcitiuam q̄ appetitiuam. Similitudines enī quæ ſunt in intellectu,& phantaſia, ſunt ab homine per ſenſus exteriores ingerente illas partibus internis: & ſimiliter diſpoſitiones diuerſarum affectionum in voluntate,& appetitu ſunt ab homine,in cuius ſignum ex frequentatis actibus generatur habitus. Docet itaq; Salomon vt nō culpes intima tua,ſed teipſum: quia intima tua reſultant ex te & pendent a te,quemadmodum facies in aquis pendent a faciebus a quibus imprimūtur. Meminit autē potius aquarum q̄ ſpeculi: quia humidi eſt facile recipere. Aqua.n.humidiſſima aſſumpta eſt ad inſinuandum humiditatem organorum internorum: ex qua habent φ facile recipiūt ſimilitudines ut phyſici tradunt. ¶ *Infernus & perditio non replebuntur: & ſimiliter oculi hominum inſatiabiles.* Parum refert φ dictio interpraetata infernus ſonat. *Fouea.* Nam ſiue intelligas foueam inferni expoſitam per adiunctam perditionem,ſiue foueam ſepulchri& interitum,verificatur inſatiabilitas: oculi quoq; hominis tam corporis q̄ mentis nunquam ſatiantur ſed anhelant ſemper ad videndum noua. ¶ *Quomodo probatur in conflatorio argentum & in fornace aurum: ſic probatur homo ore laudantis.* Senſus redditur & vis laudum declaratur ex hoc φ aſſimilanē purgatoriis auri & argenti. Laus.n.probat laudatum ex hoc φ laudatus in ſeipſum reflectitur conſiderando an verificentur laudes eius,& ſi inuenit non verificari nititur ad hoc vt verificentur: & ſic purgatur ab imperfectionibus ſuis ſi autem laudes verificantur & non extollitur animo eſt tanq̄ argentum & aurum probatum,vtpote conſtantiam ſeruans ſuæ probitatis. ¶ *Cor iniqui exquirit mala: cor autem rectum exquirit ſcientiam.* Clauſula hæc ſuperflua eſt, quia in hebræo non habetur. ¶ *Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo: non auferetur ab eo ſtultitia eius.* Senſus reddit̄ & incurabilis quorundam ſtultitia declaratur quibuſcunq; flagellis ac verberibus: dicendo hyperbolicę φ ſi ſtultus fuerit contuſus in mortario in medio eorum quæ contunduntur pilo,non propterea recedet ab eo ſtultitia eius: ut intelligas φ omnis attritio vana eſt. ¶ *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui tuoſq; greges conſidera.* Parui refert φ iuxta hebræum habetur. *Sciendo ſcies uultū pecoris tui: pone cor tuum ad greges.* Ab iſta particula uſq; ad finem capituli inſtruit Salomon filium domeſticam curam inchoando a cura gregū,vt agnoſcat qualitatem & quantitatem pecorum ſuorum. Qualitas.n.in uultu,numerus autē in gregibus perpenditur. ¶ *Non.n.habebis iugiter poteſtatem,ſed corona tribuetur tibi in generatione & generatione.* Rectius legitur prima particula. *Quia non ſemper diuitie.* Secunda vero clare ſonat: *Et an corona ad generationem & generationem.* Et eſt ſenſus φ diuitiæ non ſunt ſempiternæ,& dubiū eſt an etiam corona regni perſeueret in filiis & nepotibus pronepotibus.& ſic deinceps. Et ſcito φ particula iſta intelligenda eſt in principio vel in fine totius iſtius inſtructionis domeſticæ prouidentie. Nam hæc clauſula rationem reddit quare neceſſaria eſt iſta prouidētia domeſtica: quia videlicet nec diuitiæ ſunt ſempiterne nec ſucceſſio filiorum in regno eſt certa. Si enim diuitiæ alicuius eſſent ſempiterne non eſſet opus φ prouidentia eius occuparetur circa hæc ſigillatim,ut hic diſtinguntur, & multo minus eſſet opus ſi corona ſeu dominium eſſet certum quo ad ſucceſſionem. ¶ *Aperta ſunt prata & apparuerunt herbæ uirentes: & collecta ſunt fœna de montibus.* Poſt curam qualitatis & quātitatis pecorum,ad curam fœni & herbarum pro paſtu pecorum tranſit. Et ex montibus & pratis herbas prouidendas docet tempore congruo. ¶ *Agni ſunt ad ueſtimentum: & hædi ad agri prætium.* Dictio interpraetata hædi ſonat. *Arietes.* Inſtruit conſequenter filium ut lanam pecudum ſeruet pro indumētis domus ſuæ: prætium vero arietum venalium conuertat ad emendum agrum. ¶ *Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos & in neceſſaria domus tuæ: & ad uictum ancillis tuis.* Parui refert φ in hebręo habetur. *Pro pane tuo pro pane domus tuæ: & uita puellarum tuarum.* Certum eſt φ appellatione lactis intelligitur non ſolum lac ſed caſeus ac butyrum: utrum autem intelligant̄ et hedi lactentes non eſt clarum. Meminit autem caprarum non φ de capris ſolis intendat loqui, ſed de lacte vaccarū & ouium vſq; ad lac caprarum. Hæc.n. partim in ſubſtantia & partim in prætio,caſei,butyri,& lactis quæ venduntur mandat ſufficere obſoniis domus eius. Crediderim ego alias ſubiunctas fuiſſe inſtructiones a Salomone circa prouidentiam domeſticam per ſingula, ſed carere nos illis.

Quomodo laudes probent hoīes.

Stultitia incurabilis.

Diuitiæ & regna incerta bona.

CAP. XXVIII.

FVgit impius nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens abſq; terrore erit. Senſus redditur quāuis interpres addiderit vltima uerba(videlicet abſq; terrore erit)& leunculum mutauerit

in

in leonē. Sæpe contigit ꝙ impius conſcius propriæ iniquitatis fugit interno actus timore nullo externo perſecutore fugante ipſum. Quo contra iuſtus certus ſuæ innocentiæ etiam ſi exterreatur ab aliquo conſtanter confidens manet inſtar leonis magnanimi & nullius pauentis occurſum. ¶ *Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis ſapientiam & horum ſcientiā quæ dicuntur uita ducis longior erit.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et in homine intelligente ſciente ſic prolongabitur.* Et primæ quidem particulæ ſenſus clarus eſt ſi (ut hebræa ſonant) nomine peccatorum intelligas rebelliones: Eſt.n. ſenſus ꝙ diſſenſiones cauſant multitudinē dominorū, quod quotidie videmus: & in regno iſrael apparuit, tum poſt mortē Saulis, tum poſt mortem Salomonis. Secundæ uero particulæ ſenſus ſuboſcurus eſt: ſi tamen conſiderauerimus ꝙ e regione primæ particulæ collocatur, apparebit ꝙ ſenſus eſt, & terræ hominibus uigentibus intelligentia & ſcientia prolongabitur terra ſic: hoc eſt indiuiſa non ſciſſa in multos dominos. E regione ſiquidem rebellionum & diſſentionum deſcribuntur homines acumine intellectus penetrantes futurum malum ſciſſionis, & ſcientes dāna quæ ſequuntur: ac per hoc ſtudentes vnitati & paci terræ. Tales.n. homines faciunt prolongari regimen ſic: hoc eſt abſq; diuiſione. ¶ *Vir pauper calumnians pauperes: ſimilis eſt imbri uehementi in quo paratur fames.* Iuxta hebræum habetur. *Vir pauper & fraudans pauperes: pluuia inundans & non panis.* Officium pluuiæ regulariter eſt utile ad producendum panem: hoc eſt ea quæ ſunt neceſſaria ad victum. Et propterea pluuia inundans ſic ꝙ non eſt utilis agris pro pane, eſt pluuia cum multorum dāno abſq; utilitate alicuius: & tali pluuiæ aſſimilatur vir pauper exercens fraudes in pauperes, nam infert dānum multis pauperibus, & ipſe non efficitur diues: ſed ēt eſt pauper ac per hoc eſt tanquam nulli utilis & multis nocens. ¶ *Qui derelinquunt legem laudāt impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur, contra eum.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Cuſtodientes legem excitabuntur contra eos.* Naturale eſt ut non ſeruantes legē dei laudent ſibi ſimiles impios: Quo contra ſeruantes diuinam legem inſurgant aduerſus impios tam intus q̄ foris hoc eſt tam in ciuitate ſeu regno q̄ extra, & directe ſermo iſte aduerſus religionem lege moyſi deſcriptam loqui videtur, quales apparuerunt & tempore machabeorum & tempore multorum regum. ¶ *Viri mali non cogitant iudicium: qui autem requirunt dominum animaduertunt omnia.* Dictio interpretata cogitant, & ſimiliter dictio interpretata animaduertunt ſonat. *Intelligent.* Et nominatur tetragrammaton. Magna diſparitas intelligentiæ deſcribit̄, dum viri mali nec iudicium intelligunt nec penetrant ius debitum vnicuiq; excecante eos malicia eorum: Et hoc uerum eſt de cognitione pratica qua iudicant iudicia iniuſta: & quandoq; uerificat̄ etiā de cognitione ſpeculatiua. Quo contra uiri querentes iehouah (hoc eſt ea quæ ſunt grata ſummo deo) intelligent omnia, intelligent nō ſolum iudicium, ſed omnia quæ ad bonum proſequendum uel malum vitandum morale ſpectant. ¶ *Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua: quam diues in prauis itineribus.* Senſus redditur. Dictio tamen interpretata ſimplicitate ſonat. *Perfectione.* Præponiturq; paupertas comitata perfectione diuitiis cum iniquitate: & vtilius reipublicæ deſcribitur ſtudium ac opus pauperis præditi uirtute q̄ diuitis tortuoſa ſtudia & opera. ¶ *Qui cuſtodit legem filius ſapiens eſt: qui autem paſcit comeſſatores confundit patrem ſuum.* Senſus reddit̄, dictio tamen interpretata ſapiens ſonat. *Intelligens.* Confunditur autem pater ex filio prodigo erga cōmeſſatores eo ꝙ mali fili mores redundant in erubeſcentiam patris. ¶ *Qui coaceruat diuitias uſura & fœnore liberali: in pauperes congregat eos.* Dictio interpretata fœnore liberali ſonat. *Multiplicatione.* Et dictio interpretata vſura ſonat. *Morſu.* quia in libris ſacris hebræorum uſura nominatur morſus in deteſtatiorem uſurarii lucri. Duo autem modi iniuſte lucrandi ex mutuo tanguntur: alter eſt per uſuram, alter per multiplicationem: vt ſi mutuādo centū, ſcribitur debitū, cētū quinquaginta, dictio aūt interꝓtata in pauperes ſonat. *Miſerenti pauperum.* Prædicit Salomon ꝙ eueniet oppoſitum eius ꝙ intendit & facit vſurarius: nam ipſe mordet res pauperum indigentium mutuo: & iuſto dei iudicio diuitiē eius peruenient ad virum miſerentem pauperū, dum ex timore dei reſtituit pauperibus, uel alias miſericordia ergo pauperes utitur. ¶ *Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis.* Parui refert ꝙ ſecunda particula iuxta hebreum habetur. *Etiam oratio eius abominatio.* Cerne quantum dānū ingerat non audire diuinam legem, quia etiam oratio illius eſt apud deum abominatio. Equum eſt.n. vt recuſans audire deum loquentem in ſua lege recuſetur adeo cum ipſe alloquitur deum orando. ¶ *Qui decipit iuſtos in uia mala in interitu ſuo corruet: & ſimplices poſſidebunt bona eius.* Iuxta hebræum habetur. *Faciens errare rectos in uia mali in foueam ſuam ipſe cadet: & perfecti hæreditabunt bonum.* Metaphoricus eſt ſermo parabolæ huius. Ad inſtar facientis errare recta via incedentem in viam malam deſcribunt qui rectos fallendo dirigunt ad malū aliquod, & eorū pena deſcribit̄ cadere in propriam foueam: hoc eſt incidere in malū

Quare impius pauidus & iuſtus cōfidens.

Vnde fit multiplicatio tyrannorum.

Pauper fraudans pauperes nulli vtilis & multis nocens.

ad quod rectos direxerint Et hinc apparet ꝙ de malo penæ eſt ſermo: & ſimiliter de bono vtili & delectabili ſubiungitur, & perfecti hæreditabunt bonum, qđ verificatur (vt ſæpe dictum eſt) tum ſecundum merita: quia perfecti merentur hæreditario iure habere bona & patrum bonorum & aliorum iniquorum qui non ſunt digni pane quo veſcuntur: tum ſecundum ſtatum & promiſſiones veteris legis. ℂ*Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper autem prudens ſcrutabitur eum.* Dictio interpretata prudens ſonat. *Intelligens.* Significatur.n. ꝙ pauper vigens acumine intelligendi explorat intellectu ſuo an diues vere ſapiat, & compeiens ꝙ non vere ſapit ſed reputat ſe ſapere, vtitur eo tanquā tali. *In exultatione iuſtorum multa gloria eſt: regnantibus impiis ruinæ hominum.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et ſurgentibus impiis mutabitur homo.* Quotidiana experientia atteſtatur vtriq; parti. Mutari.n. homines intus & extra videmus, quum impii ſurgunt ad regendum & dominādum. Omittunt.n. negocia & timēt &c. ℂ*Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea miſericordiam conſequetur.* Dictio interpretata dirigetur ſonat. *Proſperabitur.* Et parabola hęc quāuis ſæpe verificetur inter homines in confeſſione uel negatione extra iudicium (nam negantes ſe offendiſſe relinquimus ſibiipſis: quum tamen offenderint abiicimus a nobis: agnoſcētibus autem propriā culpam & deſerētibus illam corrigendo veniam damus) infallibiliter tamē verificatur relatiue ad deum, nam deus veniam dat confitentibus peccata ſua & derelinquentibus ea: occultantes autem (hoc eſt ad inſtar occultantium non agnoſcētes peccata propria) relinquit deus ſibiipſis abſq; largitione proſperitatis procuIdubio ſpiritualis, & quandoq; corporeæ. *Beatus homo qui ſemper eſt pauidus: qui vero mentis eſt duræ corruet in malum.* Parui refert ꝙ dictio interpretata mentis ſonat. *Cordis.* Relatiue ad deum intellige hanc parabolam. Beatus eſt.n. in ſpe qui iugiter timet a diuinis iudiciis. Magnipendit.n. diuinam iuſtitiam, & ſuorum merita peccatorum. Quo contra indurans cor proprium (itaq; non cedit reuelationibus in lege ſcriptis de diuina iuſtitia) corruet in malum eternæ miſeriæ. *Leo rugiens & urſus eſuriens: princeps impius ſuper populum pauperem.* Parabola potius exigit cōmiſerationem q̄ expoſitionē. Frequēs enim experientia manifeſtat illam. *Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam longi fient dies eius.* Iuxta hebræum habetur. *Dux deficiens intelligentiis: & multus fraudum: oſor auaritię prolongabit dies.* Et eſt ſenſus dux minus intelligens cauſas & cauſarum rationes eorum quę occurunt agenda, ſimilis eſt duci multarum fraudum. Aſſimilatur.n. quo ad effectum: nam vterq; infert populo multa damna: ille ex ignauia: iſte ex induſtria. Dux autem oſor auaritię (quia rarus eſt) prolongabit dies: hoc eſt meretur prolongationem dierum vitæ ſuæ. Vtilis.n eſt valde reipublicæ & populis. Et e regione vtriuſq; ducis ſcribitur dux oſor auaritię: quia nullum dānum infert, ambo autem illi nocent multis. ℂ*Hominem qui calumniatur animæ ſanguinem: ſi uſq; ad lacum fugerit nemo ſuſtinet.* Iuxta hebræum habetur. *Homo fraudator in ſanguine animæ: vſq; ad puteum fugiet non ſuſtentabunt eum.* Et eſt ſenſus, hō fraudulenter homicida fugiet vſq; ad puteí latibula, & non inueniet ſuſtentatem eum. Odioſus.n. omnibus deſcribitur ex eo ꝙ fraudulenter occidit hominem. ℂ*Qui ambulat ſimpliciter ſaluus erit: qui peruerſis graditur viis concidet ſemel.* Dictio interpretata ſimpliciter ſonat. *Perfectus.* Secunda vero particula iuxta hebræū habetur. *Et tranſuerſans vias cadet in una.* Qui.n. ad inſtar vertentis iter in multas diuerſas vias ac per hoc exponentis ſe periculo cadendi in una eorum tranſuertit ſtudia ac operationes ſuas, facile cadet in una earum. Quo contra ambulans in integritate ſua in ſola integritatis uia ſaluabitur a caſu & malo. ℂ*Qui operatur terrā ſuā ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium replebitur egeſtate.* Dictio interpretata otium ſonat. *inanes.* Et appellantur uiri vacui qui ſunt otioſi vtpote vacui virtutibus induſtriis & artibus, & repetitur parabola ſcripta ca. 12. ℂ*Vir fidelis multū laudabitur: qui autē feſtinat ditari non erit innocens.* Iuxta hebræum habetur. *Vir fidelitatum multus benedictionum: & feſtinans ut diteſcat, non mundabitur.* Vir.n. nunquā fallens aliquem ſed cuilibet fidelis tam verbis q̄ factis vir fidelitatum appellatur, & multis benedictionibus eum omnes proſequūtur: de feſtinante vero ad diuitias dicitur ꝙ non mundabitur, non erit mundus, quoniā ipſa feſtinatio diuitiarum accuſat aliquam turpitudinem lucri. Et īſinuatur minus fidelis ex hoc ꝙ tanquam e regione fidelis collocatur. Peccant.n. tales fallendo multos. *Qui cognoſcit in iudicio faciem non benefacit: iſte & pro buccella panis deſerit ueritatem.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. *Reſpicere faciem non bonum: & ſuper buccellam panis præuaricabitur vir.* Vitium acceptionis perſonarum deteſtatur & abſolute & relatiue ad minima munera, ꝙ videlicet pro paruo lucro (ſignificato per buccellam panis) homo præuaricatur vitio acceptionis perſonarum. ℂ*Vir, qui feſtinat ditari & aliis inuidet, ignorat ꝙ egeſtas ſuperueniat ei.* Iuxta hebræum habetur. *Feſtinans ad diuitias vir malus oculo: & neſciuit ꝙ defectus veniet ei.* Dixerat ꝙ feſtinans ditari non erit mundus declarat modo immunditiam eius, tum quo ad uoluntatem deſcribendo eum eſſe malum, eſſeq;

malæ

Quare beatus qui ſemper eſt pauidus.

Princeps impius ſuper populum paupere res miſerabilis.

Dux imprudens & dux fraudulentus, vterq; dānoſus populis.

Secūda tñ pars parabolæ eſt alia hic q̄ ibi.

Cito ditatus ſuſpectus eſt fraudis.

malæ intentionis,malæ uti oculo mentis ſuæ,vtpote cum nocumento aliorum:tum quoad intellectum deſcribendo eum neſcire ꝙ defectus veniet ei:hoc eſt ꝙ diuitię ſunt valde caducæ,& deficient quando minus credit. *Qui corripit hominem gratiam poſtea inueniet apud eum: magis quam ille qui per linguę blandimenta decipit.* Expoſitio eſt,nam iuxta hebræum breuiter dicitur. *Corripiens hominem poſtea gratiam inueniet:magis quã blandiens lingua.* Sæpe contingit ꝙ homo conſideret tum arguentem,tum blandientem:& animaduertat ꝙ arguens magis illum diligit q̃ blandiens:et propterea magis beneuolum ac beneficum exhibet ſe poſtea corripienti q̃ blãdienti. Et hoc præcipue verificatur apud dominos & alios primates prudentes,dum ſecum meditantur et ponderant ꝙ arguens dixit veritatem & bonum quærit eius quem arguit.

Aduertant prudentes primates.

Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo & a matre & dicit hoc non eſſe peccatum:particeps homicidæ eſt. Iuxta hebræum habetur. *Prædans patrem ſuum & matrem ſuam & dicens non crimen: ſocius ipſe viro deſtructori.* Officium ſiquidem diſſipatoris exercet filius prædando patrem aut matrem tanta animi ſecuritate ut dicat non eſſe crimen quod facit. Deſtructores.n.ciuitatis ſeu domus ſimili ſecuritate deſtruunt. *Qui ſe iactat & dilatat,iurgia concitat,qui uero ſperat in domino ſanabitur.* Iuxta hebræum habetur. *Latus animo excitabit litem:& ſperans ſuper iehouah impinguabitur.* Latus anima reputat animũ ſuum ſufficere ad quęcunq; capeſſenda:& propterea facile incitat ad litem. Quo contra ſperans non in animi ſui latitudine,ſed in ſummo deo impinguabitur abſq; litibus ꝓſperabitur deo fauente illi. *Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt:qui autem graditur ſapienter ipſe laudabitur.* Dictio interpraetata laudabitur ſonat. *Euadet.* Confidens in corde ſuo non ſolum excitat lites,ſed etiam ſtultus deſcribitur,quia cor hominis non ſufficit ad ſeruandum eum nec a periculis & malis præſentis vitæ nec a futuræ uitæ. Quo ↄtra ambulans in ſapientia, habens pro duce in uia huius vitæ non animum ſuum ſed ſapientiam,ipſe euadet ab imminentibus malis & in præſenti vita, & in futura.

Confidentis in corde ſuo,& confidentis in ſapientia diſpar exitus.

Qui dat pauperi non indigebit: qui deſpicit deprecantem ſuſtinebit penuriam. Iuxta hebræum habetur. *Danti pauperi non defectus: & celans oculos ſuos multus maledictionum.* Diuina promiſſio eſt ꝙ danti pauperibus nõ deficiet qđ neceſſarium eſt ad victũ veſtitumq; dantis. Auertens autem oculos ſuos a paupere tanquã occultans oculos ſuos replebitur maledicẽtiis ut experientia teſtatur. *Quum ſurrexerint impii abſcondentur homines,quum illi perierint multiplicabuntur iuſti.* Exaltatio impiorum manifeſte parit abſcõſionem eorum qui probi ſunt & pacẽ ſectantur, quoniam timent ſibi ab impiis. Quo contra multiplicabuntur iuſti excluſo timore quum impii perierint.

CAP. XXIX.

V*Ir qui corripientem dura ceruice contemnit:repentinus ei ſuperueniet interitus & eum ſanitas non ſequetur.* Iuxta hebræum habetur. *Vir increpationum indurans ceruicem:ſubito frangetur & non ſanitas.* Quia increpatus uir & corrigens ſe attendit ne incidat in mala ſtudetq; cauere a periculis, conſequens eſt vt uir increpationum(hoc eſt frequenter increpatus)& indurans ceruicem non ſit cautus,non metuat a periculis& imminentibus malis,& iõ exponit ſe multorũ malorum occurſibus:& propterea de eo dicitur ꝙ repente frangetur abſq; remedio. Veriſimile enim eſt ut qui increpationibus indiget & eas dura ceruice contẽnit, incidat repente in malum aliquod(ſiue corporis ſiue rerum)cui non poteſt obuiam iri:& ꝓpterea dicitur,& nõ ſanitas.

Exitus corrigibiliũ & incorrigibilium.

¶ *In multiplicatione iuſtorum lætabitur uulgus: quum impii ſumpſerint principatũ gemet populus.* Dictio interpraetata multiplicatione ſonat quoq;. *Grandere.* Et magis quadrat ſecundæ particulæ ꝙ legatur. *Grandentibus iuſtis letabitur populus.* Nam e regione dominii impiorum hoc ſcribitur: dominio autem impiorum opponitur ꝙ grandeſcant iuſti. Parui quoq; refert ꝙ dictio interpraetata gemet ſonat. *Suſpirabit.* Et ſenſus parabolæ clarus eſt. ¶ *Vir qui amat ſapientiam lętificat patrem ſuum:qui autem nutrit ſcortum perdet ſuſtantiam.* Hoc eſt opes. Oportet.n. multum habere thaydem:& in euangelio filius prodigus diſſipauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus. ¶ *Rex iuſtus eriget terram:uir auarus deſtruet eam.* Iuxta hebræum habetur.. *Rex in iudicio faciet ſtare terram:& uir eleuationum diruet eam.* Clarum eſt ꝙ rex ius ſuum unicuiq; tribuens,facit populum terræ ſtare rectum. Quo contra ſi rex eſt vir eleuationum(hoc eſt ſuſceptor munerum quæ eleuationes uocãtur,quia tanquam eleuentur offeruntur regibus)talis rex diruit terram hoc eſt populos terræ quia non eſt locus iuri ſed donis. *Homo qui blandis fictiſq; ſermonibus loquitur amico ſuo:rete expandit greſſibus eius.* Interpres addidit fictionem,nam hebraicæ fit mentio blanditiarũ dumtaxat. Et eſt ſenſus,ꝙ blandiens expandit rete ad capiendum blanditiis animum amici ſui,ad illaqueandum greſſus(hoc eſt affectus)eius. Blanditię.n.alliciunt affectus hominis ad blandientem,& impediunt diſpoſitos affectus ad ea quæ diſplicent blandienti. *Peccantem*

Blandus amicus.

uirum iniquum inuoluet laqueus:& iuſtus lætabitur atq; gaudebit. Iuxta hebręum habetur. *In ſcelere hominis malus laqueus:& iuſtus cantabit & gaudebit.* Et eſt ſenſus ꝙ ſcelus hominis parit ei malum laquęũ ſeu malam impactionem. Et hoc ſæpe videmus. Multos enim propter ſua flagitia incidere in laquæos malos variorum tormentorum & occiſionis videmus. & iuſti videntes gaudent intus, & cantant exterioribus ſignis letitiæ laudando diuina iudicia. Scriptum eſt enim lętabitur iuſtus cum viderit vindictã. *Nouit iuſtus cauſam pauperum: impius ignorat ſcientiam.* Dictio interpretata cauſam ſonat. *Iudicium.* Et dictio interpretata ignorat ſonat. *Non intelliget.* Inter iuſtum & impium relatiue ad iudicium pauperum deſcribitur diſparitas penes hoc, ꝙ iuſtus applicat ſe ad cognoſcendum ius pauperum, ſtudetq; donec cognoſcat illud: impius autem non intelliget ſciam, nõ curat penetrare uſq; ad ſcientiam iuris pauperum quia ĩpius eſt. *Homines peſtilentes diſſipant ciuitates: ſapientes uero auertunt furorem.* Prima particula iuxta hebręum habetur. *Homines deriſores facient ſufflare ciuitatem.* Sæpe hoc accidit ꝙ homines deriſores legum & morum commouent ciuitatem, & faciunt eam ſufflare, ad inſtar ſufflantis minari, arma ſumere, rebellare: viri autem ſapientes auertent excitatum furorem, & hoc quoq; ſępe accidit. *Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur ſiue rideat non inueniet requiem.* Iuxta hebræum habetur. *Vir ſapiens iudicatus cum uiro ſtulto: tremet & ridebit, & non requies.* De viro ſapiente nõ ſponte miſcente ſe cum ſtulto ſed iudicato cum ſtulto (hoc eſt uocato ad iudicium inſtante ſtulto) eſt ſermo: & deſcribitur ſapiens ꝙ ſiue agat trementem, ſiue agat ridentem ad hoc vt mõrẽgerat ſtulto, non propterea aſſequitur intentum, quia non ſequitur requies ſtulti ex ſapientis tremore, nec ex ſapientis riſu, hoc eſt iucundo & affabili ſermone, ſicut nec ex timida reſponſione. *Viri ſanguinum oderunt ſimplicem, iuſti autem quærunt animam eius.* Dictio interpretata ſimplicem ſonat. *Perfectum.* Conſonat uiris ſanguinis odium uirorum integrorum: quia iſtorum uita contraria eſt illis. Quo contra recti quærent uitam hominis perfecti ſeruare.

Quare viri iniqui oderunt iuſtos.

Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiens autem differt & reſeruat in poſterum. Secunda particula ſic habetur. *Et ſapiens in poſterum laudabit eum.* Proculdubio ſpiritum. Eſt.n. fœminini generis in hebręo pronomen, ſicut eſt ſpiritus. Stultus vniuerſa ad quæ impellitur ab animo dicenda profert abſq; freno, quia ſtultus eſt & impetu agitur. Sed ſapiens laudat ſpiritum reſeruantem verba in poſterum, partim dicentem & partim reticentem, ut congruo tempore proferat. *Princeps qui libenter audit uerba mendacii, omnes miniſtros habet impios.* Senſus reddit̃, & parabola clara eſt, veriſſimaq; comprobatur quoniam ſeruitores imitant̃ domini mores, & deteriores illo fiũt.

Stultus ĩpetu agitur.

Pauper & creditor obuiauerunt ſibi: utriuſq; illuminator eſt dominus. Iuxta hebræum habetur. *Pauper & uir fractionum obuiauerunt ſibi: & illuminans oculos amborum iehouah.* Et eſt ſenſus, ꝙ paup̃ & uir paſſus multa damna, cui multæ occurrerunt fractiones in facultatibus uel honoribus &c. obuiauerunt ſibi tanq̃ conformes. Afflictus.n. afflicto facile iungitur tanquã ſe inuicem ꝯſolando, propter quã conſolationem ſubiungitur, ꝙ deus illuminat ambos ad patienter ferendum mala (ille paupertatis, iſte dãnorum) propter diuina iudicia. Illuminat.n. eos ad referendũ omnia ad diuinę prouidentię beneplacitum.

Afflictus afflicto facile iungitur.

Omnia ad diuinũ bñplacitum referenda.

Rex qui iudicat pauperes in ueritate: thronus eius in æternum firmabitur. Parui refert ꝙ dictio interpretata firmabitur ſonat. *Dirigetur.* Meretur.n. rex iudicans in veritate pauperes ut ſedes eius in æternum dirigatur, quia quantum ex parte eius eſt ipſe dirigit in ſempiternum regni ſui ſolium: nam qui in veritate, iudicat pauperes, multo magis iudicat alios in veritate. *Virga atq; correctio tribuet ſapientiam: puer autem qui dimittitur uoluntati ſuæ confundet matrem ſuam.* Interpres addidit uoluntati ſuæ. In hebręo.n. ſolummodo ſcribitur puer dimiſſus: hoc eſt derelictus a correctiõe & uirga. Etas.n. puerilis prona eſt ad mala & vanas & propterea eget ut corrigatur verbis, & ſi hæc nõ ſufficiunt caſtigetur uirga ad hoc vt fiat ſapiens.

Quare ætas puerilis indiget correptione.

In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera: & iuſti ruinas eorum uidebunt. Expectat deus certam menſuram iniquitatum ad hoc vt puniat impios, prout ipſe reuelauit habraæ: & propterea hic dicitur ꝙ iuſti videbunt caſum impiorum multiplicatis impiis & ſceleribus.

Expectat deus certã mẽſurã ad puniẽdũ ĩpium.

Erudi filium tuum & refrigerabit te: & dabit delitias animæ tuæ. Dictio interpretata refrigerabit ſonat. *Faciet quieſcere.* Eruditus enim filius dat quietem paterno animo qui de inerudito filio ſollicitatur, & non ſolum dat quietem, ſed etiam afficit delitiis longe delectabilioribus animo q̃ delitiæ corporeæ. Affectus ſiquidem læti delitiæ ſunt animæ. *Cum prophetia defecerit diſſipabitur populus: qui uero cuſtodit legem beatus eſt.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *In non viſione nudabitur populus.* Secunda particula inſinuat ſenſum primæ de quali detectiõe ſeu nuditate eſt ſermo, videlicet de nuditate a decore legis. Nudatur ſiquidem populus a moribus legalibus (hoc eſt mandatis diuina lege) non exiſtente viſione: hoc eſt ceſſantibus reuelationibus diuinis quæ percipiuntur per viſiones imaginarias aut intellectuales, ſiue in ſomno ſiue in vigilia. Aſſuetus ſiquidem populus ad conſulendum deum, & ad habendum reſponſa a

Vel rebellabit̃, deſinet, ceſſabit, retrocedet.

deo

deo, quando priuatur huiuſmodi reſponſionibus relinquit præcepta legis & diuertit ad magos & ariolos ut fecit rex Saul circa finem vite ſue, ut fecerũt iudei circa tempus machabeorum. Nudantes.n.ſe decore legis diuinę tranſierunt ad mores gentilium. Hunc eſſe germanũ ſenſum, e regione poſita particula ſecũda manifeſtat dicendo, & cuſtodiens legẽ beatus ipſe, qui deficientibus uiſionibus perſeuerat in obſeruatione legis diuinæ prædicat peculiariter beatus: qa & vere eſt beatus in ſpe: & ex oppoſitis eius beatitudo magis eluceſcit. *Seruus uerbis non poteſt erudiri: quia quod dicis intelligit & reſpondere contẽnit.* Iuxta hebræum habetur. *Verbis non erudietur ſeruus quia intelliget & non reſponſio.* Ratio quare verba non ſufficiunt ad erudiẽdũ ſeruũ ſed oportet addere verbera redditur: quia quãuis intelligat eruditionem, non tamen correſpondet ſeruilis animus eruditioni, leuior ſiquidem eſt medicina. Valentiorem expoſcit ſeruilis morbus medicinam: & propterea deſcribitur non reſpondens. *Vidiſti hominem uelocem ad loquendum: ſtultitia magis ſperanda eſt quã illius correctio.* Iuxta hebræum habetur. *Vidiſti uirum feſtinantem in uerbis ſuis: ſpes de ſtulto magis quam de illo.* Feſtinatio in ſermone poteſt ĩtelligi dupliciter: uel in prolatione hoc eſt quia feſtinanter uerbũ uerbo iungit, & de huiuſmodi feſtinatione non eſt hic ſermo: vel in applicatione ad loquendum, quia videlicet præcipiti mente promptus eſt ad loquendum: & de hac feſtinatione eſt hic ſermo: & deteſtatur eam Salomon: vſq; adeo ut ſtultum præferat huiuſmodi uiro præcipiti. Difficiliorem.n cenſet curam præcipitis q̃ inſipientis, quoniam præceps ex defectu conſilii, & malo habitu peccat: ſtultus autem ex defectu ſolo. *Qui delicate a pueritia nutrit ſeruum ſuum: poſtea ſentiet illum contumacem.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *In nouiſſimo ſuoerit dominus.* Dictio tamen interpræctata dominus ſonat etiam. *Filius.* Et eſt ſenſus q; ſeruus deliciis aſſuetus a pueritia dedignabitur exercere ſeruilia officia, & audebit ingerere ſe tanquã dominũ: hoc eſt ad officia domini ad præcipiendum aliis: uel tanquam filium ad officia filii exercenda. ¶ *Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandũ facilis eſt erit ad peccata procliuior.* Iuxta hebræum habetur. *Vir furoris prouocabit litem: & vir iræ multũ ſcelus.* Prima particula clara eſt. In ſecunda autem ira pro affectu vindictæ ſumitur. Et eſt ſenſus, q; vir vindictæ prouocat multum ſcelus, hoc eſt multitudinẽ ſcelerũ. Hoc.n. ſæpe accidit: quoniam & in ſuis adiutoribus, & in aduerſariis occaſio eſt multorum criminum qui ad vindictam tendit. *Superbũ ſequitur humilitas: & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.* Clarius iuxta hebræum habetur. *Superbia hominis humiliabit eum: & humilis ſpiritu ſuſtentabit honorem.* Valde propinqua eſt parabola hęc euangelicæ ſententiæ, omnis qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur: ſuperbia inquit hominis humiliabit eũ: hoc eſt meritum & occaſio eſt ut homo humilietur. Quo cõtra humilis ſpiritu nihil perdet honoris: ſed humilitas ſpiritus eius fulcit meritorie & facto honorem hominis, e regione ſiquidẽ humiliationis ponitur fulcire honorem: vt intelligas q; ſuperbus perdet honorem. Et quia e regione ſuperbiæ ponitur humilis ſpiritu, conſequens eſt ut e regione vitii ſuperbiæ collocetur virtus humilitatis appellata humilitas ſpiritus. *Qui cum fure participat odit animam ſuam: adiurantem audit & non indicat.* Significatur non particeps furti, ſed particeps rei furatæ. Et duo peccata illius ſcribuntur, alterum quo partem capit rei alienæ: alterum q; non manifeſtat furẽ audiens maledicta & execrationes quæ fiunt adiurando ſcientes furem, & propter vtrunq; peccatum dicitur de eo, q; odio habet propriam animam: vtpote uolens illi malum æternæ dãnationis. *Qui timet hominem cito corruet: qui ſperat in domino ſubleuabitur.* Iuxta hebræum habetur. *Tremor hominis dabit impactionem: & ſperans in iehouah roborabitur.* Valde timens hominem, ita q; nõ ſolum timet ſed tremit, facile impingit ſeu incidit in laquæum uehementi timore actus. Et eſt ſermo de caſu ſeu laqueo peccati Quo contra ſperans in iehouah (ac per hoc non exterritus ab homine ac per hoc a timiditatis uitio alienus) roborabitur animo ab ipſo ſũmo deo & non impinget in offendiculum alicuius peccati. *Multi requirunt faciem principis: & iudicium a domino egreditur ſingulorum.* Senſus redditur: culpat Salomon cæcitatem humanam quo ad hoc q; multitudo hominum prona eſt ad querẽdum faciem (hoc eſt ſerenum uultum domini ſui) & non ſic querit faciem iehouah a quo tñ pendet & egreditur iudicium vniuſcuiuſq;. Ac ſi apertius dixiſſet, currunt ad gratiam principis qui eſt iudex eorum, & non currunt ad gratiam dei a quo pendet oẽ iudicium. *Abhominantur iuſti uirum impium, & abominantur impii eos qui in recta ſunt uia.* Sententia redditur, clarius tamen ſonat hebræa. *Abhominatio iuſtorum uir iniquitatis: & abhominatio impii recta uia.* Habet in ſe vir iniquitatis unde reddatur abhominabilis apud iuſtos: ſed rectus uia huius vitæ non eſt ex parte ſui abhominabilis apud impios, ſed ex mala diſpoſitione hominum impiorum. *Verbum cuſtodiens filius extra perditionem erit.* Hæc clauſula ſuperflua eſt quia in hebræo non habetur.

1.Reg.28.

1.Macha.1.

Quare ſeruus ſine verbere non eruditur.

Quare præceps i ſermone difficile corrigitur.

Seruus contumax.

Conformis parabola euangelicæ ſniæ. Luc.14.&.18.

Duo crimina participantis cum fure.

Timor humanus cauſa peccati.

Quare impius abhominabilis iuſto & iuſtus impio.

CAP. XXX.

SCITO prudens lector ꝙ principium huius trigeſimi capituli eſt titulus, & a multis creditur ꝙ ſint in hoc titulo multa nomina propria, a multis uero ꝙ ſint dictiones appellatiuæ: & propterea utráq; lectionem referendam duxi Prima itaq; lectio eſt. *Verba agur filii iaceh, prophetia dictum uiri ithiel: ithiel et uchal.* Hic eſt titulus ſecundum putantes agur, iaceh, ithiel, & uchal eſſe nomina propria virorum: ſignificans ꝙ agur filius iaceh dixit ſubiuncta ad ithiel & uchal. Et ſecundum hanc lectionem Salomon inſeruit parabolis ſuis dicta agur ad ithielem & uchal. Altera lectio eſt iuxta uulgatam ęditionem. *Verba congregantis filii uomentis: uiſio quam loquutus eſt uir cum quo eſt deus: & qui deo ſecum morante confortatus ait.* Sed iuxta hebraicam ueritatem lectio eſt iſta. *Verba collecti filii uomentis, prophetia dictum uiri per mecumel: per mecum el & potero.* Hæc eſt altera lectio de uerbo ad uerbum reſpondens hebraico textui utēdo dictionibus omnibus pro appellatiuis. Et hæc lectio præferenda eſt. Tum quia certa præferēda ſunt incertis. Incertum eſt.n. an prædicta fuerint nomina propria uirorum. Certum eſt autem ꝙ appellatiue intelligi poſſunt: Tum quia ſubiuncta quadrant huic lectioni ut patebit. Difficile autem eſt adamuſſim iungere ſubiuncta primæ lectioni. Quia igitur de ſcientia ſanctorum tractaturus eſt Salomon, ideo ſpecialem titulum præpoſuit declarantē qualitatem ſubiunctorum: videlicet ꝙ ſunt prophetica: & hoc ad differentiam parabolarum quæ ſunt documenta moralia: declarantem quoq; a quo habuerit hanc prophetiam: videlicet a deo ſecum, modum nihilominus declarantē quo prophetica hæc habuit, videlicet collecto ſeipſo uniuerſo: & modum deniq; quo protulit hęc: videlicet ad inſtar vomentis: & demum efficaciam ſubſequutam in eo ex deo ſecum dicendo, & potero. Hæc.n. quinq; in hoc titulo manifeſtantur. Vide ſingula, uerba proculdubio ſubiuncta ſunt collecti in ſeipſum. Quum.n. homo eleuatur in ſpiritu colligitur totus in ſeipſum. Abſtrahitur enī ab vſu exteriorum ſenſuum: filii uomentis, abundans uomitu appellatur filius perſeuerātis vomitus hebræo more: ſicut dicitur filius nuptiarum filius iniquitatis. Repletam mentem ſuā reuelationibus diuinis per hoc ſignificat Salomon: itaq; ad inſtar abundantis uomitu cogitur proferre quæ collecto ſpiritu didicit, & in hoc aperitur ꝙ huiuſmodi reuelationes factę ſunt ei ad hoc ut manifeſtet illas ad dei gloriam & hominum utilitatem. Qualia autem ſint verba aperit ſubiungendo, prophetia. Appoſitiue.n. legendum eſt ſicut & ſequens particula, videlicet dictum uiri per mecum el, ne putares humana adinuentione aut ſpiritu diabolico prophetiam hanc eſſe, manifeſtat ꝙ prophetia hæc eſt dictum viri per mecum el: hoc eſt dictum uiri mei ipſius non ex me ſed per el mecum: hoc eſt per deum fortem mecum. Simile quid dixit apoſtolus gratia dei mecum. Et dicendo mecum, declarat ꝙ non per modum arrepticii habuit hanc prophetiam. Arrepti.n. a diabolo multa dicunt neſcientibus ipſis quid dicant loquente diabolo per os eorum, ad excludēdum inquam huiuſmodi modum dicit per el mecum. Aperit.n. ꝙ ipſe concurrit ad cooperandum deo. Iterando autem per mecum el, uel ſignificat pluribus vicibus deum ſibi reuelaſſe ſubiuncta, vna uice unum & alia aliud: uel ad ſequens uerbum (videlicet potero) refert. Et eſt ſenſus ꝙ per el mecum non ſolum præditus ſum prophetia, ſed per el mecum etiam potero ea quæ ſunt et morum & religionis factis comprobare. *Stultiſſimus ſum uirorum.* Iuxta hebræū habetur. *Quia ſtultior ego uiro.* Sic incipit tractatus huius capituli. Et quoniam in ſubiunctis nihil habetur ad quod referatur coniunctio quia: ideo ad præcedentia oportet eam referri. Et redditur ratio quare prædictis duobus donis (videlicet prophetiæ & facultatis bene operandi) donatus eſt. Redditur autem ratio ex diſpoſitione triplici ipſius Salomonis. Quarum prima eſt uirtus humilitatis explicata in agnitione & profeſſione hac, ſtultior ego uiro. Paulus apoſtolus ad phil. 2. manifeſtat humilitatis actū eſſe ſuperiores ſibi inuicem arbitrari. Talem humilitatis actum exercet Salomon dicendo, ſtultior ego uiro. Præfert enī alios ſibi. Nec mentitur quoniam non eſt ſermo de ſtultitia quæ eſt uitium: nec de ſtultitia quæ eſt defectus naturalis ingenii: ſed de ſtultitia ut negatiue opponitur ſapientiæ humane, & eſt ſenſus quia ego quātū eſt ex parte mei ſtultior ſum, ſtultiorem me agnoſco & profiteor uiro: hoc eſt viris ſecundum cōmunem curſum. Quemadmodū.n. penſans uires proprias ex ſeipſo et alienas ſecūdum donum dei agnoſcit ſe infirmiorem cęteris: & bonitatem propriam penſans ex, ſe agnoſcit reliquos meliores ſe, ita rationis proprie uſum penſans ex ſeipſo agnoſcit ſe ſtultiorem aliis. Reddit itaq; rationem dictorum donorum in ſe ex propria humilitate dicendo, ſtultior ego uiro. Deus enim dat gratiam hominibus. *Et ſapientia hominum non eſt mecū: non didici ſapientiam.* Iuxta hebræum habetur. *Et non intelligentia hominis mihi, & non didici ſapientiam.*

Secunda

Marginal notes:

Expoſitio abenezra.

Quare ſpālis titulus apponiť reliquis quæ ſequuntur.

Ro. 12. et. 15.

Quō uiri ſancti nō mētiantur dicentes ſe cæteris nequiores.

Iacob. 4.

Secunda ratio dictorum redditur,ex parte intellectus. Virtus.n.humilitatis eſt in uoluntate:
& propterea primæ rationi ex parte uoluntatis,adiungit rationem ex parte intellectus:tum
quo ad negationem intelligentię humanę , tum quo ad negationem diſciplinę relatiue ad
ſapientiam humanam. Duo ſunt modi humanæ ſcientiæ,Alter diſcendo a doctoribus uer- Duo modi hũanæ ſciæ.
bo uel ſcripto,& hic excluditur dicendo & non didici ſapientiam. Alter inueniendo ex na-
turali intellectus lumine,& hic excluditur dicendo,& nõ intelligentia hominis mihi. Eſſe
autem hanc rationem diuinorum donorum teſtatur dominus in euangelio,cõfiteor tibi pa
ter quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus. *Et noui ſcientiam ſanctorum.* Iuxta he- Math,11.
bræum habetur. *Et ſcientiam ſanctorum ſciam.* Tertia eſt hæc ratio dictorum donorum. Et eſt
ſenſus,quia ſtudeo perſeueranter ad ſciendum ſcientiam,tum ſanctorum hominum,tum
rerum ſanctarum,quales ſunt reuelatę & mãdatæ in lege dei. Par eſt.n.ut humilibus & nõ
fultis humana ſapientia:ſtudioſis autem erga ſancta,deus det gratias prophetiæ & bonorũ
operum ad cõfundendum ſapientes huius mũdi,ut Paulus ſcripſit corinthiis. Incipit autem
manifeſtare materiam ſcientiæ ſanctorum,ſubiungens. *Quis aſcendit in cœlum atq; deſcendit?* 1.Cor.1.
Parui refert ꝙ hebraicæ non habetur in celum,ſed ſine præpoſitione. *Cœlos.* Nec admira
tiue uel interrogatiue ſumitur quis,ſed enuntiatiue,quemadmodum ſumitur cum dicimus
indicabo tibi quis ille eſt qui fecit hoc. Hunc.n.eſſe germanum ſenſum omnium ſubiun-
ctorum manifeſtat particula in calce ſubiuncta ut ibi patebit. Supponit autem pro deo rela
tiuum quis:& eſt ſenſus,quis ad inſtar aſcendentis coelos & deſcendentis eos inſtituit. Vidi
mus.n.aſtra(hoc eſt ſolem lunam & ſtellas)aſcendere ab oriente ad meridiem,& deſcende
re a meridie ad occidens. Et propterea deus inſtitutor & primus motor deſcribitur tãquam
aſcenderit cœlos & deſcenderit,& uerificatur in motibus aſtrorum. Quãuis.n. deus in ſe- Quo deus aſcenderit
ipſo non aſcenderit coelos & deſcenderit,in effectibus tamen ſuis celeſtibus a prĩcipio mũ cœlos.
di aſcendit cœlos & deſcendit:& propterea uerbis præteriti temporis utitur Salomon di-
cendo,quis aſcendit cœlos & deſcendit. *Quis continuit ſpiritum in manibus ſuis.* Iuxta hebręum
habetur. *Quis collegit uentum in pugillis ſuis?* Poſt effectus dei in cœlis , ſubiungitur effectus
dei in aęre. Gradatim.n.deſcendit ſermo iſte,& deus ſimiliter ſupponit dicendo:quis col-
legit ventum. Plena ſiquidem poteſtas diſponendi de elemento aeris inſinuatur methapho-
ricæ per actionem colligentem ventos in propriis pupillis. In deo.n.nulla membra corpo
rea ſunt ſed methaphoricæ attribuuntur hæc deo ad ſignificandum aliquid ſimile non in
ipſo deo,ſed in effectu. Quemadmodum.n.colligens aliquod recondit in pugillo ſuo &
ſe longe excellentiorem collecta re & minimũ quid rem collectam eſſe (vtpote concluſam
pugillo)& plenum dominium diſponendi de re illa manifeſtat:ita deus deſcribitur inſtar
colligentis ventũ in pugillis ſuis. *Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento.* Interpręs addidit quaſi.
Ab aęre deſcẽdit ad aquas,& deus ſupponitur per relatiuum quis,& ad inſtar ligãtis aquas
in veſte ſeu panno deſcribitur inſtituiſſe generationem aquarum . Nam quemadmodum
aquę ligata in panno ſic continentur ꝙ effluunt, ita & aquæ, tum pluuiales generantur tan
quam fluentes ex nubibus,tum aquæ fluminum generantur ex intimis montium tanquam
ex illis effluentes. *Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ.* Dictio interprætata ſuſcitauit ſonat. *Ele-
uauit.* Ad terram poſtremo deſcẽdit,vt omnes uniuerſi corporei primas partes complecta-
tur. Et deus ſignificatur eleuans terram ſuper aquas prout ſcriptum eſt in principio geneſis.
Congregentur aque in locum vnum & appareat arida. Hoc.n.factum eſt eleuando quaſ-
dam partes terræ ad hoc vt eſſent excelſiores aquis. Iſte.n.excelſiores partes appellantur ter-
mini terræ:quia ſeparant aridam a maribus. *Quod nomen eſt eius.* Poſt propoſitum deum
vt actorem & gubernatorem uniuerſorum corporum,proponit nomen ipſius dei non ſecũ
dum ſeipſum(quia deus eſt innominabilis)ſed ſecundũ ꝙ innoteſcit & angelis,& homini
bus per reuelationem. Multipliciter.n.in ſacra ſcriptura ſic nominatur. *Et quod nomen filii eius ſi
noſti.* Iuxta hebræum habetur. *Et quod nomen filii eius quia ſcies.* Aduerte prudens lector &
pondera hæc ultima verba : videlicet quia ſcies,quoniam ex iſtis pendet ſenſus germanus
pręmiſſorum. Eſt enĩ ſenſus quia ſcies iſta ſex:videlicet quis aſcendit cœlos & deſcendit,
quis collegit uentum , quis ligauit aquas,quis eleuauit terram,quod nomen eius, & quod
nomen filii eius. Scientia.n.ſanctorum dat ſcire hæc. Scies enĩ in ſcientia ſanctorum quod
deus eſt ille qui eſt actor & gubernator celeſtium & elementorum Et non errabis cum ne-
gantibus diuinam prouidentiam,cum negantibus creationem cœlorum & elementorum
a deo:ſcies quoq; qđ eſt nomen dei,qđ ſecundum veritatem conuenit illi,& nõ errabis cum Miſterium perſonarum
nominantibus deum,Iouem,Saturnum,Martem &c Scies demum myſterium plurium per in trinitate.
ſonarum in una diuina ſubſtantia. Nã ſcies nomen filii dei, & proculdubio nõ ficti ſed veri

filii dei,ac per hoc ſcies nomen patris & filii in deo. Filius.n.nequit intelligi ſine patre:ſcies
autem nomen filii eius:hoc eſt quæ ſunt nomina quæ vere conueniunt filio eius: puta ꝙ cō
ſubſtantialis patri,ꝙ eſt verus deus,ꝙ eſt ęqualis patri &c. Et non errabis cum negantibus
nomen conſubſtantialis,nomen dei,nomen ęqualis &c. Et ſi diligenter perſpexeris,vniuer
Quicquid in deo eſt,p ſa quæ dei ſunt in iſtis compræhendūtur. Nam in primis quatuor deus quatenus actor &
ſex adicta cōpræhēdi.ē gubernator,in quinto deus ſecundum eſſentiam:& in ſexto deus ſecundum myſterium tri-
nitatis ſignificatur cognoſcendus in ſcientia ſanctorum. *Omnis ſermo dei ignitus:clypeus eſt om-*
nibus ſperantibus in ſe. Iuxta hebræum habetur prima particula. *Omne dictum eloha purgatum.* De
ipſa ſanctorum ſcientia quæ diuinæ innitur reuelationi conſequentur ſubiungit, quantæ ſit
veritatis,ac efficaciæ,& ſufficientiæ,& authoritatis. Monſtrata.n.dictæ ſcientiæ materia,cō
ſequens fuit,ut monſtraret illius veritatem,& congruit ſententia hæc pſalmo canenti. Elo-
quia domini eloquia caſta,argentum igne examinatum,purgatum ſepties. Nominat autem
ps. 11. deum eloha:quia de deo quatenus legiſlator intendit dicere,ꝙ vniuerſa dicta a deo qui de-
dit legem populo Iſrael,ſunt tanquā purgata igne nihil ſcoriarum habentia ſed veritatem
puram retinentia:nec ſunt ſolummodo puræ veritatis,ſed ꝙ amplius eſt protegunt tanquā
ſcutum ſperantes omnes in deo. Et verificatur hęc protectio nō ſolum relatiue ad homines
aduerſantes,ſed etiam relatiue ad demones,ad quod manifeſtandum Ieſus Chriſtus nō alio
Math. 4. vſus eſt ſcuto aduerſus tentantem diabolum,q̄ ſacræ ſcripturæ eloquiis. Et Moyſes dixit fi-
Deut. 4. liis iſrael de diuina lege. Hic eſt intellectus & ſapientia veſtra corā populis. ¶ *Ne addas quic*
quam uerbis illius:& arguaris inueniariſq; mendax. Iuxta hebræum habetur. *Non addes ſuper uerbis eius:*
ne quando arguet te & eris mentitus. Ecce ſufficientia legis cum authoritate. Sufficientia.n.ſignifica
tur prohibendo additionem. Ideo.n.non eſt addendum quia ſufficiunt dicta dei. Et hæc ra-
tio tenet ſe ex parte dictorum dei:altera autem tenet ſe ex crimine addentis,& explicite ſcri-
bitur dicendo,ne quando deus increpet te & eris mentitus:hoc eſt,& conuincat te in crimi-
ne mendacii:vere nanq; mentitur qui dictis ſacræ ſcripturæ addit:quia illa quę addit publi
Quare mentiſ qui ad- cat nomine dei(hoc eſt tanquā dicta a deo) quum tamen deus non dixerit illa. *Duo rogaui te*
dit verbis ſacræ ſcrip. *ne deneges mihi antequam moriar.* Sententia redditur,nec ſaltat Salomon,ſed poſtquā docuit qua
lis ſecundum partem intellectiuam eſſe debet ſtudioſus in lege domini,conſequenter mani
feſtat qualis debet eſſe ſecundum partem appetitiuam:in perſona ſiquidem huiuſmodi viri
manifeſtat appetitum ex petitione. Poſtulatio.n.īterpræs eſt appetitus. Fatetur autem ſe po
Poſtulatio interpres eſt ſtulaſſe a deo duo quæ ſubiunguntur:poſtulaſſe autem non ad menſem autem ad annum
appetitus. ſed ad vniuerſum tempus vitæ ſuæ Hoc.n ſignificatur dicendo,ne deneges mihi antequā
moriar,qđ clarius ſonant hebraica. *Non prohibeas a me priuſquam moriar.* Hoc eſt donec uiuam.
¶ *Vanitatē & uerba mendacii longe fac a me: mēdicitatē & diuitias ne dederis mihi.* Dictio interp̄tata vanitatē
ſonat. *Falſitatē.* Et dictio īterp̄tata mendicitatē ſonat. *Paupertatē.* Ecce duo deſiderata & po
Duo deſiderata a Salo- ſtulata, primū excludit uitium fictiōis tam facto q̄ uerbo,facto quidem dicendo falſitatem:
mone. uerbo autem dicendo & verba mendacii,ſcđm aūt ſpectat ad rectū ſtatum ſcđm opes exclu
dendo ſtatus extremos ambos (videlicet paupertatis & diuitiarum)& poſtulando ſtatū mediū.
Tribue tamen uictui meo neceſſaria. Iuxta hebræum habetur. *Ale me pane ſtatuti mei.* Hoc eſt ale me
cibo congruo mihi ſecundum ſtatum meum. Et hoc adiunctum eſt ad integritatem ſecūdę
petitionis. *Ne forte ſaciatus illiciar ad negandum:& dicam quis eſt dominus.* Rationem reddit quare pe
tit negationem diuitiarum , ex hoc ꝙ ſatur opum euaneſcit, & tam inſolens fit ut mentiať
(hoc eſt ut peccet facile)& paulatim deducitur ad dicendum quis iehouah , hoc eſt ad bla-
ſphemandum deum ad non cognoſcendum ſummum deum. Hæc.n.vitia parit opulentia.
Vitia quę parit opulen Dictio interpraetata illiciar ad negandum ſonat. *Et mentiar.* Quo uocabulo utuntur hebręi
tia. ad ſignificandum tranſgreſſionem diuinorum mandatorum. *Aut egeſtate compulſus furer:& per-*
iurem nomen dei mei. Iuxta hebræum habetur. *Et ne quando efficiar pauper & furabor:& aſſumam nomen*
eloha mei. Rationem reddit quare poſtulauit negationem paupertatis,ex duplici ſimiliter cri
mine,videlicet ne paupertas ducat eum ad furandum:& poſtea ad periurium negādo ſe ac
cepiſſe rem alienam. Hæc.n.vitia parit paupertas. Et in iſtis perſpice prudens lector,q̄ re-
ctus ſit appetitus iſte,q̄ recta ſit oratio iſta:horrens tam paupertatem quam diuitias,propter
Vitia paupertati. pericula , cum peccandi,tum offendendi directe deum. *Ne accuſes ſeruum ad dominum ſuum ne for*
te maledicat tibi & corruas. Parui refert ꝙ dictio interpraetata accuſes ſonat. *Deferes.* Et dictio
interp̄tata corruas ſonat. *Delinques ſeu Culpaueris.* Queſtio non diſſimulanda occurrit quor
Queſtio. ſum hæc quæ ſubiungunť documenta moralia tendūt hoc in loco ſub titulo prophetię. So
lutio mihi occurrens eſt,ꝙ deſcripto propheta ſtudioſo in ſcientia ſanctorum,tam ſecundum
Solutio. partem intellectiuam,q̄ ſecundum partem appetitiuam,incipit Salomon exercere prophe-
tæ officium

tę officium, & miſcet prophetica moralibus ut conſueuerunt prophetę: ut patet in Iſaia, Ie‑
remia, & Ezechiele. Vt diſcamus itaq; ad prophetæ offm̄ ſpectare nō ſolum uaticinari, ſed
etiam admonere de moralibus, multa ſubiūgit documenta moralia ſub prophetico titulo. Prophetæ officium.
Admonet itaq; ut non ſis delator verborum uel factorum ſerui apud dominum eius: & ra‑
tionem reddit, nequando ſeruus delatus maledicat tibi (hoc eſt maledica lingua utať aduer‑
ſus te dicendo te eſſe uirum malum, te feciſſe ſic & ſic) & inde delinques: hoc eſt tanquā de‑ Delatores culpabiles.
linquens habearis, ac in culpa reputeris ſeu īnoteſcas, & ſic malum reportes ex eo ꝙ delator
fuiſti. Et ꝗuis delatio ſerui nominetur, extenditur tamen documentum hoc ad delationem
cuiuſcūq;: eoq; ratio in litera reddita communis eſt omnibus delatis. Conſueuerunt .n. euo
mere mala quæ ſciunt eorum qui detulerūt, & quandoq; imputare illis mala quæ non fece
runt. *Generatio quæ patri ſuo maledicit: & quæ matri ſuæ non benedicit.* Quatuor gñationes hoīum ini‑ Quatuor hoīum ini‑
quorum ſubiungūtur. An aūt gñationis noīe ītelligatur genus (ut ſit ſenſus, gn̄s hoīum) vel quorum generationes.
natiuitatē (ut ſit ſenſus ꝙ a natiuitate ſunt tales: hoc eſt ꝙ naſcunť inclinati ad hmōi uitia)
certū nō eſt utriuſq; ſenſus capax eſt lr̄a: & uterq; in ſeipſo uerus eſt. Nā & inueniuntur hęc
quatuor genera iniquorum: & uerum eſt ꝙ multi naſcuntur inclinati ad huiuſmodi uitia
quemadmodū multi naſcuntur inclinati ad poęſim: multi ad agriculturam: multi ad mili‑
tiam &c. Ait itaq;, ꝙ inuenitur generatio hominum matri non benedicentium, & patri ma
ledicentium. *Generatio quæ ſibi munda uidetur: & tamen non eſt lota a ſordibus ſuis.* Sententia redditur.
Affirmatur .n. inueniri generationem hominum perſeuerantium in ſordibus peccatorum Secūda gñatio eſt mun‑
ſuorum, & tamen mundorum in propriis oculis, hoc eſt reputantium ſe mundos. Accidit dorū in propriis ocu‑
autem huiuſmodi cecitas: uel ex ignorantia ſordis, puta ſi reputaret furtum non eſſe pecca‑ lis, qd ex duplici cōtin‑
tum, & perſeueraret in furto, & iuxta hunc modum gentiles idolatræ erant mūdi in oculis git cauſa.
ſuis: & non loti a ſordibus idolatriæ. Vel ex ignorantia affectata: iuxta quem modum pri‑
mates iudeorum perſequentes Chriſtum erant mundi in oculis ſuis, & tamen in ſordibus.
Generatio cuius excelſi ſunt oculi: & palpebræ eius ſurrectæ ſunt. Poſt generationes impiorum & ceco‑
rum, generatio ſcribitur ſuperborum ex eleuatione oculorum ad celſiora quæ modum eius
excedunt, & ex eleuatione palpebrarum ne impediant intuitum. Superbi enim eleuantur ad
vtrūq;, videlicet ad tollendum impedimenta & ambiendum excelſa. *Generatio quæ pro dentibus
gladios habet, & cōmandit molaribus ſuis: ut comedat inopes de terra & pauperes ex hominibus.* Dictio interpræ‑
tata cōmandit, ſonat alteram gladiorum ſpeciem: & legendum eſt. *Et cultri molares eius.* Gene
ratio opprimentium pauperes quarto loco deſcribitur a dentibus ſcindentibus cibum tan‑
quam gladiis & a molaribus mandentibus officio neſcio quorum gladiorum, & forte ſigni
ficantur gladii conterentes carnes & herbas tanquam mandentes. Ambo itaq; officia den‑
tium (videlicet ſcindere & mandere) ad comedendum requiſita proculdubio ſignificantur,
& ad eorum inſtar oppreſſores pauperum, & ſcindunt, & mādunt res aliorum ad comeden
dum pauperes indigenas terræ, & miſellos ex quacūq; natione. *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes
affer affer.* Interpres addidit, dicentes. Hebraicæ .n. habetur. *Sanguiſugæ duæ filiæ da da.* Aua
ritia deſcribitur ad inſtar ſanguiſugæ cum duabus filiabus, quarum utraq; vocatur da, qa Duæ filiæ auaritiæ.
auaritia per ſeipſam ſugit res aliorum, tum fraude, tum ui, & preter hoc uendit tum iuſtitiā,
tum gratiam, & propterea ambe filiæ vocantur da, nam ſi uis iuſtitiam da, & ſi uis gratiam
da. *Tria ſunt inſatiabilia, & quartum quod nunquam dicit ſufficit.* Iuxta hebræum habetur. *Tria ipſa non
ſaturabuntur: quatuor non dixerunt diuitiæ.* Sic iacet in hebræo. Nō enim ſcribitur quartum, ſed qua
tuor ad nullum inter iſta ſubiuncta ſignificādum ordinem. Quartum .n. nomen eſt ordinis
numeralis, quatuor aūt nomen eſt numeri abſq; ordine. Et eſt ſenſus ꝙ gn̄a eorum quæ iun
cta præmiſſis tribus ſurgunt in quatuor. Q̄d aūt ſubiungitur nō dixerūt diuitię methapho
ra eſt ſignificans ꝙ hæc poſtremo loco ſupputata, quātūcūq; habeant & abundent, nunquā
dicunt diuitiæ: nunquā ad inſtar diuitum ſe agnoſcunt, ſed ſemper minus habentes profitē
tur. *Infernus & os uuluæ & terra quæ non ſatiatur aquis: ignis uero non dicit ſufficit.* Iuxta hebræum habe
tur. *Fouea & ſtringens vuluam: terra non ſatiata aquis: & ignis non dixit diuitiæ.* De fouea ſepulchri eſt
ſermo: & eſt ſenſus ꝙ mors nunquam ſatiatur: ſtringens vero vuluam mulier ſterilis appel
latur, eo ꝙ vulua (id eſt matrix) eius nunquā dilatatur cōcipiendo prolem: ad differentiam
ſiquidem fecundarum vuluarum quū plene ſunt in mulieribus grauidis dicitur, quia natura
liter non appetunt concubitum: ſed ſunt quēadmodum ſtomachus plenus cibo ut phyſici
tradunt. Terra uero non ſatiata aquis, ipſum elementum terræ ſignificat, ꝙ ſi omnibus
mundi aquis tegeretur non ſatiaretur aquis, quia ſemper remanerent multæ partes eius ari‑
dæ. De igne autem manifeſtum eſt ꝙ nunquā dicit diuitiæ quantacūq; apponantur combu
ſtibilia. Sed quia hæc ut ſonant nec prophetica nec moralia ſunt, oportet myſtice dicta eſſe

Memoria mortis.

Memoria inferni.

Memoria inſatiabilis, appetitus rei odibilis, vnde ſibi correſpondeāt hæc quatuor nā memoria mortis extinguit appetitũ delectabiliũ, memoria inferni extinguit appetitus odibilium.

Et ſepulchrum quidem inſatiabile morale ad cõmemorandum homini ut meminerint ſe
mortalem eſſe & memorādo nouiſſima ſua nõ peccet. Ignis aũt ſimilitudinẽ ingerit gehen
næ infernalis. Illa enim nunquã dicit diuitiæ quantacũq; ſit multitudo dãnatorum. Duo au
tem media (videlicet ſterilis vulua & terra relata ad aquas) duo inſatiabilia uitia ſignificãt.
Vulua n. ſterilis delectationem præcipue veneream figurat (inſatiabilis quidem eſt appeti
tus delectabilis) & poeta ſcribit, laſſata quidem ſed non ſatiata receſſit. Terra demum odii
vitium ſignificat. Quãuis. n. appetitus uindictæ menſuram habeat, odium tamen inſatiabi
le eſt modo atq; menſura omni carens. Et quãtũcunq; ſæuiat, adhuc appetit ſæuire, nec mul
titudine nec magnitudine dãnorum & malorum eius contra quem eſt odium expletur.
Oculum qui ſubſannat patrem & deſpicit partum matris ſuæ: effodiant eum corui de torrentibus & comedent eum filii aquilæ. Dictio interpraetata partum ſonat. *Rugas.* Mater. n. in ſenectute deſcribitur p ru
gas faciei. Superius generatio introducta eſt maledicentium patri & matri, modo deſcribi
tur pœna minoris offenſę in parentes, videlicet offenſę quę fit ſolo ſigno oculi: ut ex pœna
minoris criminis penſemus pœnam maioris, quę fit maledicendo parentibus. Et intelligen
da eſt pœna hæc ſecundum meritum, hoc eſt ꝙ meretur ut corui effodiant oculum &c.
Tria ſunt difficilia mihi: & quartum quod penitus ignoro. Iuxta hebræum habetur. *Tria ipſa fuerunt ſeparata a me: & quatuor non noui ea.* Senſus eſt, ꝙ fuerunt mirabilia pluſquam ego inueſtigare potui, ꝙ
fuerunt mirabilia ſupra uires intelligentiæ meæ. Dictionem autem quatuor intellige ut ſu
pra. *Viam aquilæ in cælo, uiam colubri ſuper petram, uiam nauis in medio mari: & uiam uiri in adoleſcentia.* Par
ui refert ꝙ dictio interpraetata medio ſonat. *Corde.* Et legendum eſt. *In corde maris.* Sed
multum refert ꝙ dictio interpretata adoleſcentia ſonat. *Abſcondita.* Et eſt ablatiuus fœmi
nini generis. Dictio. n. hæbraica eſt halma, ex proprietate uocabuli ſignificat mulierem ab
ſconditam. Aduerte hic prudens lector tria, primum ꝙ non eſt in hac parabola ſermo de
via pro tempore quo aquila uolat quo ſerpens graditur &c. ſed de uia poſt uolationem aqui
le, poſt greſſum colubri, poſt tranſitum nauis, poſt concubitum viri cum abſcondita. Nam
cum actualiter aquila volat uidemus uiam qua uolat: & quum actualiter coluber graditẽ ſu
per petram videmus uiam per quã graditur, & ſimiliter uidemus uiam nauis cum actualiter
nauigat, & nota eſt uia concubitus cum actualiter uir coit cum halma, ſed poſt factum nul
la iſtarum uiarum apparet, quia nullum relinquitur ueſtigium in aere, in petra, in mari, & in
halma. Secundo ꝙ iuxta literalem ſenſum uia aquile, uia colubri, & uia nauis afferuntur p
pter quartum, ut ex ſimilitudine trium uiarum poſt factum admirabilium, intelligamus pe
nitus ignotam uiam quartam. Tertio ꝙ halma ſeu abſcõdita hoc in loco, ſupponit pro mu
liere non virgine ſed prius corrupta. Nam via in virgine non remanet ignota poſt concubi
tum, ex hoc. n. ꝙ abſtulit ſignaculum uirginitatis reliquit unde poſt factum cognoſcatẽ, ſed
ſi mulier erat prius corrupta nullum relinquitur in uia veſtigium quo cognoſcatur concu
bitus poſt factum, nam in pudibundo mulieris nihil penitus apparet teſtificans concubitũ
factum. Quod autem ſit ad literam ſermo de uia concubitus, teſtatur ſubiuncta clauſula.
¶ *Talis eſt uia mulieris adulteræ: quæ comedit & tergit os ſuum & dicit non ſum operata malum.* Parui refert ꝙ
dictio interpraetata talis ſonat. *Sic.* Et dictio interpraetata tergit ſonat. *Terſit.* Et dictio
interpraetata dicit ſonat. *Dicet.* Et dictio interpraetata malũ ſonat. *Iniquitatẽ.* Dicendo itaq;
ſic uia mulieris adultere, inſinuat ꝙ de uia concubitus in halma fuerat ſermo. Vere. n. ſic eſt
via mulieris adultere, ſicut eſt uia concubitus in halma non virgine. Neutrius. n. uia habet
vnde noſcatur. Meminit autem mulieris ſub nomine abſconditæ, ad inſinuandum ꝙ de cõ
cubitu clandeſtino loquitur. Et intendit per hæc declarare innumerabiles concubitus occul
tos tam cum nuptis q̃ cum nuptis: & monere ꝙ niſi inueniantẽ in ipſo crimine non poſſunt
cognoſci huiuſmodi facta. Adiuncta quoq; uerba quę comedit & terſit os ſuum metha
phoricæ ſignificant quæ concubuit & terſit pudenda, ad inſtar eius qui poſtq̃ comedit terſit
os ſuum: & confiſa in nullo relicto veſtigio dicet non ſum operata iniquitatem frangendo
fidem viro meo. De clandeſtino. n. adulterio eſt ſermo. *Per tria mouetur terra: & quartum non põt ſuſtinere.* Iuxta hebræum habetur. *Sub tribus tremuit terra: & ſub quatuor non poterit ſufferre.* Intelli
ge quatuor ut ſupra. *Per ſeruum cum regnauerit: per ſtultum cum ſaturatus fuerit cibo, & per odioſam mulierem quam in matrimonio fuerit aſſumpta: & per ancillam quum fuerit hæres dominæ ſuæ.* Senſus redditur: ita tñ ꝙ
præpoſitio per transferatur in propoſitionem. *Sub.* Et dictio interpraetata ſtultum ſonat.
Ignominioſum. Parabola hæc quatuor diſſona, ſic ꝙ eorum quodlibet contra ſeipſum pugnat,
colligendo duo in viris & duo in mulieribus, notat. Seruum n. regnare pugnat contra ſeip
ſum, nam regno contrariatur conditio ſeruilis & econtra: & ideo non ſolum timet ſed trę
mit terra ſi ſeruus regnat. Similiter ignominia & opulentia ſibi inuicem aduerſantur quum

infamis

Infamis indignus ſit pane quo ueſcitur, & ſi diuitiis abundat, adeo effertur ut ĩtollerabilis ſit, & propterea & timent & tremunt alii eum. Mulier quoq; odioſa & cõiungium ſibi inuicẽ aduerſantur: quoniam ſi coniux eſt debet eſſe amabilis: & ſi odioſa eſt coniux, tremit domus ſub huiuſmodi monſtro. Nihil.n. pacis nihil boni expectat. His aũt oibus intollerabilius cenſetur quum ancilla, fuerit hæres domine ſuæ. Valde inter ſe pugnant eſſe ancillam & eē hæredem eius cuius eſt ancilla, & intollerabilius omnibus cenſetur ꝙ ſub ancilla ſint q̃ fuerũt ſub domina poſt mortem dominæ, & nihilominus uiuente domina ſi ancilla futura eſt hæres intollerabilis eſt: eoq; uſq; adeo ſuperbit & alii dedignantur ſeruire illi, ut terra ſufferre hoc non poſſit. Hic eſt ſenſus iuxta vocabulorum proprietatem: extenſo autem hæredis nomine ad ſurrogatum ſenſus eſt, ꝙ terra ſuſtinere non poteſt ancillam ſurrogatam dominę ſuæ. Longe.n. intollerabilius eſt hoc ꝙ eiecta domina ſuccedat ancilla in locum dominę. *Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus.* Parui refert ꝙ hebraicæ habetur. *Quatuor ipſa parua terræ: & ipſa ſapientia effecta ſapientia.* Dictio.n. hebraica poſtremo ſcripta ſonat effectos ſapientes, & eſt ſenſus, ꝙ iſta minuta terræ ſunt ſapientia non quomodocũq;, ſed ſic videlicet ꝙ ſunt effecta ſapientia: hoc eſt ſunt creata ſapientia nõ didicerunt aut inuenerũt ſapientiam, ſed inditam habent illam, & attribuitur animalibus irrationalibus ſapientia nõ proprie ſed ſecundum ſimilitudinem. Naturalis eorum induſtria appellatur ſapiẽtia q̃a naturaliter operantur ad inſtar ſapientum tanquã ſi ſaperent. *Formicæ populus infirmus qui præparat in meſſe cibum ſibi.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. *Formicæ populus non fortis: & præparauerunt in æſtate panem ſuum.* Formicæ pluralis eſt numeri, & appoſitiue deſcribũtur populus nõ fortis (hoc eſt multitudo abſq; fortitudine) ad explicandum ꝙ non ex fortitudine aut robore ſed ex naturali prudentia parat in ęſtate cibum ſuum. ℭ *Lepuſculus plebs inualida quæ collocat in petra cubile ſuum.* Iuxta hebræum habetur. *Cuniculi populus non robuſtus: & poſuerunt in petra domum ſuã.* Similiter cuniculi pluralis eſt numeri, & appoſitiue dicunẽ populus non robuſtus, q̃a multitudo eſt ſine robore carens armis quę natura multis animalibus dedit: nec corpore robuſti ſunt, & tamen tanquã ſi ſaperent habitant in cauernis. ℭ *Regem locuſta non habet: & egreditur vniuerſa per turmas ſuas.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et exiuit adunata omnis ipſa.* Si locuſtæ haberent regem attribueretur ducatui regis congregatio earum ad egrediendum ſimul: ſed carendo rege & cateruatim egrediendo demonſtrant naturalẽ inſtinctum ad adunationem in egreſſu ad eũdum alio. ℭ *Stellio manibus nititur: & moratur in ædibus regis.* Prima particula iuxta hebræum habetur. *Aranea in manibus capiet.* Dictio tamen interpræta aranea ĩterpræatari poteſt. *Simia.* Et hæc lectio nihil habet difficultatis in proprietate uocabulorum: quoniam ſimia manibus capit cibum & multa alia: & in palatiis regum ſunt. Si autem legitur aranea, uerificatur quidem ꝙ ipſa in ædibus regis eſt ſed non uerificatur propriæ ꝙ manibus capit vt patet. Methaphorice autem intelligi poſſunt manus inſtrumenta naturalia q̃bus utiẽ loco manũ. Tẽdit aũt uniuerſa hęc parabola ad moralia documenta: videlicet ut ex ſapientia formicaꝝ diſcamus præparare tp̃e ꝯgruo quæ neceſſaria ſunt nobis: ex ſapĩa vero cuniculoꝝ diſcamus habitare ſecuri, ex ſapĩa aũt locuſtaꝝ diſcamus uniri, ex ſapĩa demum ſimiarũ diſcamus modũ nobis ꝯgruũ aſſequẽdi dignitates. Simia.n. ex eo ꝙ manibus capit q̃d officiũ eſt ei congruũ & dignum ut ſpectetur, ad palatia regum trãſfertur. Et ſiĩr hõ operam dando decentibus cum officiis dignis ſpectaculo, aſſumitur ad dignitatẽs. Aranea ſi in exemplum admittitur, ſubtilitas operis eius ad perſpicaciam & ad miranda opificia inuitat. Ex his.n penetrant multi palatia regum. ℭ *Tria ſunt quæ bene gradiuntur & quartum quod incedit feliciter.* Iuxta hebræum habetur. *Tria ipſa boni inceſſus: & quatuor bonæ deambulationis. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum.* Parui refert ꝙ ſecunda particula iuxta hebræum habetur. *Et non reuertetur a facie omnium.* Nec proprie dicitur leo fortiſſimus beſtiarum: ſed leo potẽs in beſtia hoc eſt potens inter beſtias. ℭ *Gallus ſuccinctus lumbos.* Iuxta hebræum habetur. *Leporarius lũborum.* Recole ꝙ nominum propriorum notitia apud hebræos periit maxima ex parte: & non miraberis dictionem interpræatam leporarium uarie interpræatari. Canis itaq; leporarius ex lumbis habilis ad incedendum ſecundo loco ſcribitur. *Et aries.* Iuxta hebræum habetur. *Et hircus.* Vbi ſcito ꝙ dictio ĩterpræata &, proprie ſonat uel, ſed hic ſicut & alibi creditur ſonare &, quia aliter non inueniuntur quatuor a Salomone propoſita, ſed tria dũtaxat quoniam diſiunctiua pro una ſupputatur. Itaq; ſecundo loco collocaretur leporarius lumborum uel hircus, ac per hoc non inuenirentur quatuor propoſita. *Nec eſt rex qui reſiſtat ei.* Iuxta hebræum habetur. *Et regem non leuare cum eo.* Hoc eſt quartum, & hebræi intelligunt per hæc quatuor prophetari quatuor regna tanquã monarchias: videlicet Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum. Et Romanorum, & Aſſyriorum quidem regnum figuratur per leonẽ:

Quatuor animalia moraliter imitanda.

dicente Ieremia cap. 4. de rege aſſyriorum, aſcendit leo de cubili &c. bene ſiquidem inceſſit humiliando reges & regna, & tanquã leo a nullius facie fugiens uſq; ad regnum Perſarum figuratum per canem leporarium agilem. Cepit.n. Aſſyriorum regnum accinctus armis quaſi venator rex Perſarum cyrus, qui a cane nomen ſortitus dicitur. Et quia utroq; longe ſuperior fuit rex græcorum Alexander magnus, ideo cum exclamatione tertium introducitur o hirce. Teſtatur.n. Daniel ca. 8. per hircum ſignificari regem græcorum qui percuſſit regem Perſarum. Romanorum demum monarchia deſcribitur dicendo, & regẽ non leuare cum eo. Impatiens ſiquidem regis roma vſq; adeo fuit, ut nec Iulio Cæſari regium titulum appetenti conſenſerit. Monarchia ergo ſine rege deſcribitur romana, & de eadem dicuntur ſubiuncta omnia in hoc capitulo. *Et qui ſtultus apparuerit poſtquam eleuatus eſt in ſublime. Si.n. intellexiſſet ori impoſuiſſet manum.* Iuxta hebræum habetur. *Si viluiſti quum exaltatus es: & ſi non conſideraſti manum ad os.* Apoſtrophat ad monarchiam romanam: prophetans ꝙ tunc uileſcet quando erit exaltata, imo ut hebræa ſonant in eſſe exaltatam uileſcet. Et uere ſic fuit quoniã tunc uiluit ſenatus populuſq; romanus immo cecidit, quando Cęſares dominati ſunt. Et propterea interrogatione ſubditur ſi conſideraſti manum ad os? manus ad os, exequutio eſt ad imperium oris: itaq; quicquid dicit fit, & per hoc deſcribitur officium dictatoris: cui conferebatur ſumma poteſtas ut quicquid diceret fieret. Et quia officium hoc occaſio fuit ut roma perderet libertatem (uſurpante ſibi Iulio Cæſare dictaturam perpetuam: ac vrbis & conſequentur orbis dominium) ideo dicitur, nunquid conſideraſti manum ad os. *qui autem premit fortiter ubera ad eliciendum lac exprimit butyrũ: & qui uehementer emulget elicit ſanguinẽ: & qui prouocat iras producit diſcordias.* Iuxta hebræũ hr̃. *Quia emulſio lactis proferet butyrum, & emulſio naſi proferet ſanguinẽ, & emulſio furorũ proferet litẽ.* Cõiunctio quia manifeſtat rõn reddi ꝑmiſſoꝝ. Rõ ſi quidẽ quare Roma & viluit & cecidit a libertate, fuit dictatura, & quoniã dictatura boni quãdoq; effectus fuit & quandoq; mali, ideo affertur una eadẽq; actio proferens quandoq; bonum & quandoq; malum. emulſio ſiquidem lactis inuenitur proferens bonum puta butyrum. Ex emulſo.n. lacte reſultat butyrum: rurſus emulſio inuenitur effectrix mali: nã emulſio naſi profert ſanguinem. Et hinc tertio loco applicat ad propoſitum dicendo, ꝙ emulſio furorum profert litem. Ad literam.n. emulſio furorum Cæſaris & Pompei protulit litem quam oportuit bello dirimere cum iactura romane libertatis.

Aliis tamen dictionibus vtitur Daniel.

Romã tunc viluit cum exaltata fuit.

Quare Roma euiluerit.

CAP. XXXI.

V*Erba lamuelis regis.* Latine declinauit interpres dictionem lamuel Titulus ſubiũctorum eſt iſte, & lemuel nomen eſt proprium intellectum ut ſonat: videlicet ſcriptum per u in penultima ſyllaba: ſecus autem ſi in ſyllaba penultima ſcribatur nõ u ſed o, ut legatur lemoel ſeu ut infra legitur lamoel. Aiunt.n. hebræi ꝙ lamuel nullius eſt ſignificatiõis niſi ſit nomẽ propriũ: lamoel vero ſeu lemoel dictio eſt cõpoſita ex tribus, prępoſitione, pnomine, & nomine dei: nam el eſt nomen dei: & ſignificatur in ipſo el: & quoniam inferius loquens mater non repetit lemuel, ſed nominat filium lamoel, ideo hebręi intelligunt corruptam dictionem lemuel declarari & quaſi corrigi per ſubiuncta matris verba: ut intelligamus ꝙ Salomõn nominat ſeipſum in tertia perſona dicendo, in ipſo el. Quemadmodũ in principio præcedentis capitulis dixerat in prima perſona, per mecum el. Apponit aũt regis, ad manifeſtandum ꝙ ſeipſum deſcribit & manifeſtatur per hunc titulum ꝙ verba ſubiuncta ſunt a Salomone ſcripta tempore quo erat gratus deo, ad differẽtiam temporis quo deprauatum eſt cor eius & receſſit a deo. ¶ V*iſio qua erudiuit eum mater ſua.* Dictio interpratata viſio ſonat. *Prophetis.* Duo aperiuntur hic, alterum ꝙ ſubiuncta uerba licet ſint ſcripta a Salomone, non ſunt tamen Salomonis niſi recitatiue, ſed ſunt uerba matris eius. Alterum ꝙ huiuſmodi uerba materna ſunt prophetica, non prænuntiando futura ſed ad eruditionem filii. Ex hoc.n. ꝙ dicit propheria qua erudiuit eum, reſtringitur prophetia in prophetiã eruditionis. Et inſinuatur per hoc ꝙ huiuſmodi documenta ſunt diuinitus reuelata, & eſt ſenſus, prophetia, hoc eſt reuelata doctrina qua erudiuit eum matėr ſua, & dicitur hoc ad manifeſtandum authoritatem diuinam in ſubiunctis documentis ne authoritas mulieris uileſcat. Nec propter hunc titulum oportet fateri matrem Salomonis habuiſſe reuelationem ꝓpheticam immediate a deo, quoniam cum veritate huius tituli ſtat ꝙ mater eius didicerit hæc a Nathan propheta qui curam gerebat Salomonis. Nathan n. docebat Berſabeæ ut inſtrueret filium ab ætate tenera repetẽda crebro huiuſmodi documenta. Hic.n. modus rationi cõſentaneus eſt. ¶ *quid dilecte mi, quid dilecte uteri mei & quid dilecte uotorum meorum.* Dictio interpratata

dilecte

dilecte, ſemper ſonat fili, & deficit coniunctio & bis: videlicet ante ſecundum & ante tertium quid. Sine verbo autem ſcribit̃ tota oratio. Ex eo tamẽ ꝙ hoc eſt initium eruditiõis, nõ ſunt verba arguentis ſed excitantis ad attentionem. Propterea.n. toties repetit quid, ut puer atten to animo audiat quid mater dicet. Subauditur.n. uerbum dico, & primo blande vocat eum fili mi, deinde blandius fili uteri mei, affectum carnalem ex naturali generatione exprimens, & demum blandiſſime fili uototum meorum, hoc eſt tot uotis deſideratus ut non iis minus deſideriorum meorum filius q̄ vteri mei, rurſus fili uotorum meorum, hoc eſt ſecundum uota mea: ſatians omnia uota mea. *Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam.* Dictio interpretata ſubſtantiam, poteſt & melius interpraetari. *Robur.* In partes quinq; diſtinguñt documenta hęc materna. Primum.n. inſtruit filium circa uſum uenereorum, & legendo ſubſtãtiam inſtruit eum ne det opes ſuas mulieribus, ne tanto redeat amore mulierum ut det eis opes ſuas, ſed quia non eſt timendum ꝙ rex conſumat opes ſuas in mulieribus, rectius legitur robur tuum, metuendum etiam ſi quidem regi eſt ne frequentia coitus tollat robur eius perſonale, ſub primo itaq; documento immoderatus uſus uenereorum prohibetur. *Et diuitias tuas ad delendos reges.* Iuxta hebraeum habetur. *Et vias tuas ad exturbandum reges.* Secundum documentum ad moderandum bella bellorumq; cauſas tollendum tendit. Monet enim vt non applicet vias ſuas (hoc eſt ſtudia & opera) ad exturbandos reges quod fit, tum bellis offenſiuis, tum procurando ſeditiones uel proditiones in aliorum regnis. Et ſub hoc mandato inhibetur immoderatus appetitus regnandi in alienis regnis. ¶ *Noli regibus o lamuel noli regibus dare uinum: quia nullum ſecretum eſt ubi regnat aebrietas.* Iuxta hebraeum habetur. *Non regum lamoel non regum bibere uinum: & ducum ubi ſicera.* Sic iacet in hebraeo, mutato caſu datiuo in genitiuum. Sententia huius tertii documenti clara eſt, videlicet ꝙ regibus non congruit bibere uinum: & duces non decet inquirere loca in quibus eſt inębriatiuum bonum. Nec inhibetur vſus vini ſed ĩmoderatus tam vini q̄ ſicere uſus, & ut rectius loquar ĩhibetur delectari in potu uini & cuiuſcũq; inębriatiui. Delectatio.n. in uino facillime ducit ad immoderatum potũ omnes homines, & tanto facilius reges ac principes quibus optima uina adſunt, & qui non timent repraehendi. Significanter autem utitur nomine lamoel, ut intelligamus inſtructionem hanc dirigi ad eum cum quo eſt deus, ad timentem & amantem deum: & non ad Alexandrum magnum non ad Tyberium Caeſarem, & eorum imitatores in bibendo. *Ne forte bibat & obliuiſcatur iudiciorum: & mutet cauſam filiorum pauperis.* Dictio interpraetata iudiciorum ſonat. *Statuti.* Et ſecunda particula iuxta hebraeum habetur. *Et mutet iudicium omnium filiorum afflictionis.* Vltra peccatum intemperãtiae periculum adiungitur peccati iniuſtitiae, immoderatus ſiquidem uini potus perturbat internas uires phantaſiae & memoriae: & ideo facile eſt occaſio obliuionis ſcriptorum iurium: & facile abducit hominem a diſcernenda veritate: & trahit eũ ad dicendum & faciendum ea ad quae impetu ſpiritus inclinatur, & propterea facile mutat iudicium afflictorum. Quãuis.n. non inębrientur efficiuntur tamen lętiores, & diſtrahunt̃ a ponderato uſu rationis. Et propterea labuntur ad dicendum & faciendum quae non facerent & dicerent ex integro ſobrii. ¶ *Date ſiceram moerentibus & uinũ iis qui amaro ſunt animo.* Dictio interpraetata moerentibus ſonat. *Pereunti.* Dixerat uinum dedecere reges quia redundat in publicum damnum. Quo contra dicit uinum fore medicinam pereuntium & eorum qui amaro ſunt animo. Potus enim ĩmoderatus regi moderatus eſt amaritudine animi oppreſſis. Iſti enim egent potu uini quantum appetunt, regibus autem non congruit bibere quantum volunt. Datur enim iſtis abundas vinum tanquam medicina. Nominantur vero afflicti amaritudine animi in genere & pereuntes (hoc eſt dãnati ad mortem) in ſpecie. Sunt.n. & ipſi amariſſimo animo. *Bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuae: & doloris ſui non recordentur amplius.* Dictio interpraetata doloris ſonat. *Laboris.* Obliuio quae oritur ex foecundis calicibus nociua monſtrata eſt in principibus. Quo contra in amaris animo declaratur ipſa obliuio utilis quia poti obliuiſcuntur malorum propriorum: videlicet ęgeſtatis & laboris hoc eſt malorum tam in perſona q̄ in rebus. Labor.n. ad perſonam: aegeſtas vero ad res pertinet. Ex his.n. duobus vel eorum altero ſurgit amaritudo animi, & utile eſt vt non perſeuerent in huiuſmodi amaritudine, quod efficit plenior vini potus tollẽdo a memoria ꝑpeſſa mala: & propterea dicitur, & non recordentur amplius. ¶ *Aperi os tuum muto & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt.* Parui refert ꝙ dictio interpraetata cauſis ſonat. *Iudicium.* Nec interponitur coniunctio &, ſed praepoſitio ad. Quartũ documentum continens reddendum ius quibuſdam generibus perſonarum carentium patronis cauſarum ſuarum: & primũ ius peregrinorum ius intelligendum ac reddendum ſcribitur appellãdo peregrinum mutum: eoq; ſimilis eſt muto carens patrono cauſae, nec audens per ſeipſum in aliena patria quere-

Documentã materna in quinq; partes.

Quare principes ĩmoderate potant.

Periculum ex ĩmmoderato uini potu.

Quibus ſit medicina vinum immoderatum.

Amaris ãnimo vtilis obliuio.

las proferre. Ad explicandum.n.huiuſmodi mutum ſubiungit,ad iudicium omnium filiorum tranſitus. Tranſeuntes.n.peregrini manifeſte ſignificãtur:& monetur rex,aperi os tuũ muto,alloquere tu peregrinum mutum,& animæquiorem redde ad dicendnm cauſam ſuã ad hoc,ut facias iudicium omnium tranſeuntiũ. ¶ *Aperi os tuũ,decerne quod iuſtum eſt:& iudica inopem & pauperem.* Iuxta hebræum hr̃. *Aperi os tuum ad iudicandum iuſtitiam: & iudicium pauperis & miſelli.* Iudicio tranſeuntium adiungitur iudicium miſerabilium perſonarũ, pauperũ videlicet & pluſq̃ pauperum carentiũ patrociniis,& qui facile opprimuntur ab aduerſariis,& facile deſpiciuntur a iudicibus. ¶ *Aleph.* Ab hoc loco vſq; ad finem metra ſcribuntur & ordine alphabetico,ita ꝙ primus uerſus incipit a prima litera alphabeti hebræi quæ vocatur aleph: & ſecundus a ſecunda,& tertius a tertia &c. Et ad hunc ordinem inſinuandum interpres antiquus præpoſuit ſingulis verſibus literas alphabeti hebraici,quas non oportuiſſet præponere ſi verſus inciperent a literis alphabeti ordinate in latino ſicut incipiunt in hebræo. *Mulierem fortem quis inueniet?* Iuxta hebræum habetur. *Vxorem fortitudinis quis inueniet?* Non eſt hic ſermo de muliere in genere,ſed de vxore. Quintũ ſiquidem documentum maternũ circa vxorem Salomonis uerſatur. Deſcribit.n.partes vxoris in genere,ut diſcat filius quærere, & habere vxorem habentẽ ſubiunctas partes: vt vxores eius non vacent delitiis otioſe &c. ſed quelibet curam ſuæ familiæ habeat. Et ſit fortis & timens deum reliquaſq; ſubiunctas partes habeat. Et quoniam rara ſeu potius rariſſima inuenitur vxor talis (ſicut nec inuenitur orator a tullio deſcriptus) ideo inchoat dicendo, vxorem fortitudinis quis inueniet. Et eſt ſermo de fortitudine animi ad ſeruandam pudicitiam conſtanti animo, & de fortitudine operum congruentium matri familias. *Procul & de ultimis finibus terræ præcium eius.* Iuxta hebræum habetur. *Et longinquum a margaritis præcium eius.* Non ſolum difficultas inueniendi uxorem talem, ſed etiam præcioſitas talis vxoris ſimul cum elongatione deſcribitur: itaq; difficultati inueniendi additur elongatio diſtantiæ methaphorice. Res.n. quæ multum diſtant a nobis rariores ſunt apud nos. Et demum adiungitur præcioſitas ſuperans præcium gemmarum. ¶ *Beth. Confidit in ea cor uiri ſui & ſpoliis non indigebit.* Secunda particula iuxta hebræum habetur. *Et res familiaris non deficiet.* Dictio interprætata res familiaris vnica eſt,& circũloquuta per has duas dictiones. Partes vxoris fortis deſcribuntur inchoãdo a fiducia mariti in ea,quod eſt primum deſideratum ab vxore. Et ſignificanter nominat cor mariti,ad inſinuandum fiduciam ex intimo corde & nõ ſuperficialem dũtaxat. Et ꝓ hoc deſcribitur vxor exempta a zelotipia nec in pudicitia ſolũ,ſed ẽt in prouidẽtia vxoris deſcribitur confidens maritus ſubiungendo,& res familiaris non deficiet. ¶ *Gimel. Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ.* Præteriti temporis eſt verbum,& maſculini generis eſt pronomen ei. Et eſt ſenſus ꝙ marito ex corde confidenti in vxore vxor retribuit bonum & pudicitiæ & prouidentiæ,bonum autem purum non admixtum malo (quod eſt rariſſime virtutis) non vno menſe aut vno anno,ſed omnibus diebus vitæ ſuæ,maxima eſt hæc vxoris pars erga virum. ¶ *Daleth. Quæ fuit lanã & linum: & operata eſt conſilio manum ſuarum.* Secũda particula iuxta hebræum habetur. *Et fecit in voluntate manus ſuas.* Hoc eſt ex lana & lino fecit operari manus ſuas in voluntate. Hoc eſt ea quę voluit. Manus.n.ſuas appellat manus familiæ ſuæ ad opera lanæ & lini. Huiuſmodi.n.opera ad prouidentiam matris familias ſpectãt. ¶ *He. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum.* Iuxta hebræum habetur. *Fuit ſicut nauis mercatoris de longe adducet panem ſuum.* Prouidentia vxoris extenſa declaratur ad habendum neceſſaria advictum etiam a partibus remotis. Quum.n.non ſufficiunt ea quę in patria ſunt, oportet a remotis partibus habere. Et quoniam hoc commodius fit per naues propterea vxor prouidens a remotis aſſimilatur naui mercatoris quo ad hoc ꝙ a remotis faciet venire panem ſuum. ¶ *Vau. Et de nocte ſurrexit:deditq; predam domeſticis ſuis,& cibaria ancillis ſuis.* Iuxta hebreum habetur. *Et ſurrexit in adhuc nocte: & dedit cibum domui ſuæ & ſtatutum puellis ſuis.* Dictio interprætata cibum ſonare videtur carnes animalium ſilueſtriũ: operariis ſiquidem ituris ad labores diurnos ante lucem diſtribuit alimenta ne partem diei perdant: puellis autem etiã ante lucem ſtatuit quid quelibet operari debeat die illo. Vigilantia itaq; vxoris erga operarios & operarias deſcribitur. ¶ *Zain. Conſiderauit agrum & emit eum: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam.* Iuxta hebræum prima particula habetur. *Cogitauit agrum ſuum & accepit eum.* De agro occupato ab aliis uel inculto ex negligentia eſt ſermo dicendo,cogitauit agrum ſuum occupatum uel incultum,& accepit eum ab occupatoribus,vel accepit eum ad colendum,quemadmodum implantatam vineã plantauit ſumpto parto de fructu manuum ſuarum. ¶ *Heth. Accinxit fortitudine lumbos ſuos & roborauit bracchia ſua.* Quoniam ardua opera mulieri attribuerat (videlicet plantare vineam & reformare agrum) ideo deſcribit eam ad inſtar expediti quo

ad

Conditiones vxoris raro inuentæ.

Dictio heb.eſt nomẽ cõſonans longinquitatem ſeu diſtantia.

ad corpus, & robuſti quo ad brachia: dum dicitur accinxit fortitudine lumbos ſuos, nullã corporis partem ſubtrahens operibus fortitudinis, ſed & brachia quoq; ad ſimilia robuſta exhibuit, totam ſe dedit ad opera ardua relatiuæ ad mulieres. ¶ *Teth. Guſtauit & vidit quia bo-na eſt negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.* Superfluunt due dictiones, videlicet & vidit. Guſtauit n. ꝙ negociatio eius eſt bona, & propterea non extinguetur in nocte lucerna eius. Ad inſtar guſtantis incepit experiendo ſentire, ꝙ negociatio eius in prædictis exercitiis eſt bona, hoc eſt, vtilis, delectabilis, & honeſta, & propterea aſſidua fuit huiuſmodi officiis in nocte, itaq; lucerna eius tota nocte lucet ob crebras exercitationes domeſticas. ¶ *Iod ma-num ſuam miſit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fuſum.* Iuxta hebræum habetur. *Manus ſuas miſit ad vertibulum: & manus eius fulſerunt colum.* Quãuis arduis operam daret, minima tamen opera non eſt aſpernata. Hoc.n. ſignificatur per hoc ꝙ non eſt dedignata nere. ¶ *Caph Manũ ſuam aperuit inopi: & palmas ſuas extẽdit ad pauperẽ.* Opa miſericordia eius cõmẽdant. ¶ *Lamed. Nõ timebit domui ſue frigoribus niuis: oẽs .n. domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* Prouidentia circa ĩdumẽta domeſticoꝝ cõmendatur. ¶ *Mem Stragulatã veſtẽ fecit ſibi: byſſus quoq; & purpura indumentũ eius.* Superfluit quoq;: & vnica eſt dictio interpræta ſtragulatam veſtem. Nec dictio hebraica determinatur ad ſi-gnificandum veſtem, ſed ornamenta ſignificat. Eſt.n. numeri pluralis. Inſinuant autem ma-teriæ indumenti adiunctæ (videlicet byſſus quo ad linea, & purpura quo ad lanea) ſignifi-cari per illam dictionem ornamenta. Aiunt autem indefinite ſignificari ornamẽta perſone vel lecti, vel aulę. ¶ *Nun. Nobilis in portis vir eius: quando ſederit cum ſenatoribus terre.* Dictio interpræta-ta nobilis ſonat. *Cognitus.* Deſcribitur .n. ſpectatus inter ſenes terre ſedens in porta, quæ erat celebrior ciuitatis locus. Et in hoc commendatur prouidentia vxoris, ꝙ reddebat mari-tum ſic indutum, ꝙ erit ſpectatus inter alios. ¶ *Samech Sindonem fecit & vendidit: & cingulum tradi-dit chananeo.* Commendatur de tela venali: itaq; non ſolum fecit telam pro uſu domus, ſed etiam venalem cum cingulis ingenioſe elaboratis venditis mercatoribus. Dictio.n. ĩterprę-tata chananeo ſonat. *Mercatori.* Mercaturam .n. exercentes emebant hæc vehenda alio.

¶ *Hain. Fortitudo & decor indumentum eius & ridebit in die nouiſſimo.* Secũda particula iuxta hebræum habetur. *Et riſit ad diem poſterum.* De dotibus animi ſub ſpecie indumentorum eſt ſermo. Habitus enim fortitudinis medium tenentis inter audaciam & timorem deſcribitur indu-mentum eius, eoq; apparet in actibus ſuis fortis ſimul & decorum ſeruã, ſ modeſtiæ atq; au-thoritatis. Grauitatem.n. præſeferre non indecentem ſignificatur, & propterea ſubiungitur ꝙ riſit ad diem poſterum: hoc eſt egit ea quæ materia gaudii non penitentiæ forent poſtea.

Dotes aĩ boni vxoris.
Q uare fortitudo indumentum dicatur.

¶ *Pe. Os ſuum aperuit in ſapientia & lex clementiæ in lingua eius.* Dictio interpræta clementiæ ſonat. *Gratiæ.* Poſt virtutes totius, virtutes linguæ deſcribuntur duæ, ſapientia & gratia, illa ab in-tellectu, iſta a uoluntate proficiſcitur. Ad loquutionem exigente prudentia & nõ aliter ape-ruit os ſuum ad loquendum: & lex gratiæ (hoc eſt gratuito benefaciendi aliis) ſonat in lin-gua eius. Itaq; ex parte ſui mulier hęc gubernat linguam ſapientia, ex parte vero aliorum gubernat eandem lege gratiæ ad vtilitatem aliorum.

Duæ virtutes lingue in muliere.

¶ *Zaddi Conſiderauit ſemitas domus ſue, & panem ocioſa non comedit.* Dictio interpræta ocioſa ſonat. *Pigritiæ.* Aliena ſiquidem non ſo-lum ab ocio, ſed etiam a pigritudine deſcribitur. Sollicite ſiquidem ſpeculata eſt ſtudia ope-raq; familiæ ſuę, & nullum pigritię locum reliquit, nihil diſtulit prouidendum poſt cibum ſumptum. Prandium enim non retraxit eam a cura & opera.

Vxor bona non ocioſa & pigra.

¶ *Coph. Surrexerunt filii eius & beatiſſimam prædicauerunt eam: vir eius & laudauit eam:* Sæpe dictum eſt ꝙ hebræi carent ſuperlati-uo: quod tamen interpres appoſuit. Cõmendata mulier hactenus a propriis officiis, deſcri-bitur modo commendata a filiis, a marito, ut nihil ei deſit. ¶ *Res. Multæ filiæ congregauerunt di-uitias: & tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Iuxta hebræum habetur. *Multæ filiæ fecerunt fortitudinem: & tu aſcen-diſti ſuper oẽs ipſas.* Vox mariti & filioꝝ laudantium eam eſt hęc. Præferunt ſiquidẽ eã reliqs mulieribus alloquendo eã. Et qm̃ deſcriptio vxoris inceperat a fortitudine (dicendo vxorẽ fortitudinis quis ĩueniet) ideo laudaẽ relatiue ad al's mulieres quę fecerũt fortitudinẽ, hoc eſt ea quæ ſunt fortitudinis. Et vere dr̃ tu aſcendiſti ſup oẽs ipſas: quia ſi inueniẽ vxor hñs omnes prædictas conditiones, non habet parem & omnibus præeminet. ¶ *Sin. Fallax gra-tia & vana eſt pulchritudo, mulier timens dominum ipſa laudabitur.* Tacite obiectioni reſpondet quare inter laudes vxoris non ſupputauerit corpoream pulchritudinem & gratiam: hoc eſt venu-ſtatem qua gratioſæ appellantur uulgariter mulieres in oculis aliorum. Reſpõdet, inquam ex duplici capite, primum ex eo ꝙ tam gratia ꝗ pulchritudo ſunt bõa fallacia ac vana. De-inde quia vera laus conſiſtit relatiuæ ad deum in timore iehouah: relatiuæ vero ad homi-nes conſiſtit in operibus & non in pulchritudine, & propterea ſubiungit. ¶ *Thau. Date ei*

Q uare non laudat Salomon pulchritudinem vxoris.
Terra laus in quo conſiſtat.

de fructu manuum ſuarum: & laudent eam in portis opera eius. Retribuendum eſſe mulieri non de fructu pulchritudinis aut gratiæ, ſed de fructu manuum ſuarum concludit: ut ſecundum ea quæ fecit manibus (hoc eſt organis propriis: ſiue coniunctis, ut ſunt manus, ſiue ſeparatis, vt ſunt miniſtri) & in portis (hoc eſt in locis grauibus, in ſenatu) laudent eam opera eius, non blanda colloquia.

Et ſic tandem inter tot egritudines finitur
liber parabolarum Salomonis.

Anno domini. M. D. XXXIIII.
Die ſexta Aprilis.

REVERENDISSIMI DOMINI D. THOMAE DE VIO GAIETANI CARDINALIS SANCTI SIXTI ORDINIS PRAEDICATORVM IN ECCLESIASTEN. COMMENTARII.

CAP. PRIMVM.

VERBA *Eccleſiaſtæ filii Dauid regis hieruſalem.* Legendum eſt. *In Hieruſalē.* Et rurſus, hebraica dictione potiuſquā græca vtendum moderni putant: & legendum. *Verba coheleth.* Græci.n. interprætantur eccleſiaſtæ: latini autem (vt Hierony. dicit) ꝓcionatoris, eo ꝙ ſermo iſtius libri dirigitur ad populum: ad differentiam libri parabolaꝝ; cuius ſermo dirigitur ad filium. Et quia coheleth inferius in ca. 8. inuenitur fœminini generis: ideo cōmunis generis eſt, dum nunc in maſculino, nunc in fœminino inuenitur. Et ꝓpterea rectius interprætaretur apud latinos concionantis. Appellat autē Salomon ſeipſum authorem libri huius, coheleth, hoc eſt concionantem: ut intelligāt lectores ꝙ nō tanquā doctor, ſed tāquā orator alloquitur populum diuerſa loca topica undiꝗ aſſumens, conferendo contraria & difficultando hinc & inde, & tandem veritatem concludens. Propter quod crediderim ego, ꝙ a congregrando vana & rationes vanitatis Salomon nominat ſeipſum coheleth: nam apud hebræos a congregādo coheleth dicitur. Quod autem dicitur in Hieruſalem, poteſt referri uel ad Dauidem (ad differentiam filiorum Dauidis regis in hebron. Salomon ſiquidem natus eſt ex Dauide iam Rege in Ieruſalem. Significantiuſꝗ cōmendatur Dauid regnans in Ieruſalem, ad differentiam Saulis, qui nullam habuit ciuitatem regiam. Dauid ſiquidem inter iſaelitas fuit primus rex, qui inſtituit regni thronum in ciuitatem certa, eligendo ad hoc Ieruſalem.) Vel ad uerba coheleth, & eſt ſenſus, ꝙ verba huius libri fuerunt ſcripta, ſeu ædita in Ieruſalem: ad inſinuandum ꝙ populum fidelem alloquitur, ꝙ inter colentes unum deum religioſoſꝗ concionem hanc habet, ad differentiam ethnicorum qui nihil credunt de ſalute animæ poſt mortem, de inferno &c. *Vanitas vanitatum dixit eccleſiaſtes: vanitas uanitatum & omnia vanitas.* Superfluit coniunctio &, nec eſt uſque quaꝗ clarum, an legenda ſint omnia in nominatiuo: videlicet. *Vanitas vanitates dixit coheleth. Vanitas uanitates, omnia uanitas.* Hęc.n. lectio magis quadrare uidetur ſubiunctis. Subiungit.n. ītroducendo nunc aliquam uanitatem, nunc multas vanitates ſimul, & inchoat a vanitate vltimo propoſita, videlicet omnia uanitas. In his.n. verbis ꝑponitur materia libri: nam uſꝗ ad calcem tractat uanitatem & vanitates, & nunq̄ introducit aliquā vanitatem exceſſiuam quā appellet unanitas vanitatum. Reduplicat autem hic dicendo bis vanitas vanitates, ad exaggerandum, cuius ſignum eſt ꝙ in capitulo vltimo, abſꝗ huiuſmodi reduplicatione reſumit, vanitas vanitates omnia vanitas. Et quia uanū appellatur id quod nullius fere æſtimationis eſt, (iuxta quem ſenſum dicimus iuuenes uanos, qui delectantur apparere in his quæ modici momenti ſunt) & appellatur pręcipue quod fruſtra fit. (Inuanum.n. laboraſſe dicimus eos qui fruſtra laborarūt) iuxta utrūꝗ ſenſum verificatur litera hęc: nam & nullius fere momenti ſunt vniuerſa quæ in motu cōſiſtunt, & relatiue ad hominis fœlicitatem fruſtra ſecundum ſe ſunt. *quid habet amplius homo de uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole?* Sententia redditur, & particula iſta duo exercet officia, alterum declarandi ſenſum propoſite vanitatis. Intendit.n. diſputare, non de vanitate rerum ſecundum ſeipſas, ſed de earum vanitate relatiue ad fœlicitatem hominis, & hunc ſenſum declarat per hæc uerba. Quid plus eſt homini q̄ aliis rebus in omni labore ſuo quo laborat ſub ſole? Huc.n. tendit vniuerſa huius libri concio, & omnia vana differit eſſe ad hominis fœlicitatem: & propterea proponendo uanitatem, apponit, quid ſupereſt homini ex tanto labore eius quo laborat in hac vita qua degit ſub ſole. Alterum inchoandi explanationem illius particulæ vltimæ propoſite: videlicet

Cā effectiua ſeu nomen authoris, & ratio nōis.

Et quidē rectius cū apd hebre, ſit partic pium fœmininum.
Sic credūt etiā hebræi Ra. licet alio ſe nſu. Nā ex eo ꝙ cōgregauit i ſe cōgregauit ſapiē, iō ſe coheleth etiā fœminino genere nuncupauit.

2. Re. 3. a.
2. Re. 12.
2. Re. 26. a.
Vel dicito ꝙ eſt hebraicus loquendi modus.

Libri materia quæ.

Quid vanū ſit vt teſta. Et ꝑs. x. c. & 38. b. & Iob. xi. c.
Vanus iſte labor habet ꝑs. 126. a.

Intentio authoris choeleth: ut plenius explicatur in prin. ſequētis ca.
Duplex vanitas rerum.

Exequtio intentionis.

de fructu manuum ſuarum: & laudent eam in portis opera eius. Retribuendum eſſe mulieri non de fructu pulchritudinis aut gratiæ, ſed de fructu manuum ſuarum concludit: ut ſecundum ea
quæ fecit manibus (hoc eſt organis propriis: ſiue coniunctis, ut ſunt manus,
ſiue ſeparatis, vt ſunt miniſtri) & in portis (hoc eſt in locis grauibus, in
ſenatu) laudent eam opera eius, non blanda colloquia.
Et ſic tandem inter tot egritudines finitur
liber parabolarum Salomonis.

Anno domini. M. D. XXXIIII.
Die ſexta Aprilis.

REVERENDISSIMI DOMINI D. THOMAE DE VIO GAIETANI CARDINALIS SANCTI SIXTI ORDINIS PRAEDICATORVM IN ECCLESIASTEN. COMMENTARII.

CAP. PRIMVM.

VERBA *Eccleſiaſtæ filii Dauid regis hieruſalem.* Legendum eſt. *In Hieruſalē.* Et rurſus, hebraica dictione potiuſquā græca vtendum moderni putant: & legendum. *Verba coheleth.* Græci.n. interpretantur eccleſiaſtæ: latini autem (vt Hierony. dicit) ꝯcionatoris, eo ꝙ ſermo iſtius libri dirigitur ad populum: ad differentiam libri parabolarum; cuius ſermo dirigitur ad filium. Et quia coheleth inferius in ca. 8. inuenitur fœminini generis: ideo cōmunis generis eſt, dum nunc in maſculino, nunc in fœminino inuenitur. Et ppterea rectius interpraetaretur apud latinos concionantis. Appellat autē Salomon ſeipſum authorem libri huius, coheleth, hoc eſt concionantem: ut intelligāt lectores ꝙ nō tanquā doctor, ſed tāquā orator alloquitur populum diuerſa loca topica undiq; aſſumens, conferendo contraria & difficultando hinc & inde, & tandem veritatem concludens. Propter quod crediderim ego, ꝙ a congregrando vana & rationes vanitatis Salomon nominat ſeipſum coheleth: nam apud hebræos a congregādo coheleth dicitur. Quod autem dicitur in Hieruſalem, poteſt referri uel ad Dauidem (ad differentiam filiorum Dauidis regis in hebron. Salomon ſiquidem natus eſt ex Dauide iam Rege in Ieruſalem. Significantiuſq; cōmendatur Dauid regnans in Ieruſalem, ad differentiam Saulis, qui nullam habuit ciuitatem regiam. Dauid ſiquidem inter iſraelitas fuit primus rex, qui inſtituit regni thronum in ciuitatem certa, eligendo ad hoc Ieruſalem.) Vel ad uerba coheleth, & eſt ſenſus, ꝙ verba huius libri fuerunt ſcripta, ſeu ædita in Ieruſalem: ad inſinuandum ꝙ populum fidelem alloquitur, ꝙ inter colentes unum deum religioſoſq; concionem hanc habet, ad differentiam ethnicorum qui nihil credunt de ſalute animæ poſt mortem, de inferno &c. *Vanitas vanitatum dixit eccleſiaſtes; vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Superfluit coniunctio &, nec eſt uſque quaq; clarum, an legenda ſint omnia in nominatiuo: videlicet. *Vanitas vanitates dixit coheleth. Vanitas uanitates, omnia uanitas.* Hęc.n. lectio magis quadrare uidetur ſubiunctis. Subiungit.n. īntroducendo nunc aliquam uanitatem, nunc multas vanitates ſimul, & inchoat a vanitate vltimo propoſita, videlicet omnia uanitas. In his.n. verbis pponitur materia libri: nam uſq; ad calcem tractat uanitatem & vanitates, & nunq̄ introducit aliquā vanitatem exceſſiuam quā appellet unanitas vanitatum. Reduplicat autem hic dicendo bis vanitas vanitates, ad exaggerandum, cuius ſignum eſt ꝙ in capitulo vltimo, abſq; huiuſmodi reduplicatione reſumit, vanitas vanitates omnia vanitas. Et quia uanū appellatur id quod nullius fere æſtimationis eſt, (iuxta quem ſenſum dicimus iuuenes uanos, qui delectantur apparere in his quæ modici momenti ſunt) & appellatur pręcipue quod fruſtra fit. (Inuanum.n. laboraſſe dicimus eos qui fruſtra laborarūt) iuxta utrūq; ſenſum verificatur litera hęc: nam & nullius fere momenti ſunt vniuerſa quæ in motu cōſiſtunt, & relatiue ad hominis fœlicitatem fruſtra ſecundum ſe ſunt. *quid habet amplius homo de uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole?* Sententia redditur, & particula iſta duo exercet officia, alterum declarandi ſenſum propoſite vanitatis. Intendit.n. diſputare, non de vanitate rerum ſecundum ſeipſas, ſed de earum vanitate relatiue ad fœlicitatem hominis, & hunc ſenſum declarat per hæc uerba. Quid plus eſt homini q̄ aliis rebus in omni labore ſuo quo laborat ſub ſole? Huc.n. tendit vniuerſa huius libri concio, & omnia vana differit eſſe ad hominis fœlicitatem: & propterea proponendo uanitatem, apponit, quid ſupereſt homini ex tanto labore eius quo laborat in hac vita qua degit ſub ſole. Alterum inchoandi explanationem illius particulæ vltimæ propoſite: videlicet

Cā effectiua ſeu nomen authoris, & ratio nois.

Et quidē rectius cū apđ hebre, ſit partic pium fœmininum.
Sic credūt etiā hebræi Ra. licet alio ſe nſu. Nā ex eo ꝙ cōgregauit I ſe cōgregauit ſapiæ, iō ſe coheleth etiā fœminino genere nuncupauit.

2. Re. 3. a.
2. Re. 12.
2. Re. 26. a.
Vel dicito ꝙ eſt hebraicus loquendi modus.

Libri materia quæ.

Q đ vanū ſit vt teſta. Et pſ. x. c. & 38. b. & Iob. xi. c.
Vanus iſte labor habet pſ. 126. a.

Intentio authoris choleth: ut plenius explicatur in prin. ſequētis ca.
Duplex vanitas rerum.

Exequtio intentionis.

Modus ſeu forma proceſſus.

omnia vanitas. Ab hac.n.incipit. Et intendit non de omnibus diſtributiue ſed collectiue, hoc eſt de vniuerſo corporeo quod ſub cœlis eſt, ut inferius in hoc eodem capitulo explicatur. Intendit ſiquidem in primis diſputare ꝙ uniuerſitas rerum vana eſt, ita ꝙ homo vt pars vniuerſi nihil habet plus ex omni labore ſuo, ſed ſimilis eſt aliis vniuerſi partibus.

Finis intentus.

Generatio præterit & generatio aduenit: terra autem in æternum ſtat. Sententia redditur: quãuis proprie dictio interpraetata præterit ſonet. *Vadit.* Deſcribitur.n. generatio uadens & generatio ueniẽs. Vbi prudẽs lector aduerte ꝙ Salomon declaraturus vniuerſi vanitatem, aſſumit partes vniuerſi quatenus cõſiſtunt in ire & venire in motu quaſi circulari, diſcurrendo per cũcta omnia. Inchoãdo a terra & dicendo, generatio uadit & generatio uenit, terra autem (in qua generantur & homines & animalia, in qua eunt & veniunt) in æternum ſtat. Terra.n. ſecundũ ſe totam in æternum ſtat: generationes autem tum vegetabilium, tum materialium & hoium ſucceſſiue fiunt, & altera occumbente altera venit. Et in hoc ſimilitudo quædam eſt motus circularis. Homo enim vadit, & homo venit, non ꝙ illimet homines qui vadunt moriendo veniãt naſcendo, ſed quia homo in quibuſdam vadit & in quibuſdam venit: & ſic de aliis animalibus & vegetabilibus.

Natura.

¶ *Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meridiem & flectitur ad aquilonem.* Iuxta hebræum hr̃. *Et orietur ſol & occidet ſol: & ad locũ ſuum deſiderat oriens ipſe ibi. Vadit ad meridiem & circuit ad aquilonem: circumiens: circumiens.* Circumitus ſolis ſecundum vtrũq; motum ſolis affertur conſequenter ut cauſa motuum qui fiunt in ſphæra elemẽtari, ut cauſa generationis euntis & generationis uenientis, ac aliorum motuum qui ſubiũgentur in aere & in aquis: itaq; non ſolum motus circulares eorum quæ apparẽt in eis, ſed etiã celeſtium corporum colligit, ut & effectus, & cauſas in motu circulari conſiſtere manifeſtet. De motu itaq; ſolis q appellatur diurnus ſequendo primũ mobile dicit, & orietur ſol, & occidet ſol, et ad locum ſuum oriẽs ipſe ibi (hoc eſt in quo ipſe ſol oritur) deſiderat ab occaſu ire. De motu uero ſolis in zodiaco ſubiungit. Vadit ad meridiem, hoc eſt, ad tropycum capricorni, et circumit ad aquilonem hoc eſt ad tropicum cancri. Modus uero quo vadit ad auſtrũ & ad aquilonem deſcribitur ſubiungendo, circũiens circũiens. Non.n. per lineam rectam mouetur ſol a tropico in tropicum, ſed multiplicando circumitus per modum lineæ helicæ.

Solis circuitus cauſa mutabilitatis.

Duplex motus ſolis.

Luſtrans uniuerſa in circuitu. Hæc uerba in hebreo non habẽtur, ſed præmiſſa verba (videlicet circumiens, circũiens) interpres tranſtulit iuxta ſenſum proprium, & fecit initiũ ſequentis particulę non ſolum mutando ſenſum, ſed ſegregando a præcedenti particula. *Pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.* Iuxta hebræum habetur. *Vadit uentus, & ſuper circumitus ſuos reuertitur uentus.* Perſpicuum eſt ꝙ vna eademq; dictio apud hebræos anceps eſt ad ventum, vel ſpiritũ, & ideo interpraetationes diuerſe fiunt: & ingenio ac iudicio opus eſt ad diſcernendum, quãdo ventum, & quãdo ſpiritum ſignificat. Ex eo aũt ꝙ in hoc loco elementorum motus circulares colliguntur (incipit.n. a terra & terminabitur ad aquas) rationabile eſt, ꝙ ventus ſignificet ad deſcribendum motum quaſi circularem elementi aeris. Ventus.n. ſecundum genus ſuũ generatur circulariter. Vnus namq; uentus ſecundũ circulum ſuccedit alteri: vnde & diſponuntur duodecim venti iuxta plagas cœli, & ppterea de vento in genere cõmouente aerem dicitur, vadit ventus, & ad circulos ſuos reuertitur. Significanterq; dicit, ſuos: quoniam circulus uentorum neq; in cœlo, neq; in terra, nec in ſuprema aeris regione, ſed in iſta quæ prope nos eſt inſtabili apparet tanquam in proprio loco generationi uentorũ. Nec ſis adeo rudis, ut intelligas eũdem numero uentum ire & reuerti: ſed genus venti ire ſecundum diuerſos uẽtos, per circulum, & redire ſecundum ſimiles etiam per circulum.

Nam ruah ſpiritũ, ventũ, alum, & ſpiraculũ, apud illos ſignificat.

Vñ quidã pro ſole, alii pro aere accipiũt apud hebr.

Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Sententia reddit̃: quãuis hebraice torrentes potiuſq̃ flumina ſignificentur, ſed ſenſus litere cogit ad intelligendũ flumina. Non.n. mirum eſſet ex fluxu torrentium non impleri mare, cum aquæ torrentium exigue valde valde ſint: ſed ex eo ꝙ omnia flumina confluunt ad mare & mare nunquã impletur, argumentat̃ Salomon circularem motum aquarum: videlicet ꝙ ad locum vñ exeunt flumina reuertuntur ut inde fluant. Sed ex iſtis non imponas Salomoni ꝙ eadem numero aqua quæ fluit ad mare reuertatur per ſubterraneos meatus ad loca unde exeũt flumina, ſed quemadmodũ in terra dixit gñationem eũtem & gñationẽ reuertentẽ, & in aere dixit ventũ euntem & uentum reuertentem, ita in aquis dicit aquam fluminũ euntem in mare & redeũtem ad locum vnde eat. Verificatur.n. ſententia hæc ſimili modo: videlicet ꝙ ex aquis eleuãtur vapores qui conuertuntur in aquas, quive humidum reddunt aerem, ut habilior ſit ad hoc vt conuertatur in aquam, in locis in quibus in quibus generantur flumina. Iſtis.n. duobus modis flumina reuertuntur ad loca ſua, nam ſic flumina in ſuis ſimilibus (hoc eſt in vaporibus humidis) redeunt ad loca vnde fluant.

Poſt motũ aeris argumẽtat̃ Sal. motũ aquarum.

Duobus modis flumina reuertũtur ad loca ſua.

Cunctæ res difficiles. Iuxta hebræum habet̃.

Laborioſe.

Laborioſe. Hactenus partes uniuerſi primas(videlicet el'a)deſcripſit in motu quaſi circulari, modo cõplectendo omnes uniuerſi partes relatiue ad hoĩem,dicit omnes res eſſe laborioſas homini,proculdubio quo ad notitiam.Et propterea ſubiungit. *Non poteſt eas homo explicare ſermone. Non ſaturatur oculus uiſu,nec auris auditu impletur.* Hæc n.tria ad notitiã ſpectant.Auditus.n. ſenſus eſt diſciplinæ:& viſus plures rerum differentias demonſtrat, valde ſeruiens inuentioni. Sermo autem interpres eſt notorie. Vide laborem ad cognoſcendum res omnes ex hoc ꝙ mens hominis inſatiabilis eſt,tum per auditum diſcendo,tum per uiſum ĩueniendo,& præter hoc imbecillis eſt & inualida ad explicandum ſermone.Deſunt.n.propriæ appellationes,etiam in multis quæ nouimus. *Quid eſt quod fuit?ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt?ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum.* Manca eſt litera.Legendum eſt. *quid quod fuit?ipſum quod erit,& quid quod factum fuit?ipſum quod fiet.* Deinde immediate ſequitur. *Et nihil nouum ſub ſole.*

Auditus ſeruit diſciplinæ,viſus inuentioni,ſermo ſeruit interp̃tationi. Nota laborẽ triplicẽ.

Deſcripto circulari motu partium uniuerſi ex parte rerum,deſcribit eũdem ex parte temporis.Argumentatur.n.ex æternitate temporis,res omnes ĩmotu circulari conſiſtere tã ſecundum eſſe q̃ ſecundum fieri,& de eſſe dicit quid eſt quod fuit:& reſpõdet, ipſum quod erit.De fieri uero dicit,& quid eſt quod factum fuit:& reſpõdet,ipſum quod fiet,ſubiũgitꝙ concludendo,& nihil eſt nouũ ſub ſole. Vbi prudens lector aduerte duo.Alterum ꝙ nõ eſt ſermo de idẽtitate numerali ſed ſpecifica.Nõ.n.intendit ꝙ iſte eedem res numero præfuerint olim,ſed ꝙ iſte res eedẽ ſcd̃m ſpẽm olim fuerunt & erunt.olim facte,fuerũt,& fient; Et propterea infert nihil eſſe nouum ſecundum ſpeciem ſub ſole,hoc eſt in ſphera elementari. Alterum ꝙ Salomon concionando loquitur de tempore mundi,ſecundum id qd̃ probabilius apparet ex ſenſibilibus.Rationes n.naturales ſuadent æternitatem mundi:ꝙ videlicet mundus nunquam incœpit,& hac opinione(q̃uis falſa,probabili tamen) vtitur Salomon hoc in loco affirmando nihil eſſe ſub ſole nouum.Hoc eſt.n.ꝙ philoſophi tradunt, cuius tamen contrarium fides catholica ſentit.

Eſſe & fieri olum ĩ motu

Nota duo.

Eodẽ mõ de idẽptitate ſpecifica & ponit Abenezra.

Vñ & idẽ author ad motus cœleſtes hoc refert.

¶ *Nec ualet quiſquã dicere ecce hoc recens eſt. Iam enim præceſſit in ſeculis,quæ fuerunt ante nos.* Parui refert,ꝙ iuxta hebræum habetur. *Eſt res quã dicet, vide,iſta noua,ipſa etiam fuit ſeculis quod fuit ante nos.* Obiicit contra dictam ſententiam,ꝙ res aliqua noua eſt,dicendo,eſt res quã aliquis dicet alteri,vide iſta res eſt noua,& tangere videtur artes quæ videntur noue.Huic autem obiectioni reſpondet cum philoſophis, ꝙ res illa iam fuit in prioribus ſeculis tẽporis quod fuit ante nos.Et propterea cum eiſdem p̃his ſubiũgit. *Non eſt priorum memoria:ſed nec eorum quidem quæ poſtea futura ſunt erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in nouiſſimo.* Rectius vltima dictio interpretaretur poſtea.Nam opinantes mundum æternũ non ponunt tempus nouiſſimum,ſed in ęternum duraturum mundũ.Ideo inquiunt apparet noua res aliqua.quia non eſt memoria eorum quæ prius fuerunt,& apud poſteros non erit recordatio eoꝝ quæ nunc ſunt & fiunt,& propterea apparebit res aliqua noua.Iſte ſunt excuſationes p̃horum quibus utitur Salomon. *Ego eccleſiaſtes fui Rex ſuper iſrael in Ieruſalem, & propoſui in animo meo quærere,& inueſtigare ſapienter de omnibus qui fiunt ſub ſole.* Iuxta hebræum legendum eſt. *Et dedi cor meum ad quærendum & ad explorandum in ſapientia ſuper omne quod factum fuit ſub cœlis.* Poſt deſcriptam qualitatem uniuerſorum(ꝙ videlicet omnia cõſiſtunt in motu quaſi circulari)dicturus concluſionem Salomon,refert propriam authoritatem manifeſtando ꝙ ipſe concionãs fuit Rex ſuper iſrael & non ſuper partem iſraelis,ut fuerunt poſteriores eo reges: & ꝙ regnauit in ciuitate regali Ieruſalem in qua regnauerat Dauid pater eius. Ecce authoritas ex dignitate perſone.Ex ſapientiæ aũt ſtudio,ſubiungitur authoritas dicendo.Et dedi cor meũ ad quærendum & explorandũ ſecundũ ſapientiæ regulas omnia quæ facta fuerunt ſub cœlis. *Hanc occupationem peſſimam dedit deus filiis hominum,ut occuparentur in ea.* Legendum eſt. *Ipſam occupationem malam dedit elohim filiis adam ad occupandum ſe in ea.* Parentheſis eſt hæc. Interponit.n. rationẽ quare dederit cor ſuum ad inueſtigandum vniuerſorum quæ ſub cœlis ſunt naturas, proprietates,qualitates,&c.quia elohim,hoc eſt deus gubernator vniuerſi diſtribuendo rebus officia,indidit hominibus hanc occupationem,vt videlicet exerceant mentes ſuas in explorando ſapienter cõditiones rerum quæ ſub cœlis fiunt.Hoc eſt.n. officium ſupremum ad quod naturaliter pertingere põt homo,& in quo excedit reliqua quæ ſunt ſub ſole.Nam p iſta ſenſibilia ĩtellecta cõſpicit homo(quãuis valde imperfecte)etiã inuiſibilia dei:vt Apoſtolus dicit.Appellat autem occupationem hanc malam,tum quia afflictiua eſt hominis, tum quia longa ac diminuta valde eſt.Minimum.n.quid ſcitur cum tanto ſtudio ac labore ab homine:& tam exiguum eſt,ut pro nihilo haberi poſſit, ¶ *Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole:& ecce uniuerſa uanitas & afflictio ſpiritus.* Sententia redditur:dictio tamen interpretata afflictio ſonat fractio & deficit una dictio.Legendum eſt. *Vidi omnia opera &c.* Affirmat poſt tantum ſtudium vidiſſe omnia opera quæ facta ſunt ſub ſole:uidiſſe autem mentis oculis omnia

Duplex authoritas in Salo.

Officiũ ſupræmũ hominum.

Rom. 1.

Occupatio mala duplici de cauſa.

opera, non ſingulariter ſingula inſpiciendo, ſed omnia quatenus vniuerſi partes ſunt. Sic.n. collegit omnia quæ fiunt in ſphera elementorum, ut teſtantur ſupraſcripta. Quid autem ex hac viſione concluſerit ſubiūgit dicendo, & ecce omnia vanitas & fractio ſpiritus. Hæc eſt ꝯcluſio totius præhabiti diſcurſus. Et dicit ecce, demōſtrādo ex premiſſis apparere in promptu vanitatem vniuerſoꝝ.

Cōclū præcedentis diſcurſus.

Nihil inſtabilius motu.

Vbi aduerte ꝙ quia res conſiſtens in motu, eſt valde inſtabilis. (Nihil.n. eſt inſtabilius motu.) propterea Salomon doctiſſime res omnes conſiderauit quatenus conſiſtunt in motu quaſi circulari, ut concluderet vniuerſa eſſe vana, modice æſtimationis. Et quia inter iſtas res ſub ſole ſupputatur homo: ideo etiā hoīem & uniuerſa reliqua, vana eſſe ad fœlicitatem habendam ſignificatur. Plus autem concludit q̃ propoſuerit.

Duo cōcludit Salo.

Nam propoſuit dūtaxat omnia vanitas, īfert autem duo, videlicet omnia vanitas & fractio ſpiritus. Verum hanc ſecundā concluſionis particulam, quia non ex præmiſſis deduxerat, iō tanquā adiectam probat ſubiungendo. *Peruerſi difficile corriguntur: & ſtultorum infinitus eſt numerus.* Iuxta hebræum habetur. *Tortum non poteſt aptari: & defectus non poteſt numerari.* Humanus itaꝗ ſpiritus frangitur (hoc eſt ad inſtar rei quæ frangitur impeditur, retrahitur, & in diuerſa retunditur) ex conſideratione omnium quæ fiunt ſub ſole: eo ꝙ conſiderat in eis multa torta, quæ homo non poteſt dirigere & aptare, & conſiderat in eis tot defectus ꝙ nec numerari pñt.

Defectus naturales alales, & rōnales.

Inuenitur.n. magna multitudo in operibus naturæ, & animalium, & hoīum, tam defectuū q̃ iniuriarum, puta ꝙ agnus rapitur a lupo, ꝙ ſegetes deſtruuntur ab imbribus vel caumatibus, ꝙ iuſti opprimuntur ab iniuſtis &c. Et ideo ſpiritus hominis tendens ad rectitudinem & integritatem, frangitur occurrentibus tot defectibus & obliquitatibus. ¶ *Locutus ſum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus ſum: & præceſſi omnes ſapientia qui fuerunt ante me in hieruſalem.* Poſtquam explicauit ꝙ omnia vanitas, adiiciendo ꝙ etiā ſunt fractio ſpiritus, intendit manifeſtare interpoſitam ſententiam: videlicet hanc occupationem malam dedit elohim filiis hominum, intendens aperire non ꝙ eſt vanitas, ſed ꝙ eſt fractio ſpūs. Hæc.n. malitia eius eſt. Manifeſtat autem introducendo proprias cogitationes, proprium ſtudium, propriumꝗ fructum.

Per tria ſe conſequentia manifeſtat intētū, prior eſt cogitatio, poſtea ſtudiū, tertio fructus.

Q ua ſapīa fuerit Salo, ſapiētiſſimus oīum.

Et de cogitationibus quidem propriis dicit, locutus ſum &c. Quod autem dicit ſe ſapientiorem omnibus qui fuerunt ante ipſum in hieruſalem, ītellige de ſapientia humana, de qua commendatur. 3. Reg. ca. 4. Dauid.n. fuit ſapientior ipſo, ſapientia diuina. *Et mens mea contēplata eſt multa ſapienter & didici.* Iuxta hebræum habetur. *Et cor meum uidit multam ſapientiam & ſcientiā.* Hoc eſt, & intima mea uiderunt tam ſapientiam q̃ ſcientiam eſſe multam: hoc eſt habere latitudinem magnam, & in multas diſtingui partes. *Dediꝗ cor meum ut ſcirem prudentiam & doctrinā, erroresꝗ & ſtultitiam.* Iuxta hebræum habetur. *Et dedi cor meum ad ſciendum ſapientiam, & ſciendum tricas & ſtultitiam.*

Ecce ſtudiū .i. vehemēs alum applicatio:

Dictio interprætata tricas ſonat mixtionem, ītricationem operum, ſeu negociationum. Poſt itaꝗ viſam multitudinem ſcientiarum, conſequenter applicauit cor ſuum ad ſciendum tria, videlicet ſapientiam ſecundum totam ſcientiarum latitudinem, & opera negotiationum etiam intricata quibus humanum genus valde ſe miſcet, & ſtultitiam, hoc eſt multitudinem imprudentiarum quibus homines abundant, parabolas nāꝗ propter hæc edidit. *Et agnoui ꝙ in his quoꝗ eſſet labor & afflictio ſpiritus.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Scniū ꝙ etiam hoc ipſa fractio ſpiritus.*

Ad ſciendū tria, ſuū cor applicuit in quibus tota noſtra ſcīa cōſiſtit.

Vñ Achare quæ dictio hic ꝓ negotiatiōibus hr Abenezra pro ſtudiis ad acquiredū diuitias īterpretatur.

Ecce fructus.

Ecce fructus ſtudii notitia ꝙ ipſum ſtudium ſciendi eſt fractio ſpiritus: immo eſt ipſa ſpiritus fractio, pro quanto eſt præcipua ratio ꝙ frangatur ſpiritus. Ignorantes.n. ſuos proſequuntur ſpiritus, ſuis aguntur īpulſibus. ¶ *Eo ꝙ in multa ſapientia multa ſit indignatio: & qui addit ſcientiam: addit & laborem.* Iuxta hebræum habetur. *Quia in multitudine ſapientiæ multa ira: & addet ſcire addet dolorem.*

Sapientia per accidens eſt ratio iraſcendi.

Aduerte hic ꝙ ſapientia ſecundum ſe non eſt ratio iraſcēdi, ac per hoc multitudo ſapientiæ non efficit multam iram: ſed per accidens ſapientia multa eſt ratio ire, pro quanto magnitudo ſapientiæ reddit magnam ac vindicta dignam iniuriam omnem quæ irrogatur ſapienti, & ratione huius effectus verificatur hæc ſententia: & ipſa magnitudo ſapientiæ probatur fractio ſpiritus ratione concomitātis ire. Similiter ſciētia ſecundum ſeipſam non eſt ratio dolendi, ſed gaudendi. (Eſt.n. perfectio intellectus & præcipuum animæ bonum) ſed per accidens videlicet ratiōe ſcriptorum adiungit triſtitiā, pro quanto cognoſcuntur aduerſantia multa. Quanto.n. homo plura cognoſcit ſibi cōtraria, tanto maiorem habet triſtitiæ rationem. Ratiōe itaꝗ tum bonorum quibus priuamur, tum malorum quæ patimur, additio ſcientiæ addit dolorem: librando hæc. Et ad literam eſt ſermo de ſapientia & ſcientia humana, quæ humano ſtudio acquiritur, ut teſtatur litera dicendo, & dedi cor meum ad ſciendum ſapientiam &c.

Q uo additio ſcientiæ addat dolorem.

Chaldeus interpres exponit iuxta illud Iaco. 4. d. ſcienti facere bonū.

CAP.

CAP. II.

D*ixi ergo in corde meo.* Errore ſcriptorum legitur, ergo: nam legendum eſt ego. Non enī inferendo tranſit ad aliam materiam: ſed abſolute proſequitur narrando quid ipſe ſecum contulerit. *Vadam & affluam delitiis: & fruar bonis.* Iuxta hebræum habetur. *Vade nunc, miſcebo gaudium & videre in bono.* Dictio interpraetata miſcebo, poteſt quoq; interpraetari experiar. Ecce quid dixit in corde ſuo, videlicet, vade nunc. Dixerat in calce pręcedentis capituli de proprio corde, et dedi cor meum ad ſciendum &c. Et ideo allocutus poſtea eſt cor ſuum dicendo ei, vade nunc, ne me impedias a nouo propoſito proſequendi delectabilia, et aptiſſime vacaturus delectationibus emittit cor deditum occupationi ſciendi: quoniā non ſtant ſimul. Et ne penitus emittere videatur, nō dicit vade, ſed uade nunc, recede pro hoc tpe. Quorſum autem aperit dicendo, miſcebo gaudiū & videre bonū, uacabo delectabilibus, & percipiam bonum utile ac delectabile. Cerne ordinē: primū diſſeruit de vanitate uniuerſi, deinde diſſeruit de ſtudio ſapīæ & ſciæ in qbus ꝯſiſtit ſuprema mentis humanæ pfectio, & nō cōcluſit vanitatem, ſed fractionem ſpūs. Tertio aūt loco (hic. ſ.) diſſerit de fruitione delectabilium in opibus & aliis appetibilibus quæ delectant homines. Proponit aūt hæc iuxta hebraicam ueritatem ſub ratione miſcendi, ut intelligamus non penitus immoderatum habuiſſe propoſitum, ſed miſcendi ſapientiæ & ſcientiæ fruitionem exteriorum bonorum vtilium ac delectabilium. Et propterea eligenda eſt prima lectio explicans huiuſmodi mixtionem. Duo itaq; ſe deſideraſſe explicat. videlicet gaudium, & videre bonum. Hoc eſt percipere ſenſibus & aliis viribus cognoſcitiuis bonum utile ac delectabile, & delectari ac frui illis. Ambo ſiquidem hæc miſcebo inquit, tum præmiſſis ſapientiæ & ſcientiæ, tum inter ſeſe. *Et uidi q; hoc quoq; eſſet uanitas.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. *Et ecce etiam uanitas.* Obiicit oppoſitum dicto ſuo propoſito dicendo, ꝙ in promptu apparuit vanitas gaudii & fruitionis bonorum. ¶ *Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi: quid fruſtra deciperis?* Iuxta hebræum habetur. *Riſui dixi ſtultitiam & gaudio quid hoc facis.* Apparente vanitate gaudii, conſequenter nominaui riſum ſtultitiam. Riſus.n. effectus eſt lętitiæ, & ſimiliter gaudiū accuſaui uanitatis; dicendo quid hoc facis, quaſi dicendo ꝙ nihil facis. Contra deditos delectabilibus, obiicit ꝙ gaudium nihil facit, & riſus ſignum gaudii eſt ſpecies ſtultitiæ. Riſus.n. raro attribuitur ſapienti, & gaudia nihil egregii pariunt. *Cogitaui in corde meo abſtrahere a uino carnem meam.* Iuxta hebræum habetur. *Exploraui in corde meo ad trahendum in uino carnem meā.* Totum oppoſitū eius qđ ſcribitur in uulgata editione ſignificatur. Trahere.n. propriam carnem in uino, eſt eſſe bibacem, & nunquam ſobrium. Huiuſmodi.n. hoies vitam ſuam trahunt in uino: & quoniam priuantur actibus uere vitæ rationalis, vtpote nunq̄ plene ſobrii, ideo non tam vitā q̄ carnem ſuam trahunt, non ducunt uſq; ad mortem. Accumulat ſiquidem eccl'aſtes delectationes quæ occurrerunt cordi ſuo, ut declaret multas ſimul vanitates. Propter hoc.n. tractando de riſu & gaudio adiungit ebrietatem, deſcribendo eam ꝙ eſt tractus carnis in uino. Et ſi ebrietas fuerit iugis, trahitur (vt dictum eſt) caro vſq; ad mortem: ſi vero fuerit ad tempus, trahitur caro pro illo tempore quo durat ebrietas. Et quia perſpicaciter conſiderauit ebrietatis effectum, ideo dicit. Exploraui in corde meo quorſum tendat ebrietas, videlicet ad trahendū in vino carnem meam. *Vt animum meum transferrem ad ſapientiam deuitaremq; ſtultitiam.* Iuxta hebræum habetur. *Et cor meum aſſueſcens in ſapientia & ad tenendum ſtultitiam.* Contra ebrietatem explorandum in corde proprio, obiicit conſtantiam proprii cordis, narrādo ꝙ cor ſuum ſpreta ebrietate aſſuefecit in ſapientia, & ad tenendum ſtultitiam: Hoc eſt aſſuefecit ad retinendum ſtultitiam ne debaccaret in eum, & ad vtendum ſapientia in actionibus ſuis. *Donec uiderem quid eſſet utile filiis hominum quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum uitæ ſuæ.* Clare iuxta hebreum habetur. *Vſq; quo videbo quale illud bonum filiis Adam quod facient ſub cælis numero dierum vitæ eorum.* Inter occurrentes delectatiōes uarias utiliū ac delectabilium & ſpecialiter ebrietatis, dicit ꝙ cor ſuum exercuit in abſtrahendo a ſtultis, & utendo ſapientia uſq; quo videret mentis oculis quale eſt illud bonum hominum quod facere deberent homines, nō vno menſe aut anno ſed omnibus diebus vitæ eorum. Studium ſignificatur ad inquirendū quale eſt illud qđ eſt uere bonum exercendum ab homine in tota uita eius. Et hinc tu prudens lector intentionem Salomonis in hoc libro ſume. Ad hoc enim dixit de vanitatibus, ut oſtendat nullum humanum opus eſſe tale: videlicet bonum homini faciendum, per totam hominis vitam. *Magnificaui opera mea: ædificaui mihi domos & plantaui mihi vineas, feci mihi hortos & pomaria: & conſeui ea cuncti generis arboribus. Et extraxi mihi piſcinas aquarum vt irrigarem ſyluam lignorum germinantium. Poſſedi ſeruos & ancillas, multamq; familiam hūi: armenti quoq; & magnos ouium greges, vltra omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalem.*

Poſt experiētiā boni honeſti naturalē uertiť ad delectabile, vt videat utrū & in eo ſit vanitas.

Nota ordinē, poſt vanitatem naturalium & fractionē naturalium diſſeriť de delectabili aīaliū.

Duo deſiderat Salo.

Riſus effectus lætitiæ & ſpecies ſtultitiæ.

Ebrietatis effectus.

Nota plenam authoris intentionem.

Conſeruaui etiam mihi argentum & aurum, & ſubſtantias regum & prouinciarum: feci mihi cantores cantatrices, & delitias filiorum hominum. Propoſuerat duo in genere, videlicet miſcere gaudium & videre bonũ: & conſequenter narrauit diſpoſitionem cordis ſui circa hæc: modo ab experientia manifeſtat vanitatem horum. In hac autem narratione expertarum diuitiarum & delitiarum, quia clara eſt non eſt expoſitione opus, ſed aliqua correptione litere. *Scyphos & urceolos in miniſterio ad uina fundenda.* Quot interpretes tot interpretationes: alii miniſtros vini & miniſtras: alii inſtrumenta muſica, alii mulieres electas ex preda, alii plauſtra & plauſtrula interpretãtur. Quo fit vt incerti reddamur: ſed materia non eget exacta diſcuſſiõe. *Et ſupergreſſus ſum opibus omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalem.* Superfluit dictio opibus. *Sapientia quoq; perſeuerauit mecum.* Deficit pronomen mea. Fatetur.n. ꝙ inter hæc non perdidit propriam ſapiẽtiam, & propterea quod ſubiungit. *Et omnia quæ deſiderauerunt oculi mei non negaui eis.* Intelligendum eſt ſeruata ſapientia. *Nec prohibui cor meum quin omni uoluptate frueretur, & oblectaret ſe in iis quæ præparaueram.* Iuxta hebræum legendum eſſet. *Nec prohibui cor meum ab omni lætitia, quia cor meum lætatum eſt de omni labore meo.* Cuiuſlibet laboris eius proſper ſucceſſus deſcribitur. *Et hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo.* Iuxta hebræum habetur. *Et hæc portio mea fuit, ex omni labore meo.* Fructus laborum ſuorum deſcribitur gaudium, ex eo ꝙ proſpere omnia ſuccedebant. *Cũq; me conuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram.* Non eſt in hebręo fruſtra: ſed. *Et in labore quo laboraui ad faciendum.* Contemplatus eſt.n. & opera quę fecerat, & laborem quem adhibuerat ad faciendum. *Vidi in omnibus uanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.* Iuxta hebræum legendum eſt. *Et ecce totum uanitas & fractio ſpiritus, & non reſiduum ſub ſole.* Concludit ꝙ vniuerſa congregatio diuitiarum, delitiarum, & gaudii apparuit uanitas fractioq; ſpiritus: quæ duo intellige ut ſupra. Tertium autem adiũctum hic (videlicet & nõ reſiduũ ſub ſole) apponitur ad ſignificandum ꝙ etiam apparuit nihil ſupereſſe homini ex his omnibus quę ſub ſole ſunt. Et directe reſpondet hæc particula quæſtioni in principio libri huius propoſitæ: videlicet quid ſupereſt homini in omni labore ſuo, quo laborabit ſub ſole? Reſpondet enim nunc, & ecce non ſupereſt ſub ſole. Hoc eſt præter fruitionem præſentium quę ſunt vana, & frangentia ſpiritum, nihil homini ſupereſt ad fœlicitatẽ hominis. Hæc.n ingrit.

Sciddah pro diuerſis accipit apud heb uñ Rabi Salo. & chaldeus interpræs interdum accipit pro canali aquarũ

Rñſio propoſitæ qõnis in prin.

Tranſiui ad contemplandam ſapientiam erroreſq; & ſtultitiam. Parui refert ꝙ iuxta hebręum habetur. *Et uerti me ego ad uidendum ſapientiam, & tricas, & ſtultitiam.* Superius in calce primi capituli dixerat, & dedi cor meum ad ſciendum ſapientiam, & ſciendum tricas, & ſtultitiam. Modo dicit ꝙ vertit ſe ad uidendam ſapientiam, & tricas, & ſtultitiam. Tũc.n. ſignificauit ſtudium ſuum adhibitum ad ſciendum hæc: modo vero ſignificat animum ſuum applicatũ ad diuitias & delitias uertiſſe ad diſcernendum inter ſapientiã, & tricas, & ſtultitiam, & rõnem huius verſionis ſubdit. *Quid eſt inquam homo ut ſequi poſſit regem factorem ſuum?* Longe aliter iuxta hebræũ habetur *Quia quid homo qui ueniet poſt regem quem iam fecerunt eum?* Manifeſte redditur ratio pręcedentis ſententię, dicendo quia. Quam rationem ut intelligas, aduerte ꝙ homo eſt animal ciuile ſuapte natura viuens ſub regimine regali, (vtpote perfectiſſima ciuilitate) nõ ſub quocũq; rege, ſed ſub rege libere electo ab eis. Nullus.n. niſi tyrannice fit rex niſi per electionẽ populi. Salomon itaq; dicendo quia quid homo, non loquitur de hominis ſubſtantia, neq; de homine uniuerſaliter, ſed de homine uiuente ſub rege electo ab ipſis. Et intendit rationẽ reddere quare uertit ſe ad diſcernendum inter ſapientiã, et tricas, & ſtultitiam: quia videlicet in iſtis conſiſtit quid eſt homo ſecundum illud quo diſcernitur homo ab homine. Diſcernitur.n. homo qui ueniet poſt regem, qui obediet regi, quẽ iam fecerunt eũ: hoc eſt electo ab eis, diſcernitur inquã ab homine qui ſeruit tyranno. Sapientia.n. dat homini vt uiuat ſub rege electo ab eis: tricæ autem & ſtultitiæ redigunt hominem in ſeruitutem tyrannorum & maloꝵ principum. Ratio itaq; uertendi animum ad diſcernendũ inter ſapientes, & ſtultos, & intricatos, eſt quia in his conſiſtit quid eſt homo ſeruans naturalem homini politiam: ac per hoc quid eſt homo perdens eam. ¶ *Et uidi quia tantum præcederet ſapientia ſtultitiam: quantũ differt lux a tenebris.* Senſus redditur: iuxta hebræum tamen legendũ eſſet. *Et uidi ego ꝙ eſt præſtantia ſapientiæ a ſtultitia: ſicut præſtantia lucis ab obſcuritate.* Sententia clara eſt. ¶ *Sapientis oculi in capite eius: & ſtultus in tenebris ambulat.* Poſt diſparitatem ſapientiæ a ſtultitia, deſcribit diſparitatem inter ꝓgreſſum ſapientis & ſtulti operando. Et ſtultum quidẽ uidit ambulare (hoc eſt progredi in opere ſuo tanquã ambulantem) in tenebris. Quo contra ſapientis oculos uidit in capite eius. Quod dupliciter intelligi poteſt, vel ꝙ ſapientis oculi ſecundum officium videndi, ſunt in capite (hoc eſt in principio operis) eius: ſtultus operatur tanq̃ in tenebris non videns finem (quod principiũ eſt) operis, nec uidens media congrua ad finem: ſapientis uero oculi vidẽt caput, hoc eſt principium operis qui finis eſt, & cõſequenter uident media. Vel methaphorica

Hõ eſt animal ciuile ſua pte natura uiuens ſub regimine regali.

Quæ dr̃ſa inter hominem & hominem.

Sapientis oculi in capite eius bifariam poteſt intelligi.

æ ſapientis oculi vident proprium caput reflexe tanquam in ſpeculo: eo ꝙ ſapientes primum noſcunt ſeipſos, & ſic omnia in luce operanẽ: ſtultus aũt ambulat in tenebris nõ cognoſcens ſeipſum. *Et didici ꝙ vnus utriuſq; eſſet interitus.* Iuxta hebræum habetur. *Et ſciui etiã ego ꝙ euentus unus eueniet omnibus ipſis.* Simul uidi diſparitatem tantã inter ſapientem & ſtultum, & ꝙ cõueniunt in euentibus: quia ſimilia eueniunt omnibus ipſis, ſapientibus ſcilicet & ſtultis. Hæc.n. ualde diſſonant. *Et dixi in corde meo: ſi vnus & ſtulti & meus occaſus eſt, quid mihi prodeſt ꝙ maiorem ſapientiæ dedi operam?* Interpræs mutauit euentum in occaſum. Nam iuxta hebræum habeẽ. *Et dixi ego in corde meo: ſicut euenit ſtulto, etiam eueniet mihi, & quare factus ſum ſapiens ego tunc magis?* Cogitaui mecum conferendo ſimilitudinem euentuum cum diſparitate ſapiẽtiæ: & quia ſicut euenit ſtulto, ita etiam eueniet mihi ſapienti, ideo vt quid ego tunc (hoc eſt olim) magis factus ſum ſapiens: hoc eſt ſtudui ut fierem & factus ſum ſapiens. *Locutuſq; cum mente mea, animaduerti ꝙ hoc quoq; eſſet uanitas.* Cautius iuxta hebræum habetur. *Et loquar in corde ꝙ etiam hoc uanitas.* Cum cogitaſſet ut quid factus ſum ſapiens: conſequenter ſecuta eſt locutio in corde ꝙ hoc (videlicet inſudare ſut fiam ſapiens) eſt uanitas. Recole prudens lector ꝙ in calce primi capituli dixit, ſciui ꝙ hoc fractio ſpiritus, & non ſupputauit iſtud inter vanitates: modo autem numerat illud inter uana, conferendo ad euentus ſimiles ſtulto & ſapienti. Vtrũq; autem uerificatur. Nam relatiue ad ueram hominis fœlicitatem, vana inuenitur humana ſapiencia & momentanea eſt, præter hoc ꝙ eſt afflictio ſpiritus. ℭ *Non.n. erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient. Moritur doctus ſimiliter ut indoctus.*

Fieri ſapiens eſt fractio ſpiritus ut dixit ſupra nunc & vanitas dicitur.

Declarat euẽtum unum atq; eũdem ſapientis & ſtulti quo ad duo: videlicet quo ad obliuionem & quo ad mortem. Nam contra immortalitatem famæ quæ debetur ſapienti & non ſtulto dicit ꝙ neutrius erit memoria in perpetuũ, eo ꝙ ſuperuenientibus diebus omnia erũt oblita: contra uitam vero naturalem dicit ꝙ moritur doctus ſimiliter ut indoctus. Hebraice tamen ſapiens & ſtultus nominantur. *Et idcirco tæduit me uitæ meæ, uidentem mala uniuerſa eſſe ſub ſole & cuncta uanitatem & afflictionem ſpiritus.* Iuxta hebræum habetur. *Et odi uitam: quia malum ſuper me opus quod factum ſuit ſub ſole: quia totum uanitas & fractio ſpiritus.* Prætulerat ſapientem ſtulto, ſubiungendo tamen ꝙ inſudare ſapientiæ etiam eſſet uanitas: colligit modo uanitates quinq; annexas ſapientiæ. Et propterea introducit ſeipſum, quem factum ſapientem paulo ante dixi, odio in primis habentem uitam eo ꝙ uidet, immo experitur opus uniuerſum quod fit ſub ſole eſſe malum ſibi ſeu ſupra ſe, & rationem ſubdit, quia totum eſt uanitas & fractio ſpiritus. Imprudentes.n. hæc non conſiderant, & ideo letam ducunt uitam: ego autem ſapiens odio habui uitam: quia repleta eſt malis. Omnia.n. quæ ſub ſole fiunt ſunt mihi mala, ingerunt mihi mœſtitiam, quia omnia ſunt uanitas & fractio ſpiritus. ℭ *Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui, habiturus hæredem poſt me, quem ignoro utrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus in eis quibus deſudaui & ſollicitus fui, & eſt quicquam tam uanum?* Clauſula hæc iuxta hebræum ſic habetur. *Et odi ego omnem laborem meum quo laboro ſub ſole, quia dimittam illum homini qui erit poſt me. Et qui ſcit an ſapiens erit uel ſtultus, & dominabitur omni labori meo in quo laboraui, & in quo ſapui ſub ſole: etiam hoc uanitas.* Secundam ſapientis uanitatem narrat, in propria quoq; perſona: odium videlicet laboris proprii relatiue ad ſucceſſorem. Conſiderat enim ſapiens ꝙ incertus eſt an ſucceſſor futurus ſit ſapiens vel ſtultus: & conſequenter ꝙ forte ſtultus dominabitur omnibus quæ ſapiens cum tanto labore, & cum tanta ſapientia effecit. Et propterea infert, etiam hoc eſſe vanitatem, & pronomen hoc, demonſtrat odium huiuſmodi laboris cum cauſa eius. ℭ *Vnde ceſſaui renunciauitq; cor meum ultra laborare ſub ſole. Nam cum alius laboret in ſapientia, & doctrina, & ſollicitudine, homini ocioſa quæſita dimittit, & hoc quoq; uanitas & magnũ malum.* Iuxta hebræum habetur. *Et uerti ego ad faſtidiendum cor meum ſuper omni labore quo laboraui ſub ſole, quia eſt homo cuius labor in ſapientia & in ſcientia & in rectitudine, & homini qui non laborauit in illo dabit ipſe partẽ ſuã: et hoc uanitas & malũ magnũ.* Tertia ſapiẽtis uanitas ĩtroducitur ĩet in ꝓpria pſona: & eſt faſtidiũ laboris relatiue ad priuationẽ eorũ q̃ tãto labore, ſapiã, atq; ſciã pticulariũ ſunt parta. Priuationem inquã, quia quãdoq; oportet ſapientem, ſcientem, ac rectum, dare partem ſuã homini qui nihil laborauit ſecum. Frequenter.n. accidit oportere dare huiuſmodi hominibus puta viris militaribus uexantibus, uel curialibus, uel tyrannis &c. Et hoc ſcilicet oportere dare partem ſuam ſic, non ſolum eſt uanitas, ſed malum magnum. Et ſimiliter effectus eius ſcilicet faſtidium laboris, & uanitas, & malum eſt magnum. *Quid enim proderit homini uniuerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritus qua ſub ſole cruciatus: eſt cunctis dies eius laboribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit. Et hæc nonne vanitas eſt?* Hæc quoq; clauſula iuxta hebræum habetur. *Quid enim eſt homini in omni labore ſuo & infractione cordis ſui quo laborauit ſub ſole. Quia omnes dies eius dolore affecti & ira exercitatio eius, etiam in nocte non quieuit cor eius: etiam hoc uanitas.* Quartam ſa

Euentus idẽ ſtulti & ſapientis quo ad duo.

Quinq; vanitates annexe ſapientiæ.

Prima vanitas.

Secũda vanitas.

Tertia vanitas.

Quarta vanitas in labore interno & externo die noctuq;.

pientis uanitatem introducit inquirendo, quis eſt fructus laborum exteriorum, & laboris interni, relatiue ad iuges labores, & iram in die, & inquietudinẽ animi in nocte. Experimur enim in die multas triſtitias, multaſq; iracundias, in iis in quibus exercemur: in nocte vero inquietudinem, ob ea quæ occurrerunt uel imminent agenda uel patienda. Et propterea reſpondendo interrogationi quid eſt homini, quis fructus ſupereſt homini de labore interno & externo, dicit, ꝙ eſt uanitas: *Nonne melius eſt comedere & bibere & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? & hoc de manu dei eſt.* Clauſula hæc iuxta hebræum habetur. *Non bonum in homine quã comedat & bibat & faciat uidere animã ſuam bonum in labore ſuo? etiam hoc uidi ego ꝙ de manu elohim ipſum.* Quinta ſapientis uanitas introducitur conſiſtens in duobus: videlicet cibo & potu, & frui bono fructu propriorum laborum. Introducit autem hanc uanitatem cum excluſione dicẽdo, nõ bonum in homine. Ex eo.n.ꝙ uita, labor, tempuſq;, ſapienti diſplicent, infert nullum aliud eſſe bonum in homine niſi paſcere ſeipſum, & frui fructu bono laboris proprii. Et qualificat huiuſmodi bonum, eo ꝙ uidit hoc concedi homini de manu (hoc eſt de operatione) elohim dei gubernantis uniuerſum. ¶ *Quis ita deuorabit & delitiis affluet ut ego?* Iuxta hebręum habetur. *Quia quis comedet & quis accelerabit extra plus me?* Ratio reddit utriuſq; dicti, videlicet nõ bonum in homine niſi comedere & bibere. Et quo ad cibum. Et potum, reddit rationem ex experientia in ſeipſo dicendo, quia quis comedet plus me? & quo ad uidere bonum proprii laboris rationes ſimiliter reddit expertus dicendo, & quis accelerabit extra pluſq̃ ego, accelerabit uidere bonum proprii laboris extrinſeci. Salomon.n. abundauit cibo maxime: ut ſcribitur. 3. Reg. 4. & celeriter edificauit templũ, tot palatia, & exercuit negociationes, omniũq; operũ ſuoꝝ ſucceſſus proſperos uidit. Et ppea ex propria experientia teſtat̃, non inueniſſe aliud bonum in homine q̃ hoc. ¶ *Homini bono in conſpectu ſuo dedit deus ſapiẽtiã & ſcientiã & lætitiã. Peccatori aũt dedit afflictionẽ et curã ſuperfluã, ut addat et cõgreget, et tradat ei qui placuit deo.* Deficit pria dictio. Nam iuxta hebręum habetur. *Quia homini qui bonus coram eo dedit ſapientiam & ſcire & lætari: & peccatori dedit occupationem ad colligendum & congregandum, ad dandum bono in conſpectu elohim.* Probat aliud quod dixerat: uidelicet etiam hoc uidi ꝙ de manu elohim. Probat autem ex diſparitate inter uirum gratum deo & peccatorem, relatiue ad gubernationem diuinam. Et conſiſtit diſparitas in hoc, ꝙ elohim homini bono in cõſpectu eius (hoc eſt grato ſibi) dedit ſapientiam, & ſcire, & lętari. In his.n. comprahenditur comedere, & bibere, & frui bono laboris proprii. Peccatori autem dedit quod occupetur ad multiplicandum opes, non ut ipſe peccator fruatur illis: ſed ut inuitus det bono in conſpectu elohim. Et ex hoc ꝙ deus priuat peccatorem fructu proprii laboris, apparet ꝙ donum dei eſt ꝙ homo fruatur bono ex proprio labore.

Quinta vanitas ĩ duobus conſiſtit.

Bonum duplex, in hõie.

Ratio vtriuſq; boni ex experientia.

Diſpariter interdũ deus bona iuſto & peccatori.

Aduerte prudens lector, afferri hæc a Salomone ad probandum ꝙ ipſemet uidit hoc eſſe donum elohim: & hauries ꝙ hæc quæ dicit de uiro grato deo & peccatore, uerificata uidit de Dauide patre ſuo homine grato deo, & de ammonitis. moabitis, ſiriis, & aliis peccatoribus qui congregauerunt opes non ſibi ipſis ſed dauidi. *Sed & hoc uanitas eſt & caſſa ſollicitudo mentis.* Iuxta hebræum habetur. *Et iam hoc uanitas & fractio ſpiritus.* Pronomen hoc: demonſtrat comedere, & bibere, & frui bono proprii laboris. Et eſt ſenſus, ꝙ q̃uis hoc ſit bonũ, & donum dei, eſt tamen uanitas, quia modice eſtimationis eſt, & fractio ſpiritus quia commune eſt hoc iuſtis & peccatoribus, ſapientibus & imprudentibus.

De ſubiugatiõe ſyrorũ & ammonitarum, 2. Re. 10. et. 11. De moabitis. 2. Re. 8. et. 1. Par. 18

CAP. III.

O*Mnia tempus habent: & ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cœlo.* Paruũ refert ꝙ hebraice habet̃. *Omnibus tempus: & tempus omni uolito ſub cœlis.* Poſtquã diſſeruit de uanitatibus, conferendo ſapientes cum ſtultis, proſequitur concionem de uanitate, conferendo opera hominum cũ opere dei, qđ inter humana efficit. Et inchoat collationem hanc, a definita uiciſſitudine temporum contrariarum actionum, quæ in hominibus & ab hominibus exercẽt. & primo in genere deinde in ſpecie. Et in genere quidẽm dicit duo, alterum ꝙ omnibus eſt tempus. Et quia dictio interpraetata tempus ſignificat tempus determinatũ, ideo ſenſus eſt, ꝙ cuilibet rei eſt tempus determinatum ſui eſſe: quando ſcilicet & quanto tempore eſt, alterum ꝙ nulli appetibili deeſt tempus, ita ꝙ per hæc duo ſignificatur ꝙ nullum appetibile ab homine priuatur tempore, ſed quandoq; eſt, & ꝙ quodlibet eorum habet ſuam periodum. Ambo autem manifeſtat inductiue, ex definita uiciſſitudine contrariorum. *Tempus naſcendi & tempus moriendi.* Incipit inducere quatuor contrarietates ſpectantes ad generationem & corruptionem. Quarum prima eſt inter naſci & mori, & ſi philoſophis creditur, æquale eſt tempus generationis & corruptionis ſecundum naturam: verbi gratia tp̃s quo

Collatio operis diuini & humani in genere & in ſpecie.

homo

homo perficitur eſt triginta quinq; annorum: tempus quoq; quo corrumpitur eſt triginta quinq; annorum. Et illud quidem ſpectat ad generationem, hoc autem ad corruptionem. Illud incipit a natiuitate: hoc autem terminatur ad mortẽ. *Tempus plantandi & tẽpus euellendi quod plantatum eſt. Tempus occidendi: & tempus ſanandi. Tempus deſtruendi & tempus ædificandi.* Plantare, ſanare, ſeu mederi, & ędificare, ſpectant ad generandũ: & eorum cõtraria (euellere, occidere, & deſtruere) ſpectant ad corruptionem. Prima quidem reſpectu uegetabilium, ſecunda uero reſpectu animalium, tertia autem reſpectu artificialium. *Tempus flendi: & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus plantandi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.* Iſte quatuor contrarietates, ad delectabile bonum ſpectant: & ubi ſcribitur. *Tempus plangendi.* Legendum eſſet. *Tempus lamentandi.* Verum quæſtio ſuboritur, quonam pacto inter contrarietates delectabilium & triſtium admiſcetur. *Tempus ſpargendi lapides: & tempus colligendi lapides.* Et dictio interprætata ſpargendi, ſonat proiiciendi. Colligere ſiquidem lapides uel proiicere, non ſpectat ad delectabile, niſi ſit ſermo de lapidibus præcioſis, quorum collectio delectat, & verum eſt certa currere tempora, quibus homines ſtudent colligendis lapidibus præcioſis, & rurſus alia obuenire tempora, quibus homines nituntur abdicare a ſe lapides præcioſos & quaſi proiicere illos, perinde ac ſi diceretur, tempus colligendi ornamenta, & tempus proiiciendi illa. *Tempus acquirendi: & tempus perdendi. Tempus cuſtodiendi: & tempus abiiciendi. Tempus ſcindendi: & tempus conſuendi.* Iſte tres contrarietates ſpectant ad bonum utile: nec egent expoſitione. *Tempus tacendi: & tempus loquendi. Tempus dilectionis: & tempus odii. Tempus belli: & tẽpus pacis.* Iſtę tres contrarietates ad homines quatenus eſt animal ſociale ſpectant. Locutio.n. & amor, & pax cum eorum contrariis, ad ſocietatem ſpectant humanam. *Quid habet amplius homo de labore ſuo?* Sententia redditur, hebraice tamen habetur. *Quæ præſtantia facientis in quo ipſe laborás?* Qua ſi dicat nulla. Huc.n. tendit uniuerſa dictorum temporum inductio, ad inferendum videlicet ꝙ homo laborans faciendo id quod facit, in nullo excellit, nulli præſtans remanet. Ex eo.n. ꝙ vnaquęq; hominis actio ſuo concluſa tempore tranſit, & contraria pariter ſuccedit, apparet ꝙ nihil ſupereſt facienti & laboranti. Viciſſitudines.n. contrariorum manifeſtant nihil ſupereſſe. Quia tñ ꝯcluſio hæc nõ eſt adhuc manifeſtata, iõ eccl'es manifeſtaturus eã, ſubiungit ſe luſtraſſe uniuerſam hoīs occupationem dicendo. *Vidi afflictionẽ quã dedit deus filiis hominũ, ut diſtẽdãtur in ea.* Iuxta hebræũ hr̃. *Vidi occupationẽ quã dedit elohim filiis Adam ad occupandũ ſe in ea.* Declaraturus propoſita, dicit ſe uidiſſe uniuerſa exercitia, quibus gubernator uniuerſi deus exercet homines, libero intercedente hominis arbitrio *Vniuerſa fecit bona in tempore ſuo.* Parui refert ꝙ in ſingulari numero ſcribitur. *Omne fecit pulchrum in tempore ſuo.* Vidi in hac luſtratione, ꝙ elohim quodlibet hominis opus effecit pulchrum, non ſemper ſed in tempore ſuo. Vidi contraria omnia prærecitata fieri a deo bona. & pulchra viciſſim, quodlibet in tẽpore ſuo. Et per hoc declarat uiciſſitudines temporũ ſupradictas, & bonas, & a deo gubernante uniuerſum eſſe. *Et mundum tradidit diſputationi eorum, ut non inueniat homo opus quod operatus eſt deus ab initio uſq; ad finem.* Dictio interprætata mundum, ſonat etiam perpetuum, & propterea legendum potius eſt. *Etiam perpetuum dedit in corde eorum a fine quo non inueniet homo opus quod fecit elohim a capite & uſq; in finem.* Quãuis uiderem ſingula contraria hominum opera, bona, ſeu pulchra non ſemper ſed ſuo tempore: attamen uidi etiam in corde hominum perpetuum, hoc eſt perpetuitatis appetitum. (Omnes.n. uellemus eſſe immortales) a fine quo perpetuitatis appetitu homo non inueniet opus dei a principio uſq; ad finem, hoc eſt ſecluſo perpetuitatis appetitu homo nihil inueniet diuini opis, eo ꝙ nihil diuini operis inquiret, nullum adhibebit ſtudium ad hoc ut ſciat opera quæ fecit deus a capite & uſq; ad finem, hoc eſt totum prætermittet. Aſcribit itaq; eccl'es humanum ſtudium ad inquirendum opera dei appetitui perpetuitatis, ita ꝙ ſine eo, nihil inquiret, nihil inueniet diuini opis. Et uerificari hoc apparet in philoſophis inquirentibus naturas rerum quæ ſunt opera dei amore perpetuitatis, ut eſſent ꝑpetui in memoria hominum. Quanta autem ſit uis appetitus perpetuitatis inditi humano cordi, teſtantur geſta etiam ethnicorum, & eorum qui nihil credunt cœleſtis patriæ. *Et cognoui ꝙ non eſſet melius niſi lætari & facere bene in uita ſua.* Iuxta hebræum legendum eſt. *Sciui quia non bonum in eis niſi lætari & facere bonum in uita ſua.* Inter uidendum opera hominum & ſingula tempore ſuo pulchra, & appetitum perpetuitatis in corde hominum, cognoui in primis ꝙ non eſt bonum in eis (ſcilicet operibus hominum) niſi lætari & benefacere, durante vita ſua, & per hoc reſpondet ad queſitum, quæ præſtantia facientis in quo homo laborat? Reſpondet enĩ ꝙ nulla eſt præſtantia, ſed hoc ſolummodo boni eſt in operibus hominum, lætari videlicet, & benefare quamdiu homo viuit. Et his adiungit. *Omnis enim homo qui comedit & bibit & uidet bonum de labore ſuo hoc donum dei eſt.* Iuxta hebræum habetur aliter conteſtus. *Et etiam omnis homo*

Quatuor contrarietates reſpectu gñationis & corruptionis.
Equale eſt tẽpus gñationis & corruptionis.

Triã rerũ gñã ſubiecta corruptioni & gñatiõi.

Quatuor contrarietates corrũpentes bonum delectabile.

Tres contrarietates circa bonum utile.

Tres contrarietates circa ſocietatẽ humanã.

Hoĩ contrarietates reſpectu diuinæ prouidentiæ, bona ſunt uniuerſi.

Ex appetitu ꝑpetuitatis orit ꝙ oẽs hoĩes natura ſcire deſiderant.

Oĩa vanitas præter amare deũ & illi ſeruire.

Oẽ datũ optimũ & oẽ donũ pfectũ de ſurſũ eſt.

ſui comedet, & bibet & videbit bonum in omni labore ſuo donum elohim ipſum. Sciui ẽt hoc quod ſuperius dixi videlicet eſſe donum dei gubernantis vniuerſum, ꝙ homo lætetur comedendo & bibendo, & videndo hoc eſt, percipiendo bonum laboris proprii. Vbi aduerte prudens lector ꝙ oratio concionantis creſcit. Nam ſuperius circa calcem præcedentis capituli, intuierat hæc eadem abſq; illa particula & benefacere: modo autem adiungit ꝙ bonum in operibus hominum, eſt non ſolum donari gaudio &c. ſed ẽt benefacere. & vtrunq; quãdiu homo vi-

Nã olã apud illos ſæculum ꝑpetuitatẽ æternitatem q; ſignificat interdum & pro longo tẽpore accipitur.

uit. *Didici ꝙ omnia opera quæ fecit deus perſeuerent imperpetuum.* Iuxta hebræum habetur. *Sciui ꝙ omne quod faciet elohim ipſum erit imperpetuum.* Dictio interpræatata perpetuum ſonare quoq; poteſt in ſęculum Et ſi legitur in ſæculum, ſenſus planus eſt, ꝙ quicquid facit deus illud erit in ſuo ſæculo, in ſua periodo. Si vero legitur imperpetuum, non eſt ſenſus ꝙ quicquid faciet deus erit perpetuum: quoniam multa faciet quæ corrumpentur, ſed eſt ſenſus ꝙ imperpetuum ſemper verificatur, ꝙ quicquid faciet deus ipſum erit. Dixerat itaq; ꝙ inter videndum opera hominum, ſciui non bonum &c. ſubiungit modo aliud cognouiſſe de operi-

Baſis totius diſcurſus.

bus dei dicendo. ſciui ꝙ omne quod faciet elohim ipſum erit. Hęc eſt baſis totius huius diſcurſus, ꝙ in tanta temporum humanarumq; rerum contrariarum viciſsitudine, erit illud quod faciet elohim, & non illud ad quod adnititur homo ſi aduerſatur, hoc eſt quãuis homo laboret, efficacia tamen proferendi opus eſt penes deum, non penes hominem. Illud enim quod faciet deus erit quantumcunq; homo conetur & laboret ad faciendum

Impletio diuinæ prouidentiæ infallibilis, ſaluo tamen libero arbitrio.

contrarium. *Non poſſumus ei quicquam addere nec auferre.* Parui refert ꝙ hebraicæ habetur. *Super illud non addendum: & ab illo non minuendum.* Cerne efficaciam diuini operis, non ſolum erit illud quod deus faciet ſed erit ſic, quod ab eo non poteſt aliquid ſubtrahi, nec ei poteſt aliqd addi. Ad ſi apertius dixiſſet. laboret homo quantum poteſt & vult, non minuet aut addet, ad id quod faciet deus. *Quæ fecit deus vt timeatur.* Iuxta hebræum habetur. *Et elohim fecit ꝙ timebunt a facie eius.* Non diſpoſuit deus gubernator vniuerſi tantam ac talem efficaciã ſuę

Præordinatio diuina & eius efficacia ad timorẽ non ad deſperationẽ aut præſũptionẽ manifeſta eſt.

operationis vt tolleret liberum hominis arbitrium: ſed vt homines timeant a facie dei, vt homines videntes tantam efficaciã in opere dei, timeant a facie dei operantis. Sciẽtes enim homines ꝙ non poſſunt addere aut minuere id quod facit deus, timere debẽt tantam poteſtatem nullo impedimento mutabilem. *Quod factum eſt ipſum permanet, quæ futura ſunt iam fuerũt, & deus inſtaurat quod abiit.* Parui refert ꝙ hebraicæ habetur. *Quicquid fuit iam ipſum, & quod erit iam fuit & elohim requiret perſecutum.* Liceat vſurpare perſecutum in ſignificatione paſsiua, ut reddatur hebraica veritas. Aduerſari videtur efficaciæ diuinæ gubernationis, tam quod in

Conciliatio præcedentium ca.

Sic & Abenezra interpretatur licet alii aliter.

primo capitulo dictum fuerat, nihil eſſe ſub ſole nouum, ꝗ viciſsitudo contrariorum in hoc capitulo dicta, & propterea ad excludendum huiuſmodi obiectionẽ dicit, ꝙ quis quod fuit eſt, & quod erit fuit, nihil propterea adimitur efficacię diuini operis, quia elohim eſt ille qui requirit perſecutum: hoc eſt qui inſtaurat illud quod paſſum eſt perſecutionem: hoc eſt qđ fugatum eſt quod deſiit eſſe. Confer prudens lector hæc de efficacia diuinę gubernationis dicta, (videlicet ꝙ illud erit abſq; additione & diminutione quod deus faciet, & ꝙ deus tempora contrariorum ſecundum viciſsitudines, & ſingula bona & pulchra facit in tempore ſuo,) cum laboribus & operibus hominum: & perpendes Eccleſiaſten differere quid ſupereſt homini laboranti, & argumentari ꝙ in operibus hominis nihil eſt boni niſi lætari &

Bñ correſpõdet timor efficaciæ diuinæ potentiæ.

benefacere, & hoc ipſum eſt donum dei, quia id erit quod deus facit, & non poteſt homo illud impedire, ac per hoc intelligendum reliquid, ꝙ nihil ſupereſt homini laboranti ex propriis operibus: ſed ex diuina gubernatione ſupereſt homini timere deũ gubernatorẽ oĩum. *Vidi ſub ſole in loco iudicii impietatem: & in loco iuſtitiæ iniquitatem.* Legendum eſt. *Et adhuc vidi ſub ſole: locus iudicii ibi impietas: & locus iuſtitiæ, ibi impietas.* Iudicii locus appellatur tribunal iudicũ quibus

In publicis, & priuatis impietas.

ius dici debet omnibus: locus vero iuſtitię appellatur quilibet, contrahens, emens, vendens, diſtribuens. Quilibet enim in actionibus ad alterum iuſtitiam ſeruare debet. Ait ergo ſe vidiſſe tam in publicis iudiciis, ꝗ in priuatis debitis, pro iudicio & iuſtitia impietatẽ.

Significanter autem dicit & adhuc vidi, ad inſinuandum ꝙ proſequitur luſtrationem tẽporum & operum hominis. *Dixi ego in corde meo, iuſtum & impium iudicabit deus: & tempus omnis rei tunc erit.* Deus nominatur elohim, & ultima particula habetur ſic. *Quia tempus omni uoluntati, & ſuper omne operi ibi.* Viſa impietate pro iudicio & iuſtitia, cogitaui in corde meo, futurum quãdoq; tempus in quo elohim iudicabit iuſtos & impios: quia elohim permittit nunc huiuſmodi impietates eo ꝙ ibi (hoc eſt poſt hanc vitam) erit tempus iudicandi tum omnem uoluntatem, tum omne opus. Sãcta cogitatio proculdubio eſt iſta, nec minus uera. *Dixi ego in corde meo de filiis hominum ut probaret eos deus.* Iuxta hebræum habetur. *Dixi ego in corde meo ſuper loquela filiorum hominis ad eligendum eos elohim.* Contrariam cogitationem introducit. Viſa. n. impietate

pro iudicio & iuſtitia, cogitationes contrarias in corde ſuo refert. Et prius quidem cogitaſ-
ſe de futuro poſt hanc vitam iudicio, deinde cogitaſſe oppoſitum, uidelicet, ꝙ forte nullum
ſupereſt iudicium, poſt hanc vitam. Argumentatur ſiquidem, ad vtranqꝫ partem. Et quoniã
locutio eſt actus rationis ſecundum quam homo præſtat cæteris animalibus: propterea in
tendens vertere in dubium immortalitatem animæ, argumẽtum inchoat ab hoc ꝙ deus ele
git homines, ex cunctis animalibus ad loquendum. Soli enim homini præſtitum eſt vt lo-
quatur. Super hac excellentia hominis, dixi in corde meo deũ elegiſſe homines (proculdu-
bio ex omnibus animalibus) ad huiuſmodi excellentiam. *Vt oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis.* Veri
tas hebraica a nullo interprete mihi noto reddita eſt. Nam iuxta hebræum habetur. *Et ad vi
dendum quid ipſi beſtia ipſi ad ipſos.* Dixi in corde meo deum elegiſſe homines ad duo officia, hoc
eſt ad loquendum & ad uidendum quid ſunt homines, videlicet ꝙ ſunt beſtiæ tales ſcilicet,
ipſi ad ipſos. Et eſt ſenſus ꝙ homo eſt beſtia ciuilis. Et ſignificatur ad literam ꝙ homo eſt
ſub genere beſtiæ, in hoc prę̨ſtans brutis animalibus, ꝙ eſt beſtia politica. Politiam.n. ſeu
ciuilitatem ſignificauit apponendo ipſi ad ipſos. Conſiſtit enim ciuilitas in cõmunionẽ ho-
minum ad homines. Et hunc eſſe germanum ſenſum, ſubiuncta teſtantur, dum probant

Hõ beſtia ciuilis.

hæc ex communibus homini & aliis animalibus. Cogitauit itaqꝫ in corde ſuo ꝙ homo eſt
ſub genere beſtiæ (vtpote beſtia politica, ac per hoc mortalis ſicut pecora, nulli poſt hanc
vitam iudicio obnoxius,) excedens tamen cętera animãria tam in ſermone exteriori, q̃ in vi
ſu interno: quia ſolus homo loquitur & ſolus homo videt quid eſt. *Idcirco unus interitus eſt
hominis & iumentorum, & æqua vtriuſqꝫ conditio.* Iuxta hebręum habetur. *Quia euentus filiorum homi-
nis & euentus beſtiæ, & euentus unus eis.* Incipit probare hominem eſſe ſub genere beſtiæ, ex eo
ꝙ conueniunt in hoc, videlicet quod tam homini, q̃ beſtiæ euenit: hoc eſt pręter opera-
tionem laboremqꝫ proprium multa eueniunt, & quod magis vrget, vnum euentus eſt eis:
hoc eſt ſimilia eueniunt eis, homini ſcilicet & brutis, vt patet in multis communibus homi-
ni & pecoribus. *Sicut moritur homo ſic & illa moriuntur, ſimiliter ſpirãt omnia: & nihil habet homo iumento am-
plius.* Iuxta hebræum habetur. *Sicut mori iſtud, ſic mori iſtud, & ſpiritus vnus omnibus & amplius homini
quã beſtiæ non.* Poſt cõmunitatem euentuum: affertur communitas tam modi moriendi quã
ſpiritus. Eodem enim modo videmus mori homines, & pecora, & vnus atqꝫ idem eſt ſpiri-
tus omnibus. Non eſt perſpicuum an nomen ſpiritus in hoc loco ſignificet flatum quo viui
mus homines & pecora (vnum ſiquidem eundemqꝫ aerem reſpirando viuimus) an ſignifi
cet animam, ita ꝙ cogitauerit vnius generis eſſe animam hominis & animam pecoris. Pri-
mus ſenſus nullam habet difficultatem, & eius veritas patet manifeſte. Secundus autem co-
gitatus non aſſertus intelligendus eſt. Et huic ſenſui quadrat ſubiuncta particula, videlicet
ꝙ non eſt amplius homini q̃ pecori, ꝙ nihil ſuper eſt hominis magis quã pecoris. Hoc.n.
proprie ſanant hebraica. *Cuncta ſubiacent vanitati.* Iuxta hebræum habetur. *Quia omnia va-
nitas.* Ecce ratio quare nihil plus ſupereſt hominis quã beſtiæ: quia omnia ſunt vanitas, hoc
eſt inſtabilia & nullius æſtimationis. *Et omnia pergunt ad locum vnum: de terra facta ſunt & in terram pa
riter reuertuntur.* Dictio interpretata terra, ſonat. *Puluerem.* Et iuxta hebræum appoſitiue
abſqꝫ coniunctione ſubiungitur, declarando omnium vanitatem, omnia ad vnum ire locũ,
hoc eſt puluerem, quia omnia de puluere facta ſunt, & in puluerem reuertentur. ¶ Etiam
quoniam obiici poteſt ꝙ hæc verificantur de corporibus hominum & pecorum: ſecus autẽ
de ſpiritibus hominum & pecorum, propterea ad hanc obiectionem excludendam ſubiun
git. *Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum: & ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum.* Parui re
fert ꝙ iuxta hebræum habetur. *Deorſum in terram.* Ecce verba argumentantis ad uertendũ
in dubium immortalitatem animæ. Nam per aſcendere ſurſum, intelligit animam homi-
nis ire ex corpore ad diuinũ tribunal, quod eſt eſſe immortalem, & recipere a deo præmiũ
vel penam. Per deſcenſum vero deorſum appoſitiue ad terram, animam brutorum corrum
pi ꝑ reſolutionem in terrã, hoc eſt in elementa de quorꝫ potẽtia educta eſt ab agentibus na-
turalibus. Vertit autem in dubium negando ſciri ab homine diſparitatem talem. Nam
dicendo quis ſcit perinde dicit, ac ſi dixiſſet nullus ſcit. Et quãuis argumentando loquatur,
dicit tamen verum negando ſcientiã immortalitatis animę noſtræ. Nullus.n. philoſophus
hactenus demonſtrauit animam hominis eſſe immortalem, nulla aparet demonſtratiua
ratio, ſed fide hoc credimus, & rationibus probabilibus conſonat. *Et deprehendi nihil eſſe melius
quã lætari hominem in opere ſuo.* Iuxta hebræum habetur. *Etiam vidi quia non bonum a qui lætabitur homo
in operibus ſuis.* Iterum (immo tertio) eandem infer concluſionem: videlicet ꝙ non eſt bonũ
in humanis, niſi lætari in operibus propriis. Diſputato enim iudicio poſt mortem & in du
bium redacto, dimittendo incertum & complectendo certum, infert. Et vidi quia non bo-

Cõſcitio ſpũs vł pro aere uel pro aĩa accipiť.

O ĩa in puluerem.

Vñ in prin. gen. ẽ eadẽ dictio aſ ubi tex. cõis hẽt de limo terre ꝛc.
Vertiť in dubiũ animæ immortalitas.

Loquiť ſm opinionem epicureorũ ut quidã interpretantur.
Aſtruit ſuã poſitionem cõtra D. Th. 1. con. ca. 61. et. 62. in fine. et. 69. vel. 70. et. 12.

num inuenitur extra hominẽ qui lætatur in opere ſuo,hoc eſt quia non eſt bonũ niſi in præſenti vita lætari in propriis operibus,et rationem ſubiungit. *Et hanc eſſe partem illius*. Iuxta hebræum habetur. *Quia id pars eius*. Ecce ratio quare in hoc conſiſtit bonum hominis: quia id(hoc eſt lætari in propriis opibus)eſt pars hominis,eſt ex toto uniuerſo pars quę beat hominem: ita ꝙ nihil plus debetur homini, quemadmodum ſortitus portionem ſuam nihil aliud iure expectat. *Quis enim eum adducet vt poſt ſe futura cognoſcat?* Legendum eſſet. *Videat*. Ratio redditur quare lætari in propriis operibus eſt portio hominis ex ignorantia futuri poſt mortemtquia quod futurum eſt poſt ſe nullus videt. Nullus.n.videt id quod futurum eſt poſt mortem propriam: Hinc.n.præſenti debet homo frui bono,neſcius futuri.

CAP. IIII.

VERTI *me ad alia*. Parui refert,ꝙ iuxta hebræum habetur. *Et reuertar ego*. Tanquã digreſſus in præcedenti capitulo ad diuina opera iuerat diſſerendo: & propterea ad humanas actiones &paſſiones rediturus,dicit reuertar ego,conſiderando & diſſerendo de humanis interſeſe.Intendit.n.in hoc capitulo conferre humana interſeſe, comparando illa adinuicem ſecundum rationem boni & mali. Hic.n.eſt ordo contextus. *Et uidi calumnias quæ ſub ſole geruntur*. Iuxta hebræum habetur. *Et uidi omnes oppreſſiones quæ fiunt ſub ſole*. Ecce terminus reuerſionis,conſideratio oppreſſionum omnium quæ inter homines fiunt. *Et lachrymas innocentium,& neminem conſolatorem*. Legendum eſſet. *Et ecce lachrymæ oppræſſorum,& non eis conſolator*. Sententia clara eſt.Apparent.n.iugiter oppreſſi flentes abſq; conſolatore. *Nec poſſe reſiſtere eorum uiolentiæ cunctorum auxilio deſtitutos*. Iuxta hebræum habetur. *Et de manu opprimentium eos uis:& non eis conſolator*. Prius uidit oppreſſos abſq; conſolatore flentes,deinde uidit uiolentiam opprimentium etiam abſq; conſolatore:ut prius oppreſſos in genere,deinde oppreſſos uiolentia intelligamus uiſos. ¶ *Et laudaui magis mortuos*. Extenſius legitur iuxta hebræum. *Et laudãs ego mortuos qui iam mortui ſunt,præ uiuis,qui ipſi uiui hucuſq; ipſi*. Aduerte prudens lector in hoc capl'o cõferri humanas res inter ſeſe adiecta ꝯparatione:& ꝑpea uiſis oppreſſis exaggerat miſeriam eoꝝ,ꝓferendo mortuos uiuentibus.Qd aũt adiungit qui iammortui ſunt:id dr̃iam eoꝝ q inter oppreſſiones moriunt̃ dicit,ſignificãdo bñ actum fuiſſe cũ illis qui nõviderũt hoĩum

4.Re.22.d. oppreſſiões,q mortui ſunt añ tp̃s oppreſſionũ,vñ & Ioſię regi ꝓ bñficio ꝓmitit̃ ꝙ morieť

4.Re.20.d. añ tp̃s future oppreſſionis: & Ezechias rex audita captiuitate Babilonica futura,pro gratia reputat pacem in diebus ſuis. Melioris itaq; ꝯditionis cenſent illos præmortuos,q̃ illos qui perſeuerant in hac uita tempore oppreſſionũ abſq; conſolatore. Illi.n. nõ ſentiunt oppreſſiones:iſti autem experiuntur eas in ſeipſis. ¶ *Et fœliciorem utroq; iudicaui qui nec dum natus eſt nec uidit mala quæ ſub ſole fiunt*. Iuxta hebræum habetur. *Et meliorem ambobus qui adhuc non fuit:qui non vidit opus malum quod factum fuit ſub ſole*. Comparatio clara eſt.Et ratio quare præfert tam præmortuis q̃ uiuentibus inter oppræſſiones eum qui adhuc non fuit,redditur in litera,ex eo ꝙ nõ vidit opera mala tam culpę,q̃ pœnę quæ facta ſunt ſub ſole. Non pręfertur is qui adhuc non fuit ex aliqua quã habeat bonitate ſed ex negatione mali. Carere.n.malo rationem bo-

Non eſſe quomodo melius q̃ eſſe in miſeria. ni inducit. Et pœnes hanc diſparitatem(videlicet ꝙ tam præmortui q̃ perſeuerantes in uita viderunt ſeu uident opera mala ꝙ ſine triſtitia fieri nequit.Ille autem qui adhuc non fuit exemptus eſt ab huiuſmodi malo)præfertur iſte illis,& nõ abſolute:& propterea queſtionis ſcrupulo caret ſententia hæc. *Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominum & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi*. Iuxta hebræum habetur. *Et uidi ego omnem laborem & omnem rectitudinem operis, ꝙ ipſa inuidia uiri de proximo ſuo*. Poſt iniurias oppreſſionum ſpectat ad iniurias inuidię,qui-

Inuidia inter pares,oppreſſio a ſuperioribus. bus patent tum labores fructuoſi,tum rectitudines operum. Et malum hoc inter ſocios verſatur.Inter pares.n.eſt inuidia,oppreſſio autem a ſuperioribus infertur. *Et in hoc ergo uanitas & cura ſuperflua eſt*. Iuxta hebræum habetur. *Etiam hoc uanitas & fractio ſpiritus*. Nulla infertur comparatio:ſed ſupputatur miſeria hæc inter vanitates & fractiones ſpiritus. Vere ſiquidẽ frangitur diſplicentia ſpiritus eius cui inuidetur,& modici momenti eſt inuidiis aliorũ patere. *Stultus complicat manus ſuas & comedit carnes ſuas dicens*. Dictio interprætata complicat, ſonat. *Amplectitur*. Et ſuperfluit dictio dicens, interprçs illam addidit, & deſtruit ſenſum germanum, tertio nanq; loco diſſerit eccleſiaſtes inter extrema laboris,& præfert mediũ vtriq;

Deſcribit pigera duabus conditionibus. extremo: inchoans ab extremo altero quod eſt pigritia ſub appellatione ſtulti,deſcribendo pigrum a duobus conditionibus, altera eſt complecti manus proprias, hoc eſt tam charas habere manus,ꝙ complectiiur eas,ſeruando eas ab exercitiis. Altera eſt comedere carnem ſuam,hoc eſt conſumi ſeu conſumere ſeipſum. Qui.n.non laborat,caret paſtu: ac per hoc

conſumit carnem propriam patiendo famem. Macreſcit.n.& macreſcere eſt comedere carnem propriam. *Melior eſt pugillus cum requie, quã plena utraq; manus cum labore & afflictione animi.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Melius implere volam requie, quã replere pugillos labore & fractione ſpiritus.* Alterum extremum eſt, implere manus cum labore corporis & fractione animi. & huic extremo præfertur medium, videlicet implere volam cum requie: hoc eſt laborare mediocriter ad implendum volam, hoc eſt ad acquirendum quantum ſufficit. Pigro.n. deſunt neceſſaria, implenti autem pugillos labore & fractione ſpiritus, multa ſuperfluunt, contentus plenitudine vole, quieſcit abſq; ſollicitudine vt diteſcat. Cerne hic conferri humanum laborẽ, & deſpecto pigro præferri anxiis laboribus ad cumulandum res eum, cuius appetitus quieſcit in plenitudine vole. *Conſiderans repperi & aliam vanitatem ſub ſole.* Iuſta hebręum legendum eſſet. *Et reuertar ego & vidi vanitatem ſub ſole.* Reuerſio ſignificat ꝙ iterũ ad conſiderandum laboris exceſſum applicaturus erat mentem. Quarto.n. loco comparaturus vnum multis, occaſionem accipit a vanitate viſa ſub ſole in hac reuerſione. *Vnus eſt & ſecundum non habet. Non filium non fratrem & tamen laborare nõ ceſſat: nec ſatiantur oculi eius diuitiis nec recogitat dicens. Cui laboro & fraudo animam meam bonis?* Sententia clara eſt, & tanto clarior, quia ĩterpræs inſeruit tres illas dictiones. Nec recogitat dicens, quæ ſub intelligende erãt, eo ꝙ in hebræo non hñtur. *In hoc quoq; vanitas eſt & afflictio peſſima.* Iuxta hebræum habetur. *Etiam hoc vanitas & occupatio mala ipſa.* Non eſt opus expoſitione. *Melius eſt ergo duos eſſe quã vnum. Habent enim emolumentum ſocietatis ſue.* Iuxta hebręum habetur. *Meliores duo quã vnus: quibus eſt eis merces bona in labore eorum.* Ecce comparatio nata ex miſeria laborantis vnius abſq; filio, abſq; fratre, &c. Nec præfert vni duos abſolute ſed duos quibus eſt merces bona in labore eorum. Et addidit hanc conditionem, ad differentiam duorum qui non inueniunt mercedem ſufficientem pro vtroq;. Vbi enim ſunt duo non inuenientes mercedem bonam, vtriq; alter alteri nocet, & ideo non ſunt duo meliores vno. Hoc autem ſepe accidit in paruis oppidis. *Si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Ve ſoli quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe. Et ſi dormierint duo; fouebuntur mutuo: vnus quomodo caleſiet. Et ſi quiſpiam præualuerit contra vnum duo reſiſtunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur.* Tripliciter manifeſtat duos præferri vni, primum a caſu, deinde a calore, & tertio a pugna, quibus adiũgit, quarto exemplum ab in animatis videlicet, ꝙ funiculus triplex non cito rumpitur. *Melior eſt puer pauper & ſapiens: rege ſene & ſtulto.* Quinto comparat hominem trium conditionum (videlicet pueritie, paupertatis, & ſapiẽtię,) homini oppoſitas habenti conditiones, ſcilicet ſeni regi & ſtulto. Et declarando ſtultitiam ſubiungit. *Qui neſcit præuidere in poſterum.* Iuxta hebræum habetur. *Qui non ſciuit curam habere adhuc.* Imperfecta eſt oratio, niſi ſequenti iungatur particule. *Quod de carcere catheniſq; interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia conſumatur.* Senſus redditur, quãuis obſcurius iuxta hebræum ſcribatur. *Quod de domo ſetorum exiuit ad regnandum ꝙ etiam in imperio ſuo natus pauper.* Stultitia regis ſenis deſcribitur, penes hoc, ꝙ adhuc in tanta ætate neſciuit habere curam diuerſorum euentuum, videlicet ꝙ contingit e domo fetorum (qualis eſt carcer vilis male olens) exire aliquem ad regnandum, & econtra natum in regno contingit fieri pauperem. Præfert itaq; puerum pauperem & ſapiẽtem, ſeni regi & ſtulto, ſic ꝙ neſcit conſiderare euentus qui poſſunt regibus accidere. *Vidi cunctos viuentes qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo qui conſurget pro eo:* Multitudo expoſitionum a Hyeronimo recitata, inuitat me ad præmittendum ſummarium totius huius clauſule, & eſt ꝙ rege exiſtente ſene & ſtulto, omnes tam moderni, ꝗ priores, & poſteriores, ſecũdam in regno perſonam ſequntur ad regnandum, abiiciendo ſenem. Vide ſingula in litera. Ad probandum enim ꝙ propoſuerat (deterioris ſcilicet conditionis fore regem ſenem ac ſtultum, paupere puero & ſapiente) introducit ſe vidiſſe ruinam regis ſenis ac ſtulti ab adoleſcente, ſecunda regi perſona dicendo. Vidi omnes viuentes ambulantes ſub ſole (hoc eſt viuentes præſenti tẽpore) cum adoleſcente ſecundo a rege ſene, hoc eſt ſecundũ locum tenentem in regno. Hic eſt enim cõmuniter primogenitus. Et ad explanandum in qua re cum adoleſcente vidit modernos ſubdit, qui ſtabit pro eo, hoc eſt qui regnabit pro ſene, hoc eſt ad regnandum pro ſene. Et ex eo ꝙ vidit omnes pronos ad ſequendum adoleſcentem ſecundam regni perſonam ad regnandum pro ſene qui non curauit de euentibus, abiectio inſinuatur regis ſtulti ſenis. Et ne putares huiuſmodi inclinationem eſſe in modernis tantum (Viderat.n. eam Salomon bis, ſemel quando Abſalon vſurpauit ſibi regnum, & iterum quando Adonias inceperat vendicare ſibi regnum) adiungit, hunc rumorem fuiſſe apud priſcos, & futurũ apud poſteriores. Et de priſcis quidem dicit. *Infinitus numerus eſt populi omnium qui fuerunt ante eum, & qui poſtea futuri ſunt non letabuntur in eo: ſed & hoc vanitas & afflictio ſpiritus.* Iuxta hebræum habetur. *Non finis omni populo, omni qui fuit ante eos.* Et eſt ſenſus ꝙ infiniti ſunt populi qui fuerunt ante iſtos modernos,

Medium laudabile.

Tripl' duo pferunt vni.

2.Re.25.
3.Re.1.

ſimiles iſtis modernis in ſequela adoleſcentis ſecũdi. De futuris autem ſubdit iuxta hebręũ. *Et poſteri non lætabuntur in eo.* Rege ſene at ſtulto: ſed deiicient eum a regno, ſequentes adoleſcẽtem ſecundum. *Quia etiam hoc uanitas & fractio ſpiritus.* Vidi ꝙ hoc quoq; (ſcilicet meliorem eſſe puerum pauperem & ſapientem rege ſene ac ſtulto) inter humanas ſupputandum eſt vanitates & afflictiones ſpiritus, & verum eſſe proſpicuum eſt. *Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum dei, et appropinqua ut audias. Multo enim melior eſt obediẽtia quã ſtultorũ uictime.* Iuxta hebræũ habetur. *Cuſtodi pedem tuum quando ibis ad domum elohim: & propinquior ad audiendum quã ad dandum ſtultorum ſacrificium.*

Ca. 5. hic incipit.

Hic incipere deberet capitulum quintum, quoniam hic ad nouam tranſitur materiam, & nonum concionandi modum. Hactenus.n. eccleſiaſtes diſſeruit de vanitatibus argumentãdo hinc & inde, modo concionem proſequitur per modum exhortantis, & monentis ad ea quę religionis ſunt, ita ꝙ non vertit religionem in dubium argumentando, nec ſupputat religionis actus inter vanitates, ſed inter tractandum de vanitatibus, miſcet inſtructionem de religionis actibus, hortando ad illos tanquã in dubie bonos cum debitis circunſtantiis. Tractat autem actus religionis quinq;, inchoando ab auditione legis. Vbi aduerte prudens lector ꝙ in hoc primo de religione capite, tangit duos actus, videlicet audire lectionem ſeu prædicationem diuini verbi, & dare ſacrificium ſtultorum, & ꝓfert auditio diuini verbi, oblationi pro ſacrificio ſtultoꝝ. Appellat aũt ſacrificiũ ſtultorũ qđ ex ſtulta procedit fiducia, quale eſt cum quis putat ſacrificio placare deum, & tñ impenitens eſt. Reſpexit.n. deus Abel & munera eius, & non econtra. Monet itaq; hominem vt pergens ad domum elohim (hoc eſt ad templum, vbi & offeruntur ſacrificia, & predicatur verbum dei,) curam habet pedis proprii: hoc eſt greſſus proprii, vt dirigat greſſus ſuos verſus locum doctrinæ, potius q̃ ad locum oblationis animalium ſeu munerum pro ſacrificio ſtultorum, hoc eſt pro ſacrificio confidendo in ipſo ſacrificio. Et rationẽ ſubdit. *Quia neſciũt quid faciũt mali.* Iuxta hebræũ habetur. *Quia non ipſi ſcientes ad faciendum malũ.* Et eſt ſenſus. Quia ipſi ſtulti neſciunt, ꝙ eundo ad huiuſmodi oblationes, pergunt ad faciendum malum, eundo autem ad audiendũ diuinum verbum, pergunt ad bonum. Sed ſuboritur queſtio, ex eo ꝙ huiuſmodi ſacrificia ſtultorum quãuis non ſint grata deo, non ſunt tamen peccata, & conſequentur euntes ad huiuſmodi oblationes non pergunt ad faciendum malum. Solutio eſt ꝙ oblationes procedentes ex fiducia, ꝙ ſacrificia iuſtificent hominem aut impetrent a deo, ſunt peccata quæ ipſi imprudentes neſciũt, vnde & ſcriptum eſt in prouer. Victime impiorum abominabiles domino. Simili nanq; ratione victime ſtultorum quatenus ſtulti ſunt, peccata ſunt. Stultitie enim actus, ſtultos oportet eſſe, ac per hoc malos.

Q uinq; actus religionis ad quos hortatꝰ eccleſiaſtes.

Nota duos primos actus religionis.

Sacrificiũ ſtultorũ q̄le Geñ. 4. a.

Q ueſtio ſuborta.

Solutio.

CAP. V.

Ne temere quid loquaris: neq; cor tuum ſit uelox ad proferendum ſermonem coram deo. Deus.n. in cœlo, & tu ſuper terram. Iuxta hebræum habetꝰ. *Non accelerabis ſuper os tuum: & cor tuũ non feſtinabit ad proferendum ſermonem in conſpectu elohim.* Actus ſecũdus religionis dirigitur, monendo, ut ſupplicatio ſeu oratio qua homo præcatur deum, careat feſtinatione tam in corde q̃ in ore. *Quia elohim in cœlo & tu ſuper terram.* Ratio non feſtinandi redditur, ex præſentia dei indiſſolubili, cœlum ſi quidem eſt ſemper præſens terrę, & econtra: nam nec cœlum a terra, nec terra a cœlo elongatur: ac per hoc ꝙ deus eſt in cœlo, & tu ſuper terram omnis euacuatꝰ timor abſentie imminentis, tam ex parte dei, q̃ ex parte tui. Imminens autem abſentia uel audictis, vel loquentis, ratio eſt feſtini ſermonis. Dicendo itaq; quia elohim in cœlis & tu ſuper terram, rationem feſtinandi tollit. Nulla.n. eſt ratio feſtine elocutionis, vbi iugis eſt hinc inde ex parte loquentis & audientis præſentia. ubiq; & ſemper alloqui potes deum in cœlo exiſtentem tu in terra exiſtens: & ideo nec corde, nec ore, feſtinandi ſubeſt ratio. Contra quod agunt tam qui miſſam & orationes feſtinanter dicunt? q̃ qui cor vertunt ad deum & diuina ferè in momento temporis. *Id circo ſint pauci ſermones tui multa obſcura ſequuntur ſomnia: & in ſermonibus inuenietur ſtultitia.* Dictio interpretata idcirco anceps eſt ad idcirco vel ad ſuper ſic: & hoc in loco quadrat potius vt interpretetur ſuper ſic: quoniam iuxta hebraicam veritatem ſubiungitur ratio huius documenti dicendo: *quia uenient ſomnium in multitudine occupationis: & uox ſtulti in multitudine ſermonum.* Ex eo.n. ꝙ ſubditur quia inſinuatur ꝙ quadrat legere ſuper ſic erunt ſermones tui pauci, & eſt ſenſus, quia ſup hac materia diuinę ꝑñtię & ſupplicationũ quę offeruntꝰ deo, ſint ſermones tui pauci, ingrendo, diſputando, aſſerendo, q̄ones mouendo. Et rõ redditur adiuncta ſimilitudine: quia quemadmodũ ſomnia ſurgunt in homine multarũ occupationum,

Directio ſecũdi actus religionis.

Ratio feſtinæ locutiõis, eſt timor iminentis abſentiæ auditoris.

Miſſas & orationes ne feſtines.

cupationum,ita vox ſtulta ſurgit in multitudine verborum. Multæ.n.occupationes in vigilia multiplicant phantaſmata ex quibus ſurgunt ſomnia indormiente,& ſimiliter multitudo ſermonum de rebus tamē occultis & arduis,ꝑducit aliquam ſtultitiæ vocem. Vt ſerues ergo temet ipſum a periculo proferendi ſtultam vocē de diuinis,pauca loquere de hac materia. *Si quid nouiſti deo.* Parui refert ꝙ iuxta hebreum habetur. *quando uouebis uotum elohim,non tardabis ad reddēdum illud.* Poſt orationem tractat de uoto quo promittitur aliquid deo. Monet autem in primis,ut tollatur tarditas ad reddendum uotum. Nec dicit ut ſtatim reddas, nec prohibet tempus medium:ſed prohibet tarditatem,quæ non eſt niſi vltra tempus decretum differatur. *Diſplicet.n.ei infidelis & ſtulta promiſſio.* Iuxta hebræum habetur. *Quia non uoluntas in ſtultis.* Et eſt ſenſus,quia non placent deo ſtulti, quia non eſt beneplacitum deo in ſtultis. Et ſignificatur per hoc ex ſtultitia proficiſci tarditatem exoluendi uotum. Vere.n.ex paucitate iudicii prouenit,ꝙ homo non veretur uiolare fidem polliciti deo temporis. *Sed quodcūqȝ uoueris redde.* Superfluit dictio ſed. Alterum documentum circa uotum eſt,ut reddatur deo illud met quod promiſſum eſt. ¶ *Multoqȝ melius eſt non uouere quam poſt uotum promiſſa non reddere.* Sētentia redditur:& ratio dictorum redditur. Abuſiuam tamen intellige comparationē, quēadmodum cum dicitur nix albior coruo. Sic.n dicitur melius nō vouere,q̄ uotum non reddere. Nam uotum non reddere tam aliennm eſt a bono,ut ſit malum perfidie: non vouere autem nihil ſonat mali,& relatiue ad non reddere ſortitur rationem boni. *Ne dederis os tuū vt peccare facias carnem tuam.* Ore utimur ad tria:videlicet ad comedendum,ad loquendū,ad oſculandum. Et quoniam litera ſonat,non dabis os tuum ad faciendum peccare carnem tuam, ſi intelligimus dare os cibo & potui,ſenſus eſt,non dabis os tuum gule ad faciendum peccare carnem tuam luxuria. Sine cerere.n.& baccho friget venus. Si uero intelligimus nō dabis os tuum ad oſculandum,manifeſta eſt ſequela venereorū. Si autem intelligimus de officio loquendi,ſenſus eſt,non aſſuefacies os tuū ad ſermones facientes peccare carnem tuā, ad ſermones de uenereis. Hoc eſt.n.dare os ad faciendum peccare carnē in uenereis. Et hic ſenſus ut germanus complectendus uidetur. Quadrat.n.ſubiunctis. *Neqȝ dicas coram angelo nō eſt prouidentia,ne forte iratus dn̄s cōtra ſermones tuos diſſipet cuncta opera manuum tuarum.* Iuxta hebræum habetur. *Et non dices in facie angeli quia error ipſe.* Hoc eſt non excuſabis peccatum carnis, dicendo ipſum eſſe inuoluntarium tanquam errorē. Error.n.inuolūtarius ſuapte natura eſt. Et quoniam dicere hoc contingit dupliciter(uel ioco uel ſerio)ideo admonendum ne huiuſmodi excuſatio dicatur ſerio,adiungitur in facie angeli,ponderantis animum quo dicuntur verba. Rurſus quia excuſatio iſta redundat in iniuriam creatoris(tanquam deus dederit nobis carnem malam moraliter,utpote facientem peccare nos inuolūtarios in peccatis venereis) ideo ſignificāter dicit,& non dices in facie angeli,proculdubio dei,in facie nuntii dei id q̄d vergit in iniuriam dei. Et hinc prudens lector habes ꝙ deus eſt non ſolum per ſeipſum p̄ns vbiqȝ,ſed ꝙ angeli eius adſunt nobis ubiqȝ Niſi.n.pro cōſtanti haberet Eccleſiaſtes ꝙ angeli adſunt nobis ubicūqȝ ſumus,non diceret,& non dices in facie angeli. *Ne forte iratus dominus &c.* Legendum iuxta hebræum eſſet. *Quare iraſcetur elohim ſuper uocem tuam:& deſtruet opus manuum tuarum:* Inutiliter prouocas iram ſummi iudicis. Meretꝰ.n.uox tua ut deus diſſipet opera manuum tuarum ad quæ applicas illas. ¶ *Vbi multa ſunt ſomnia plurime ſunt uanitates & ſermones innumeri,tu uero deum time.* Legendum eſt iuxta hebræum. *Quia in multitudine ſomniorū,& uanitatū,& uerborū multorū.* Deinde immediate ſequitur. *Quia elohim time.* Sic iacent in hebræo iſta duo quia:& diſcretione opus eſt ad intelligendum quo tendūt. Duo dixerat,alterum quia error:& ratio quare exiſtimatur error,redditur dicendo,quia in multitudine ſomniorum & vanitatum,& ſermonum multorū Ex his.n.ſurgit in animis hominum opinio, ꝙ peccata carnis ſint inuoluntaria. Sequuntur.n.non veritatem ſed ſomnia,quæ apparent & non ſunt, ſequuntur non fundatas doctrinas,ſed inſtabiles vanitates:ſequuntur non legis diuinæ uerba:ſed multitudinē eloquiorum. Subiūctum autem quia dicendo, quia elohim time,refert ad iram dei uitādam. Dixerat.n.quare iraſcetur elohim ſuper uocem tuam:& reddita rōne vocis,reddit conſequenter rationem ire uitande. Et eſt ſenſus,quia initium ſapiētiæ eſt hoc (videlicet elohim time Principium.n.ſapientiæ eſt timor domini)ideo qui timet deū non prouocat iram eius. *Si uideris calumnias egenorum,& violenta iudicia & ſubuerti iuſtitiam in prouincia:non miraris ſuper hoc negocio.* Iuxta hebrꝙum habetur. *Si opprimentem pauperem & uiolentiam iudicii & iuſtitiæ videbis in prouincia non miraberis ſuper uoluntate.* Poſt tractatum quarto loco religionis actum,qui eſt reuereri diuinam legem,decernentem peccata carnis eſt uolūtaria,tractat quinto loco de veneratione diuinæ prouidentiæ ſeu gubernationis premittētis opprimi pauperes & uim inferri iudicio & iuſtitiæ. Et propterea dicit. Si videris hæc in prouincia non miraberis ſuper

Vnde ſomnia.

Tertius actus religiōis.

Quartus actus qui terminatꝰ ad timorem.

Ore utimur ad tria.

Excuſatio & error nr̄i ſeculi circa peccatum carnalem.

Angeli adſunt nobis vbiqȝ ſm Eccleſiaſten.

Vnde inſurgit error prædictus.

Quintus actus religionis.

voluntate vel diuina tanquã hæc mala exempta ſint a voluntate, vtpote non extenſa ad hæc infima, vel iniquorum ꝙ impune voluntatem ſuam expleant pro libito vexando & opprimendo alios. *Quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoq; eminentiores ſunt alii. Et inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti.* Iuxta hebræum habetur. *quia excelſus ex ſuper excelſo cuſtos & excelſi ſuper eos. Et ſuper fluuim terre in omni ipſa rex agro culto.* Due ſcribuntur ſententiæ, altera ꝙ non ex defectu gubernationis prouenit huiuſmodi licentia, quia cuſtos iuſtitiæ eſt excelſus ex ſuper excelſo, hoc eſt ſummus deus ex ſuprema celſitudine officium principis (quod eſt cuſtodire iuſtitiam curam habere iuſtitiæ) exercet: & exercet ſic ꝙ conſtituit excelſos ſanctos angelos ſuper eis ſuper prouinciis. Diuina enim tam prouidentia q̄ gubernatio executioni mandatur per media.

Diuina gubernatio exequit per angelos.
Ratio & parabola euangelica.
Math. 12.

Altera eſt ratio permittendi huiuſmodi mala. Et hæc ratio non aliter affertur q̄ ſub parabola terrę cultę. In qualibet enim culta terra, multa ſuperflua naſcuntur. Inter frumenta enim naſcuntur lolia, & zizania, & id genus reliqua & permittuntur vſq; ad meſſem, ita ꝙ non ex defectu gubernatoris ſed ex ratione gubernandi permittuntur etiam a rege in agro culto multa exorta mala. Hinc enim vult eccleſiaſtes vt intelligamus ꝙ deus gubernat humana, ſicut rex agrum cultum in quo mixta ſunt multa ſuperflua quæ permittuntur vſq; ad meſſem. Et per has duas ſentẽtias ſatisfacit admiranti oppreſſionẽ pauperum impunẽ &c. *Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.* Senſus redditur: quãuis hebraice habeatur. *Amans argentum, non ſatiabitur argento.* Argentum enim pro pecunia ſumitur. Redit eccleſiaſtes ad diſſerendũ de vanitatibus, & de multiplici diuitum vanitate tractans, incipit ab amãtibus pecuniam, de quibus dicit duo mala.

Duo mala amantium pecuniam.

Alterum ꝙ ſunt inſatiabiles. (Creſcit enim amor nummi quãtum ipſa pecunia creſcit:) alterum ꝙ ſunt ſine fructu. Et quãuis intelligatur de fructu delectationis (quia amantes opes non fruuntur eis) hebraica tamen ſonant priuationem prouentus. Et eſt ſenſus ꝙ diligentes opes tenent eas charas: & per hoc non fructificant eis, nullum habẽt ex eis prouentum. Et ad literam carpit eos qui theſauros reconditos habent auri argenti, & huiuſmodi. *Sed & hoc vanitas.* Non eget probatione huiuſmodi vanitas. *In multitudine enim bonorum multi, & qui comedunt ea.* Superfluit enim. Poſt diuites auaros tractat de diuitibus non auaris, & tam in vigilia, q̄ in ſomno deſcribit.

Duplex incommodũ diuitis non auari, uidere alienos propria comedere & in ſomno minus quieſcere.

In vigilia quidem quoniam vbi multiplicantur bona facultatum ibidem multiplicantur comedentes ea amici, miniſtri, famuli, mercennarii: ac per hoc nihil amplius habet dominus ex diuitiis niſi ꝙ videt eas, ipſe nanq; non fruitur eis niſi vt vnus homo. Reliquis autem quæ alii conſumunt nullo ſenſu fruitur niſi ſenſu viſus. De ſomno autem ſubiungit deteriorem eſſe conditionem diuitis laborante: quia laboranti ſiue parum ſiue multum comedat dulceſcit ſomnus. Diuitem autem non ſinit ſaturitas dormire. Aduerte ꝙ vbi uulgata editio habet. *Et quid prodeſt poſſeſſeri niſi qui cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis eſt ſomnus operanti ſiue multum comedat. Saturitas autem diuitis non ſinit eum dormire.* Hebraica veritas habet. *Et quid rectitudo dominis earum.* Et eſt ſenſus. Et quid rectitudo vſus quo vtimur diuitiis tribuit dominis diuitiarum, niſi cernere illas conſumi? Et dixit hæc ad differentiam abuſus diuitiarum. *Eſt & alia infirmitas peſſima quã uidi ſub ſole, diuitiæ conſeruate in manu domini.* Sepe dictum eſt hebræos carere ſuperlatiuis nominibus, & propterea legendum eſſet. *Eſt egritudo mala.* Quandam ſpeciem diuitum deſcribit opprimi euentu malo tanq̄ egritudine.

Pulchra comparatio.

Quemadmodum .n. congregati humores ex cibo & potu ſepe ſunt in egritudinem malam corporis, ita contingit quandoq; cuſtoditas diuitias cedere in malum domini earum, quia prouocant quandoq; alios ad occidendum eum, prouocant quandoq; tyrannos ad expilandum & opprimendum eum. *Pereunt enim in afflictione peſſima, generauit filium qui in ſumma egeſtate erit.* Iuxta hebræum habetur. *Et peribunt diuitiæ in occupatione mala.* Proſequitur accidentia diuitibus. Contingit enĩ & ſepe perire diuitias in aliqua occupatione mala: puta negociãdo cum fiſco vel exponendo marine negociationi opes. Et ſit adiungitur malum malorũdum genitum filium relinquit inopẽ. *Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſue ſic reuertitur: & nihil auferet ſecum de labore ſuo.* Poſt euentus contingentes, tractat euentum in euitabilem communem hominibus omnibus, ita ꝙ diuites non ſunt exempti ab eo, ſed tanto horribilior eſt diuitibus quanto plura maioraq; ſunt quæ amittere coguntur.

Euentus incuitabilis.

Scribitur aũt clare euentus iſte quãuis multa verba omittantur hebraice literę, ſed non mutatur ſentẽtia. *Miſerabilis prorſus infirmitas.* Iuxta hebræum habetur. *Hæc etiam mala egritudo.* Communis conditio hominum in morte appellatur egritudo mala. Aſſimilatur .n. egritudini collectio rerũ laborando in hac vita, pro quanto terminatur ad malum, videlicet ad priuationem omniũ per mortem, & propterea explanans egritudinem hanc malam ſubiungit. *Quomodo uenit ſic reuertitur.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Omnis contra quod uenit: ſic ibit.* Et eſt ſenſus. Quilibet homo eo modo quo venit naſcendo ſine opibus, ſic ibit moriendo. Venit obuiando nu-

ditati:

ditati: nudus ibit. Et propterea ſubiungit. *Quid ergo prodeſt ei q̄ laborauit in uentum?* Iuxta hebræū habetur. *Et quid ſupererit ei q̄ laborauit in uentum?* Quaſi dicat nihil. Optime infert ex eo q̄ in morte quilibet priuať omnibus partibus & quomodolibet habitis, nihil ſupereſſe homini ex labore ſuo, ſed tanquā laborauerit in ventum (hoc eſt inaniter) egredietur ex hoc mundo.

Laborantes in uentum.

¶ *Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris & in curis multis: & in erumna atq; triſtitia.* Demum exaggerā do vanitatem laboris humani ad multiplicandas opes, adiungit magnitudinem laboris dicendo iuxta hebraicam veritatem. *Etiam omnibus diebus ſuis in tenebris comedet: & ira multa & egritudine ſua & ira.* Quia toto die occupatur, non habet tempus comedendi in die, ſed ſemper comedet in tenebris, hoc eſt in nocte. Et aduerſus occurrentes ſepe iraſcitur, & cum egritudinē aliquam incurrit ex impatientia excandeſcit, quia non poteſt exercere ſe ad acquirendū vel ſeruandum opes: quas omnes oportet in morte relinquere. *Hoc itaq; viſum eſt mihi bonum.* Iuxta hebræum habetur. *Ecce quod vidi ego bonum, quod pulchrum.* Poſt collatas tot miſerias humani laboris, concludit in promptu præſens eſſe bonum & pulchrum quod in humanis vidit. *Vt comedat ipſe & bibat.* Iam quarto hanc eandem concluſionem intulit eccleſiaſtes, quia diſcurrendo per præſentis vitæ bona hoc præſtat cęteris. *Et fruatur lætitia ex labore ſuo quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ quos dedit eis deus: & hæc in pars illius.* Parui refert q̄ hebraicæ legendum eſſet. *Et videat bonum in omni labore ſuo.* Sed ad vidēdū bonum comitatur frui lętitia. Ex tribus itaq; conſtare bonum & pulchrum declarat: videlicet comedere & bibere, & videre bonum (hoc eſt ſentire bonum) ex omni labore ſuo, non vno menſe aut anno, ſed numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei elohim: hoc eſt quādiu vixerit, & rationem ſubiungit dicendo. *Quia id pars eius.* Hoc eſt quia nihil aliud boni debetur homini: ſed ex toto vniuerſo id (ſcilicet comedere & bibere & ſentire bonum &c.) eſt portio hominis: tollat ergo homo quod ſuum eſt & vadat. *Et omni homini, cui dedit deus diuitias.* Poſt concluſionem boni & pulchri apud homines in genere, ſubdit concluſionem de diuitibus repetendo, & applicando ad diuites ſententiam pluries dictam. *Atq; ſubſtantiam poteſtatemq; ei tribuit vt comedat ex eis: & fruatur parte ſua & lætetur de labore ſuo.* Legendum eſſet. *Gemmas.* Significantur nanq; præcioſe res. *Hoc dei donum eſt.* Nomen eſt elohim, & agnoſcendum beneficium diuinum a talibus diuitibus declarat. ¶ *Non enim multum recordabitur dierum vitæ ſuæ: quia deus occupat in lætitia cor eius.* Vltima particula iuxta hebræum habetur. *Quia elohim teſtificatio in lætitia cordis eius.* Nouam rationem domini dei ręlatiue ad diuites tales reddit, dicendo, quia non multum recordabitur diues, hoc eſt non multum reuocabit ad mentem: parum cogitabit dies vitæ ſuæ, quot ſcilicet annis victurus eſt, q̄ breue eſt tempus vitæ huius, & id genus męſtas rationes humanæ vitæ. Et ratio non recolendi huiuſmodi mæſta ſubiungitur: quia elohim teſtificatio eſt in lætitia cordis eius ideſt diuitis. Et eſt ſenſus quia deus dando in corde diuitis iugem lætitiam, eſt tanq̄ præbens teſtimonium felicitatis ipſius diuitis. Facto.n. teſtatur q̄ diues talis habet portionem ſuam: quod eſt frui fœlicitate pręſentis vitæ.

Ex tribus cōſtat bonum humanū. Et nota q̄ ſi cōſidereť hō quatenus ptinet ad hanc uitā aīalem poſſunt uerificari oīa quæ dicunť hic a Salo.

Rō quare diuites nō cogitant de morte.

CAP. VI.

EST *& aliud malum quod uidi ſub ſole: & quidem frequens apud homines.* Dictio interpratata frequens ſonat multum ſeu magnum: quod extenſiue ſumptum coincidit cū frequens. Et ſuperfluunt due dictiones, videlicet, & aliud. Ad probandum n. concluſionem antedictam de bono & pulchro hominum & ſpecialiter diuitum, introducit oppoſitum malū primum in diuitibus dicendo. ¶ *Vir cui dedit deus diuitias & ſubſtantias.* Nomen eſt elohim, tam hic q̄ inferius cum repetitur deus, & dictio interpratata ſubſtantiā ſonat. *Gēmas.* Hoc eſt res pretioſas. Sententia huius clauſulę clara eſt. *Et honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei deus poteſtatem ut comedat ex eo, ſed homo extraneus uorabit illud. Et hoc uanitas, Et magna miſeria eſt.* Iuxta hebræum habetur. *Et ægritudo mala.* Eſt.n. ægritudo animi abundare diuitiis, & non uti illis. Attribuitur autem deo non dare poteſtatem utendi, quia deus negat illi hanc gratiam. ¶ *Si genuerit quiſpiam centum liberos, & uixerit multos annos.* Poſt malum diuitū, ſubditur malum ſimile in humano genere. *Et plures dies ætatis habuerit.* Declaratio eſt multorū annorum. Declarat n. annos vitæ multos non qualitercūq; ſed ſic, q̄ multiplicentur dies annorum, hoc eſt ad longam prouenerit ſenectutem. *Et anima illius non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ.* Iuxta hebræum habeť. *Et anima eius non ſaturabitur ex bono.* Hoc eſt appetitus eius nunquā ſaturabitur, cibo & potu. Sed ſemper non parce, ſed miſere comedet & bibet. *Sepulturaq; careat.* Deſcribitur uir fœlix tum multitudine filiorum, tum multitudine annorum uitæ. Infœlix autem tum in uictu, tum in ſepultura, ita q̄ nec in ſeipſo, nec in opinione hominū (ad quā

Donū dei eſt poſſe uti ſuis.

Deſcriptio uiri fœlicis ex duplici cōditione.

ſpectat bonum ſepulchri)ſenſit bonum. *De hoc ego pronuntio ꝙ melior illo ſit abortiuus.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Dixi melior illo abortiuus.* Qui ante tẽpus natus eſt mortuus vel ſtatim mortuus. Sententia clara eſt. ¶ *Fruſtra enim uenit & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.* Iuxta hebræum habetur. *Quia in uanum uenit & in tenebris ibit: & in tenebris nomen eius tegetur.*

Tres cõditiones uiri infœlicis ſiue abortiui.

Redditur ratio quare abortiuus præfertur viro deſcripto, afferendo primum conditiones viri illius, & deinde conditiones abortiui. Et de uiro quidem illo dicit tria. Primum ꝙ venit naſcendo inuanum: utpote nunquã appetitum explens ex bono, ſecũdo ꝙ ibit per mortem in tenebras, ex miſeria ad tenebras uel inferni, uel priuationis, tertio in opinione humana, ꝙ nomen eius tegetur tenebris, nulla claritate manifeſtum remanebit: cum careat etiam memoria ſepulchri. De abortiuo autem ſubiungit. *Non uidit ſolem neq; cognouit diſtantiam boni et mali.* Iuxta hebraicam ueritatem. *Etiam ſolem non uidit & non ſciuit.* Interpres addit diſtantiam boni & mali.

Duæ conditiones abortiui.

Duas abortiui conditiones narrat, alteram pertinentem ad ſenſum, alterã pertinentem ad intellectum dicendo, etiam ꝙ abortiuus nec ſolem uidit nec ſciuit aliquid, requieſcit tamen iſte magis illo. Subiungitur. n. iuxta hebraicam veritatem. *Requies iſti præ iſto.* Et hæc particula non habetˀ in vulgata æditione. Et eſt ſenſus, iſti abortiuo requies eſt pre iſto deſcripto miſero. Hinc patet quo ſenſu, quaue ratione præferatur abortiuus miſero, quia videlicet minorem turbationem paſſus eſt. Iſte namq; negationem ſortitus eſt bonorum, ille autem contrarietatem, deterius vero eſt in contraria incidere contrariaq; pati bonorum q̃ bonis carere.

Deterius eſt pati mala q̃ carere bonis.

Etiam ſi duobus millibus annis uixerit. Ad eandem concluſionẽ expeditius arguit: ꝙ ſi homo vixerit bis mille annos. *Et non perfruitus fuerit bonis.* Parui refert ꝙ hæbraice habetur. *Et bonum non uidit.* In hoc conſiſtit tota uis tam iſtius, q̃ præcedentium rationum: ꝙ videlicet homo in hac vita bonum nunq̃ ſenſit. Et eſt ſermo mutilus. Subauditur. n. ꝙ infœlix eſt, ꝙ in uanum uenit naſcendo. *Nõne ad unum locum properant omnia?* Rectius legeretur, omnes. Integratur ratio ex idẽtitate termini ad quem moriendo eunt omnes, & ex priuatiõe boni percepti in hac uita. Ac ſi apertius dixiſſet, Iſte qui non uidit bonum par eſt aliis poſt mortem. Et poſtponitur aliis in hac vita, comedentibus & bibentibus & gaudentibus, & propterea infœlix eſt.

Nota ꝙ nõ loquitur aſſertiue tanquã uerũ abſolute.

Triplex ſenſus uerborũ Eccleſiaſtæ.

Recole prudens lector ꝙ concionando ex ſenſibilibus loquitur Salomon: & propterea non exiges uerificationem eorum quæ in hoc capitulo dicuntur, quãuis hoc qđ dicitur ad locum unum omnes pergere trahi poſſit ad veritatem, vel ſecundum corporis reſolutionem in terram, uel quia omniũ animæ tunc deſcendebant in infernum, germanus tamen ſenſus uidetur ille quem diximus. *Omnis labor hominis in ore eius.* Hactenus tanquã ab exemplo argumentatus eſt tripliciter, ad propoſitam concluſionẽ: mò ad eandem arguit tanquã ex ratiõe, quia omnis labor hominis ad os eius ſpectat: hoc eſt ad uictum eius reſoluitur? Quilibet. n. labor cuiuſcũq; hominis ordinatur ad victum ipſius: ac per hoc bonum hominis conſiſtit in cibo & potu, & perceptione bonij ex proprio labore.

Ad quid ordinetur labor humanus.

Sed anima eius non implebitur bonis. Iuxta hebræum habetur. *Et etiam anima non implebitur.* Ad excludẽdum obiectionem aduerſus aſſumptam propoſitionem (videlicet oĩs labor hominis ad os eius) affert ꝙ anima non implebitur. Obiicitur enim dicendo ꝙ propoſitio illa eſt falſa: eo ꝙ multi labores hominis ſunt non propter uictum, ſed propter animam: vt patet de laborantibus pro honore pro imperio &c. Aduerſus obiectionem hanc dicit, & etiã anima non implebitur: hoc eſt accedit ad hoc, ꝙ appetitus animæ non implebitur, vanus eſt, non perueniet ad id quod appetit: ac ꝑ hoc labor hominis pro appetitu animæ vanus eſt, vtpote non explens appetitum. Et hinc relinquitur ꝙ omnis labor hoĩs eſt ad os eius, vtpote aſſequens intentũ, utpote perueniens ad id, ad qđ ordinatus eſt, videlicet ad lętitiam de labore. Hanc. n. aſſequitur comedens & bibens, ac ſentiens bonum ex labore ſeu diuitiis &c. Conſiſtit itaq; confirmatio propoſitionis aſſumptæ in hoc, ꝙ labor relatiue ad animam nõ aſſequitur intentum, (quia anima nõ implebitur,) relatiue uero ad os aſſequitur intentum, vt experientia teſtatur. Ergo oĩs labor hominis ad os eius ordinatur, ſuapte natura.

Excluſio obiectionis.

¶ *Quid habet amplius ſapiens a ſtulto?* Legendum eſt. *Quia quid amplius ſapienti quã ſtulto?* Probare intendit hoc qđ dixerat: videlicet ꝙ vanus eſt labor propter animũ. Ad hoc. n. affert tria argumenta quorum primũ eſt, quia quid plus eſt ſapienti q̃ ſtulto: quaſi dicat nihil. Neuter. n. iplet animum & ſi in iis quæ animæ ſunt bonum hominis conſiſteret, præſtaret ſapiens imprudenti quo ad eſſe fœlicem: quod tamen nõ apparet.

Tria argu. ꝙ vanus eſt labor ꝑꝑ animam.

Et quid pauper niſi ut pergat illuc ubi eſt uita. Iuxta hebræum habetur. *Quid pauperi ſcienti ad eundum obuiam viuis.* Dictio tamen interpratata viuis, poteſt interpretari vitæ: ſed ſenſus in idem redit. Argumentum ſecundũ aſſummitur a profeſſione pauperis profitentis ſe in hac vita iter agere, ad obuiãdum viuis in altera vita.

2. Ratio.

Et eſt ſenſus, quid plus eſt pauperi tali, quaſi dicat, nihil. Ita ꝙ nec diſparitas inter ſapientem

& ſtultum,nec diſparitas ĩter pauperem ſperantem in alia vita & non ſperantem aliam vi-
tam,largitur pluſquã bonum ſupra deſcriptum:videlicet lætari in cibo & potu & fructu la-
boris proprii ſeu diuitiarum. Poteſt aliter intelligi pauper iſte: videlicet ſecta philoſopho — Quales ſtoyci & cynic
rum in paupertate viuentium obuiantium doctrina,& exemplo,vitæ communi hominum,
tanquã vita communis hominum aliena ſit a vero bono hominum.Et eſt ſenſus quid plus,
quid fœlicitatis eſt pauperi voluntario,ſcienti, profitenti ſcientiam obuiandi vitæ quę cõ-
muniter fit qua homo lætatur in cibo potu &c. quaſi dicat nihil. *Melius eſt videre quod cupias:
quã deſiderare quod neſcias.* Iuxta hebræum habetur. *Melior aſpectus oculorum quã ambulatio animæ.*
Argumentum tertiũ affertur directe ad manifeſtandum ꝙ melius eſt deſcriptum hominis
bonum(videlicet comedere & bibere & lætari &c.) q̃ bonum animæ quod conſiſtit in deſi — 3. Ratio.
derio:eo quod deſiderium animæ nunquã impletur.Ad hoc.n.affert hanc rationem,ſonan
tem ꝙ melius eſt pręſens q̃ futurum,melius eſt id quod oculis videtur,eo quod ſolo deſide — Melius eſt præſens q̃ futurum.
rio habetur,ambulatio ſiquidem animę greſſibus deſiderii ac ſpei fit.Bonum autem deſcri-
ptum(videlicet lætari &c.)videtur oculis vtpote præſens.Quod autem ſperat pauper aut
ſapiens futurum eſt,& in deſiderio animæ tanq̃ ambulatione conſiſtit. *Sed & hoc vanitas,&
præſumptio ſpiritus.* Parui refert ꝙ hebraicę habetur. *Etiam hoc vanitas & fractio ſpiritus.* Prono-
men hoc,demonſtrat bonum quod oculis videtur,quod concluſum fuerat eſſe bonũ & pul
chrum homini. Et quidem ꝙ ſit vanitas, clarum eſt: ꝙ vero ſit fractio ſpiritus manifeſtat
ex incertitudine doctrinæ humanæ ſubiungendo. *Qui futurus eſt iam vocatum eſt nomen eius &
ſcitur ꝙ homo ſit,& non poſſit contra fortiorem ſe in iudicio contendere.* Iuxta hebręum legendum eſt longe
aliter q̃ interpretatum eſt ab aliis:nam in maſculino genere legendum eſt. *Quiſquis fuit iam
vocatus nomine ſuo & notificatus quis ipſe homo:& non poterit ad iudicandum cum eo quod fortius ſe.* Et eſt ſenſus
ꝙ quicunq; fuit iam philoſophus nominatus nomine proprio, & cum hoc fuit notus quis
ipſe homo fuerit(ſicut modo eſt notus Plato,Ariſtoteles,Socrates quis fuerit) & quicũq;
fuerit ille non poterit ad iudicandum, hoc eſt non præualebit iudicare id quod eſt fortius
ſe,hoc eſt quod excedit ingenium eius.Accuſat.n.ignorãtiam philoſophorum ꝙ nullus in- — Accuſatio ignorantiæ philoſophorum.
ter philoſophos nominatos & notos,poteſt iudicare id quod excedit vires ingenii ſui. Et
proſequitur dicendo. *Verba ſunt plurima multamq; in diſputando habentia vanitatem.* Iuxta hebræum
habetur. *Quia ſunt verba multa multiplicantia vanitatem:quid plus homini?* Explicat illud fortius quod
non valet philoſophus iudicare, dicendo quia ſunt ſermones multi a diuerſis philoſophis — Dogmata & ſectæ fru-
prolati,multiplicantes vanitatem,hoc eſt multas diffinientes vanitates circa hanc queſtio- — ſtra multiplicatæ.
nem,quid plus homini?hoc eſt in quo conſiſtit præſtantia hominis,q̃d eſt illud quod beat
hominem? Et ꝙ multiplicent vanitates probat ſubiungendo. *Quid neceſſe eſt homini maiora ſe
quærere cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuæ,& tempore quod velut vmbra præterit.*
Iuxta hebræum habetur. *Quia quis ſciens quid bonum homini in vita numero dierum vitæ vanitatis ſue & fa-
ciet eos ſicut vmbram.* Clarius explanat illud fortius, & vanitates multiplicatas a philoſophis
circa illud:dicendo ꝙ nullus ſcit quod eſt bonum hominis in hac vita nõ ad horam ſed nu — Vita pñs vita vanitatis
mero dierum vitæ vanitatis ſuę:hoc eſt toto tempore vitæ præſentis.Pręſens enim vita ap
pellatur vita vanitatis,eo ꝙ & valde inſtabilis & fere nihil eſt. Quod autem adiungit,&
faciet eos tanquã vmbram,rationem continet ignorantiæ humanæ. Nam quãto homo ex-
tendit magis vmbram ſuam,tanto minus habet lucis ſolis,& ſimiliter quanto magis exten-
dit dies ſuos,tanto magis cognoſcit deficere ſibi lumen,tanto magis cognoſcet ſe neſcire,
vnde poſteriorum philoſophorum non minimus dixit,hoc vnum ſcio ꝙ nihil ſcio. *Aut quis ei* — Hoc unũ ſcio ꝙ nihil ſcio.
poterit indicare quid poſt eum futurum ſub ſole ſit? Superfluit coniunctio aut. Argumentum aſſumit — Argũ a minori.
a minori. Directe enim intendit manifeſtare ignorantiam philoſophorum ex eo ꝙ eſt igno
tum id quod erit poſt hanc vitam.Eſſe ſiquidem ignotũ probat per hoc ꝙ nullus põt annũ
tiare homini quid erit poſt eũ ſub ſole hoc eſt in hoc mundo,ergo multo magis latet q̃d erit
poſt eum non ſub ſole: & quia hinc pendent notitia boni hominum in hac vita,ideo nul-
lus ſcit quid eſt bonum homini in hac vita.Et hoc intelligendo ꝙ particula ſub ſole deter-
minet verbum erit.Ceſſaret enim hic argumentãdi modus ,ſi particula ſub ſole ordinaũr
ſuper relatiuum quis,dicendo,quis ſub ſole annunciabit homini quid erit poſt eum, & ſimi
liter ſi determinat prępoſitionem & pronomen (ſcilicet poſt eum) dicendo quis annuntia-
bit homini quid poſt eum ſub ſole,hoc eſt poſt eum viuentem erit:nam vtraq; litere ordi-
natio currit directe ad intentum abſq; argumento. Aduerte prudens lector ꝙ infra termi- — Infra terminos natura-
nos naturalis ſcientiæ loquitur Salomon in iſtis argumẽtis:& propterea dixit nihil plus eſſe — lis ſciæ locutus ẽ Salo.
pauperi eunti obuiam viuis,& ꝙ latet quod eſt bonum hominis in hac vita,& ꝙ melius eſt
præſens futuro. Aduerte quoq; ꝙ aliter cenſendum eſt de bono hominis in hac vita a re-

ſeruantibus fœlicitatem hominis poſt mortem: & aliter a negantibus penas & prǽmia poſt mortem: & ideo ex ignorantia eius quod erit poſt mortem, proficiſcitur ignorātia boni hominum in hac vita.

CAP. VII.

Diſputatio de bōis aīæ

MElius eſt nomen bonum quā unguenta præcioſa. Iuxta hebræum habetur. *Melius nomen, quam oleum bonum.* Et per oleum bonum ſignificatur vnguentum bonū. Et eſt ſenſus, melius eſſe nomē, (hoc eſt famam,) q̄ vnguentum redolens quo vngebantur perſonę nobiles. Poſtquā enim diſputauit de bonis corporis, intendit diſputare de bonis animi inchoans a fama. Nomen enim honorabile ad animum ſpectat. Nam famam extēdere factis eſt virtutis opus. Et apte nomen præfertur vnguento, nam vnguento redolet homo ſecundum corpus ad aliquantum ſpatium loci, & tempore præſenti, nomine autem redolet animus hominis ad longinquas regiones & ad multa ſæcula. *Et dies mortis die natiuitatis.* Relatiue ad animam præfertur dies mortis diei natiuitatis, pro quanto anima per mortem liberatur a vanitatibus & malis præſentis vitæ aſſequens libertatem ſpirituum: per natiuitatem vero ſubiicitur anima tot malis totq; vanitatibus præſentis vitæ. *Melius eſt ire ad domum luctus, quā ad domum conuiuii.* Hæc quoq; comparatio relatiue ad animum fit: vt ſubiuncta teſtatur ratio. *In illa enim finis cūctorum ad monetur hominum, & uiuens cogitat quid futurum ſit.* Iuxta hebræum habetur. *In qua ipſe finis omnis hominis: & uiuus dabit ad cor ſuum.* Finis pro termino ponitur. Mors.n. non eſt finis, ſed terminus cuiuſlibet hominis. Pręfertur itaq; domus luctus funebris domui conuiuii, eo ꝙ in illa terminus cuiuſq; hominis repræſentatur, & homo viuens occaſionem accipit reuocandi ad cor ſuum mortem futurum illius terminum. Hoc enim ad anime bonum pertinet vt homo ponderet mortalitatem propriam. Oriuntur enim hinc multe moderationes. ¶ *Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiam uultus corrigitur animus delinquentis.* Interpræs vltimas tres dictiones exponendo mutauit. Non enim iuxta hebræum ſcribitur corrigitur animus delinquētis: ſed ſcribitur. *Bonificabitur cor.* Relatiue itaq; ad animum præfertur ira riſui, hoc eſt præfertur is qui tibi iraſcitur, ei qui arridet: quoniam triſtitia vultus irati, vtilis eſt animo tuo, prouocat enim cor tuum ad bonum, ut experientia teſtatur. Ira enim rationabilis circa malum eſt: & propterea tu prouocaris ad bonum contrarium illi malo. ¶ *Cor ſapientum ubi triſtitia eſt: cor ſtultorum ubi lætitia.* Parui refert ꝙ dictio bis interprætata ubi ſonat. *In domo.* Deſcribitur.n cor ſapientum in domo triſtitiæ, & cor ſtultorum in domo letitiæ. Et quia non dicit corpus ſapientum aut corpus ſtultorum, ſed cor ſapiētum & cor ſtultorum, ſenſus eſt ꝙ cogitationes & ſollicitudines ſapientium ſunt de pertinentibus ad domum triſtitiæ, ſollicitudines vero & affectus imprudentium, verſantur circa ea quę ſpectant ad domum letitię. Hæc.n. cupiunt, ad hæc ſtudent aſſequenda: illi autem ponderant materias triſtitiarum quibus affliguntur homines. Et quia ſapientes præſtant ſtultis: ideo hinc eccleſiaſtes arguit domum triſtitiæ præferēdam eſſe domui letitiæ: ita ꝙ non ſolum domus funebris luctus præfertur domui conuiuii, ſed vniuerſaliter domus triſtitiæ præfertur domui letitiæ, quorū oppoſita ſuperius ſæpe concluſerat, ponēdo bonum hominis in cibo & potu, ac lætitia, ex proprio labore ſeu diuitiis, ſed neq; ſuperius neq; hic aſſertiue loquitur, ſed diſſerendo & argumentando ad oppoſita more concionantis. Verificantur tamen hęc & illa aliquo modo: ita ꝙ ſi non ſunt vera ſimpliciter & abſolute: ſunt tamen vera ſecundum quid. ¶ *Melius eſt a ſapiente corripi: quā ſtultorum adulatione decipi.* Iuxta hebræum habetur. *Melius audire clamorem ſapientis quā homo audiens cantum ſtultorum.* Vtilius eſt homini ſecundum animum audire clamorem increpationis a ſapiente, q̄ audire delectabiles cantus imprudentium. Et ratio ſubditur. *Quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla: ſic riſus ſtulti.* Et affertur ſimilitudo quo ad inſuauitatē ſoni. Quēadmodum.n inſuauis eſt ſonus ſtridentiū ſpinaꝝ qui ſub olla ponuntur ad ardendum, ita inſuauis eſt animo tā riſus q̄ cantus (hoc eſt exteriora ſigna letitiæ) ſtultoꝝ. *Sed & hoc uanitas.* Pronomen hoc demonſtrat bonum animi deſcriptum in fama & triſtitia. Et rōnem ſubdit quare etiam hoc eſt uanitas ſubiungendo. *Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis eius.* Iuxta Hebræum habetur. *Quia oppreſſio intricabit ſapientem & perdet cor donum.* Ratio quare hæc etiam animi bona ſunt uana: redditur ex eo ꝙ ipſe ſapiens eſt uanitas vt manifeſtat caducitas eius. Vir.n. ſapiens tam caducus eſt vt mutetur, tum ab oppreſſione, tum a muneribus. Oppreſſio ſiquidem intricat animum ſapientis ſic ꝙ delirare eum facit: & dona perdūt cor ſapientis, excecando internos eorum oculos. Vbi clare uides ꝙ ſapiens in proſperis & aduerſis caducus eſt, & ꝙ argumentando pro & contra procedit eccleſiaſtes, *Melior eſt finis orationis quā*

Sicut procedentia vera ſūt de hoīe q̄tenus aīal, ita hæc de bono hoīs quatenus hō, vñopponū tur ſingula ſingulis, .u. luctus cōuiuio, .ſ. bono comedendi & bibēdi, & lætitia, triſtitiæ.

Mors eſt terminus hominis non finis.

Hinc patet ꝙ ſupra locutus eſt ex perſona hominis aialis & ſtulti.

Vbi cor ſapiētis & ſtulti

Vltima domus triſtitiæ pfert domui lætitiæ.

Nō cōtradicit ſibi Salo, ſed argu, ad oppoſi,

Sapiens in proſperis & aduerſis caducus,

...āt quā principium. Dictio interpraetata orationis ſonat. *Verbi.* In fine.n.ſermonis fit concluſio perficiens ſermonem: in exordio autem imperfectus valde eſt ſermo, & propterea finis ſermonis praefertur illius principio. Et deſcribit per hoc eloquiū ſapientis. Cōmune ſiquidem eſt hominibus bene inchoare locutionē: ſed ſapientum duntaxat eſt bene finire. Multi nāq; poſt bonum exordium.vagantˮ per vana & impertinentia,& non reſpōdent vltima primis. Sapientum aūt ſermo,rite progreditur ad concluſionē intentam. Sermo itaq; laudādus in fine deſcribitur,vt hinc cognoſcamus talem eſſe ſermonē ſapientis. Proſequitur.n.diſſerendo de bonis animi,& poſt famā & triſtitiam,locutionē tractat,quae ab intellectu procedit ſubiuncturus de affectibus ſeu paſſionibus animi. *Melior eſt patiens arrogante.* Iuxta hebraeū habetur. *Melior longitudo ſpiritus quā celſitudo ſpiritus.* Spiritus nomine affectū animi impulſiuum intellige,qualis eſt cōcupiſcentia,ſpes,audacia atq; ira. Longitudo ſpiritus,dilatio eſt impulſus. Celſitudo autem ſpiritus,eleuatio eſt impulſus. Praefertur autem dilatio ſpūs eleuationi illius,pro quanto ſapientis eſt ponderare proprii animi impulſus,& proſpicere quo ducerent,& frena adhibere differendo: ſuperborum autem eſt extollere proprios impulſus nihili pendendo cōmitantes deformitates. ❡ *Ne ſis uelox ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.* Parui refert ꝙ iuxta hebraeū habetˮ. *Non feſtinabis in ſpū tuo ad iraſcendū,quia ira in ſinu ſtultorū requieſcet.* Deſcendit ad ſpeciem affectus qui uocatur ira. Et non prohibet iram,(quoniam ira materia eſt uirtutis,cum moderate homo utitur illa aduerſus uitia,) ſed ꝓhibet feſtinū īpulſum ad iram,hoc eſt ut ira non praeueniat rationem(nam praeuenire eſſet feſtinare) ſed ſequatˮ rationem,de feſtina ſiquidem ira ſubiungit,quia ira in ſinu ſtultorum quieſcit Methaphora eſt, Vbi.n quieſcimus diutius,moramur & inuenimur tanquā in loco proprio. Iuxta hāc ſimilitudinem deſcribitur ira quieſcens,in ſinu ſtultorum,tāquā proprius locus ire ſit animus ſtultorum utpote ratione non cohibentium illam. Et apte utitur quietis nomine,quia ira in animo ſapientis non quieſcit,ſed per modum tranſeuntis aſſumitur a ſapiente. In ſtultorum autem animis tanquam quieſcens moratur,& in promptu ſemper eſt. ❡ *Nec dicas quid putas cauſae eſt ꝙ priora tempora meliora fuere quā nunc ſunt. Stulta enim eſt huiuſcemodi interrogatio.* Sententia redditur: quāuis non tempora ſed dies nominentur in hebraeo,& non nominetˮ ſtultitia ſed dicatur. *Quia non ex ſapientia interrogaſti ſuper hoc.* Ratio quare hęc interrogatio nō procedit ex ſapientia eſt,quia querit cauſam falſi tanquā ueri. Falſum.n.eſt ꝙ priora tempora meliora fuerunt iſtis. Aduerte prudens lector ꝙ aliud eſt loqui de prioribus tpibus abſolute,& aliud eſt loqui de aliqua certa aetate relatiuae ad aliquod certum bonum ſeu certum locum. Perſpicuum eſt.n. ꝙ aliqua ętas quo ad ſtudiū ſciētiae fuit melior iſta.(etas in qua floruerunt Plato,Socrates & Ariſto.& tanta multitudo philoſophorū ſic de ſimilibus) ſed non propterea abſolute loquendo priora tēpora fuerunt meliora iſtis Sed quorſum haec hic dicuntur? Reſponſio eſt ꝙ de bonis animi diſſerendo,par fuit cōparare bonitatem praeſentium bonitati priſcorum,ut agnoſcatur bonitas modernorum non minor bonitate antiquorum,ut ex collatione temporum intelligatur non ſurgere maiorem bonitatē,ſed aliunde hominem homini praeſtare. ❡ *Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis & magis prodeſt uidentibus ſolem.* Iuxta hebraeum habetur. *Bona ſapientia cum haereditate & amplitudine uidentibus ſolē.* Commendatur ſapientia iuncta diuitiis non qualitercūq; ſed ex haereditate habitis ad differentiam diuitiarum partarum induſtria & labore diuitiis. Non.n.cōmendatur ſapientia ſtudens ad acquirendas diuitias,ſed quā diuitiae haereditarie comitantur. Tales.n diuitiae ſignificantur dicendo,cū haereditate & amplitudine videntibus ſolem. Hoc eſt cum haereditate nō quātacūq;, ſed ampla relatiue ad uidentes ſolem,hoc eſt ad homines uiuos illo tempore. Et ratio ſubiungitur. *Sicut.n.protegit ſapientia ſic protegit pecunia: hoc autem plus habet eruditio & ſapientia ꝙ uitam tribuit poſſeſſori ſuo.* Paraphraſis eſt,nam iuxta hebraeum habetur. *Quia in umbra ſapientiae in umbra argenti, & excellentia ſcientiae ſapientia uiuificabit habentes eam.* Ratio redditur quare ſapientiae congruunt diuitiae,ex eo ꝙ conueniunt in hoc ꝙ ſunt umbre(hoc eſt protectiones)hominum. In umbra.n ſapientiae multi proteguntur,& in umbra diuitiarum multi proteguntur. Verum ſapientia ꝓſtat diuitiis: quia ſapientia habet uirtutē uiuificandi hn̄tem illā,pecunia autē nō uiuificat aīum poſſeſſoris,ſapia .n. eſt bonū animi: pecunia aūt eſt bonū externū,ac fortuitū. *Conſidera opera dei ꝙ nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit.* Iuxta hebraeum vniuerſalius ſcribitˮ. *Vide opus elohim,quod quis poterit aptare quod tortum fecit ille?* Quaſi dicat nullus. Praemiſſa ſpectant ad cōmendationem bonorum animi,& praecipue ſapientiae erga humana opera. Hęc autem ſpectant ad qualificandum humanam ſapientiam erga diuina opera. Declarat.n.ꝙ ſapiēs circa diuina opera non temere audet,ſed uidet,ſed contemplatur dei opera excedere humanas vires. Per modum itaq; monitionis alloquitur ſapientem deſcribendo qualitatem actus,

Sermo laudandus ī fine

Spiritus pro affectu animi impulſiuo.

Longitudo & celſitudo ſpiritus quid.

Licet iraſci ſed non feſtinanter.

Proprius locus ire.

Ira in aīo ſapientis non quieſcit.

Priora tpa quo meliora poſteriorbus.

Dubitatio.

Quare ſapientia ꝓſtat diuitiis.

eius dicens, vide opus dei, nec vlterius progrediaris, ſat ſit tibi videre opus elohim guber-
nantis uniuerſum: quia nullus poterit aptare quod ille fecit tortum, ſiue in naturalibus, ſiue

Diſtorta dei opera.

in humanis, tam externis q̃ corporis q̃q; animi bonis & malis. Facit.n. deus tortum in bo-
nis animi dum facit aliquos ſtultos: in bonis vero corporis cum naſcitur cecus, mancus, aut
claudus, in externis autem bonis dando diuitias iniquis. ¶ *In die bona fruere bonis: & diem malum
præcaue.* Iuxta hebræum habetur. *In die bono eſto in bono, & in die malo uide.* Conſequenter deſcē-
dit ad ſapientis actum, reſpectu euentuum bonorum & malorum. Et ratio ordinis eſt, quia
huiuſmodi euentus ſunt quædam opera elohim gubernantis omnia. Ait itaq; in die bo-
no quo ad ea quæ eueniunt, eſto in bono, cōplectere bonum quod occurrit: in die aut ma-

Q̃ſo in bonis & malis habendum ſit.

lo, hoc eſt mali euentus, vide, ſiſte in uidendo, nec temere iudicabis malum immeritum, con-

2. Ro. 15.

templare ꝙ a deo proficiſcitur ut fecit Iob, ut fecit Dauid fugatus ab Abſalon. Quo circa
non intelligas ꝙ ſapiens debet abſtinere ab aptatione tortorū, nec debet obuiare malo euē-
tui: ſed ꝙ ſapiens videt ꝙ id quod deus diffinitiue fecit nullus poteſt aptare, nullus poteſt
mutare. *Sicut.n. hanc ſic & illam fecit deus ut non inueniat homo contra eum iuſtas querimonias.* Iuxta hebræum
habetur. *Etiam hoc contra fecit elohim, ſuper eloquium quo non inueniet homo poſt eum quicquam.* Extenditur di-
uinum opus ad ea quorum alterum alteri obuiat, ad ea quæ e regione diuerſa conſpiciuntur
ad oſtendendum infirmitatem humanæ ſapientiæ. Ait namq; elohim fecit etiam hoc ꝯtra
hoc. i. alterum e regione alterius in diuerſis materiis, ſuper eloquiū humanæ ſapientiæ, quo
eloquio homo non inueniet quicquā poſt eum, ſcilicet elohim gubernātem omnia. Ex hoc
enim ꝙ deus facit etiam ea quę apparent contraria, fit ut ſapientia humana, poſt guberna-
tionem diuinam nihil inueniat, quia nihil dimittitur ingubernatum a deo. *Hæc quoq; uidi
in die uanitatis meæ.* Iuxta hebræum habetur. *Omnia uidi in diebus uanitatis meæ.* Tria de diuino
opere dixerat, & ſubiungit hæc omnia ſe uidiſſe in diebus uitæ ſuæ, quam appellat natiui-
tatem, eo ꝙ inſtabilis atq; nullius fere prætii eſt humana via, tam fluxa. *Iuſtus perit in iuſtitia
ſua & impius multo uiuit tempore in malitia ſua.* Legendum eſt. *Eſt iuſtus periens in iuſtitia ſua & eſt impius prolō-
gans in malitia ſua.* Exemplū tertio loco narrati operis diuini affert de iuſto pereunte cito & ta-
men perſeuerante in operibus iuſtitiæ, & de impio prolongante dies vitæ ſuæ perſeuerādo
in malitia. Hæc.n. ſunt opera dei hoc contra hoc, occulta ſiquidem ratiōe gubernationis di-
uine agitur utrūq; alterum e regione alterius. *Noli eſſe iuſtus multum neq; plus ſapias quā neceſſe eſt.*

Ne obſtupeſcas.

Sepe diximus amicum fuiſſe interpræti verbum noli: quo tam hebræi q̃ græci carere viden-
tur. Legendum itaq; eſt. *Non eris iuſtus multum & non ſapiens nimium: quare deſolaberis?* Proſequitur
per modum monentis bona animi, prohibendo exceſſum tum in actu iuſtitiæ tum in actu

Factus virtutis transfertur ad vitium.

ſapientiæ. Nec eſt ſenſus ꝙ in actibus virtutum inueniatur peccatum per exceſſum (Eſt.n.
implicatio in adiecto, dicere virtutis actum peccatū) ſed eſt ſenſus, ꝙ exceſſus transfert actū

Tam iuſtitiæ q̃ ſapiētiæ actus ſuam habet menſuram.

qui eſſet virtutis in vitium, eſſe namq; multum iuſtum & ſapere nimium, vitii eſt non virtu-
tis. Tam enim iuſtitiæ q̃ ſapientię actus menſuram ſuam habet, quam ſi excedit non virtu-
tis ſed vitii actus eſt. Pena autem ſubiuncta (quare deſolaberis) deſtitutionem nimis iuſto-
rum & nimis ſapientum ſonat, derelinquūtur ſiquidem tales communiter ab hominini bus
in conſiliis & negociis. Fugiunt.n. negociatores commertium cum nimis iuſtis & votum
nimis ſapientum deſpicitur in conciliis, & propterea pena deſolationis in litera adiungitur.
Ne impie agis multum, & noli eſſe ſtultus: ne moriaris in tempore non tuo. Sententia redditur. Non ſis ita
rudis vt intelligas concedi eſſe impium, ex eo ꝙ prohibetur eſſe impium multum, & ſimili-
ter non conceditur eſſe ſtultum, ex eo ꝙ prohibetur eſſe ſtultum multum. Subauditur.n. re-
petio aduerbii multum. Sed ad literam cum prohibuiſſet exceſſum iuſtitiæ & ſapientiæ, pro-
hibet quoq; exceſſum in contrariis, videlicet impietatem (quæ contrariatur iuſtitiæ) & ſtul-
titiam, quæ opponitur ſapientiæ nec per hoc concedit ſtultitiam & impietatem. Multum
autem impius appellatur tam qui impietates multiplicat, q̃ qui impietatem valde magnam
committit, & ſimiliter intellige de ſtulto multum extenſiue ſeu intenſiue. Pena autem appo-
ſita (ſcilicet quare morieris in non tempore tuo) ad euētus diuinorum iudiciorum & huma-
narū vltionum ſpectat Impius enim multum prouocat iram dei (vt ſepe in veteri legimus
teſtamento,) prouocat quandoq; iram hominum & iudicium, & ſic moritur in tempore nō
ſuo: hoc eſt ante tempus naturalis mortis ſue. Similiter autem intellige de multum ſtulto:

Deut. 32. b.

exemplum habes in populo iſrael, cui dicitur popule ſtulte & inſipiens. *Bonum eſt te ſuſtenta-
re iuſtum, ſed ab illo ne ſubtrahas manum tuam: quia qui timet deum nihil negligit.* Iuxta hebræum habetur.
Bonum ꝙ apprehendes in hoc: & etiam ab hoc non relinques manum tuam: quia timens elohim egredietur ad omnia ipſa.
Et eſt ſenſus, dante te operam, ad acquirendum multa bona animi, cum apprehenderis bo-
num illud quod eſt in iſto, (hoc eſt in aliqua re ſeu virtute, non eris contentus bono illo ſed

etiam non facies quieſcere manum tuam, hoc eſt operam tuam ab iſto, hoc eſt ab alia virtute ſeu re. Et ratio ſubditur: quia timens elohim egredietur ab intimis animi ad omnia ipſa exteriora virtutum opera. Significanter autem dicit non facies quieſcere manum tuã ad inſinuandum ꝙ de inchoante ſtudio ad virtutem aliam eſt ſermo. Et per hoc oſtendit ꝙ ſtudium ad bona animi debet eſſe vniuerſale, debet eſſe ita ad bonum huius virtutis, ꝙ etiam extendatur ad bonum alterius virtutis: quia timens deum ad omnia virtutis opera extendit animum prout opus eſt. Virtutes enim omnes connexe ſunt in timore dei. Nam qui in vno offendit deum: reus omnium factus eſt. *Sapientia confortauit ſapientem ſuper decem princepes ciuitatis.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Sapientia roborauit ſapientem: magis quã decem domini qui fuerunt in ciuitate.* Prætulerat ſapientiam diuitiis, modo præfert eam dominio, dicens ꝙ ſapientia magis roborabit ſapientem q̃ decem, (hoc eſt vniuerſi domini qui fuerunt ſucceſſiue in ciuitate roborauerunt illam vel illum. ¶ *Non eſt enim homo iuſtus in terra qui faciat bonum & non peccet.* Ratio redditur ante dictæ ſententiæ, quia nõ inuenitur homo in terra iuſtus, ſic ꝙ faciet bonum & non peccabit, nõ.n. inueniẽ homo abſq; peccato actuali. Hoc enim ſignificat & nõ peccabit. Et iſta ratio poteſt referri ad ſapiẽtiam, & eſt ſenſus. Quia iuſtitia non roborat iuſtum, eo ꝙ nullus inuenitur iuſtus ſecundum vtranq; iuſtitię partem) ſcilicet facere bonum & declinare a malo (ideo ſapientiæ attribuitur roborare hominem pluſquã vniuerſi domini ciuitatis. Si vero refertur ad decem dominos ſenſus eſt, quia nullus homo inuenitur qui non peccet, conſequens eſt ꝙ vniuerſi domini cum ſint homines poſtponãtur ſapiẽtiæ quæ non peccat. *Sed & cunctis ſermonibus qui dicuntur ne accomodes cor tuum.* Dictio interpratata accomodes ſonat dabis. Inter alia animi bona monendo ſupputat, nõ apponere cor ad vniuerſa verba quæ loquuntur alii ſcienda ſeu ponderanda. *Ne forte audias.* Iuxta hebræum habetur. *Quo non audies ſeruum tuum maledicentem tibi.* Et eſt ſenſus, quo corde non audies maledicentiam ſerui tui. Virtutis.n. eſt auditum maledicum ſermonem proprii ſerui diſſimulare: & ſi contingit auribus illum percipere, non audire corde, non ponderare corde ſed paruipendere. Et ad hoc ſuadendum ſubdit. *Scit enim conſcientia tua ꝙ & tu crebro maledixiſti alus.* Iuxta hebræum habetur. *Quia etiam uicibus multis ſciunt cor tuum: ꝙ etiam tu maledixiſti aliis.* Ab ipſiuſmet exẽplo ignoſcere docet. Ex eo.n. ꝙ maledicentie vitium commune eſt tibi & aliis, ſicut cupis tuos lapſus maledicendo non ponderari, non ponderabis ſimile in aliis peccatum. *Cuncta tentaui in ſapientia.* Deficit pronomen. Legendum eſt. *Cuncta hæc.* Commendata multipliciter ſapientia, monſtrat conſequenter difficultatem requirendi eam dicens omnia hæc de bonis animi dicta tentaui in ſapientia: hoc eſt vtendo ſapientia tentaui ſapienter, ad iſtar tentantis inueſtigaui. *Dixi ſapiens efficiar.* Dixi in corde meo, hæc eſt via qua perueniam ad hoc, vt ſim ſapiẽs. *Et ipſa longius receſſit a me: multo magis quã erat.* Iuxta hebræũ due ſunt orationes, altera. *Et ipſa longinqua a me.* Altera. *Elongatum eſt quicquid fuit.* Nec dicit, nec rationi conſonat, ꝙ ſapientia ſapienter queſita magis elongetur q̃ prius: ſed dicit ꝙ ipſa ſapientia ſapienter queſita adhuc longe diſtet ab eo, & hoc eſt verum: quoniam non perfecte apprehenditur, multaq; ſapientię myſteria procul ſunt a querente. Quę ſunt autem miſteria hęc, ſubiungit diſtinguẽdo ea in duo genera: videlicet præteritorum, & valde profundorum. Et de peccatis quidem dicit, elongatum eſt quicquid fuit. De profundis vero in mente ſubiungit. *Et alta profunditas, quis inueniet eam.* Iuxta hebraicam veritatem. *Et profundum profundum quis inueniet illud?* Ecce quare dixerit ſapientiam elongatam ab eo. Valde enim elongantur a noſtra notitia & quæ olim fuerunt, & quæ velut in profundo latẽt. Et per hoc monſtratur difficultas conſequendi ſapientiam. *Luſtraui uniuerſa animo meo.* Iuxta hebræum habetur. *Circumiui ego & cor meum.* Hoc eſt ego cum vniuerſis viribus meis non qualitercunq; ſed vtendo illis ex intimis, circumiui ſenſibilia perſcrutatione mentis. *Vt ſcirem & conſiderarem & quererem ſapientiam & rationem.* Dictio interpratata conſiderarem, ſonat. *Explorarem.* Ecce ad quid circumiuit videlicet ad querendum & explorãdum & ſciendum tam ſapientiam (ſecundum cauſas altiores iudicantem de rebus) q̃ rationem rectam operum humanorum. *Et ut cognoſcerem impietatem ſtulti & errorem imprudentium.* Iuxta hebræum habetur. *Etiam ad ſciendum impietatem, ſtultitiam & fatuitatem tricarũ.* Non ſolum ad ſciendum bona circumiui, ſed etiam ad ſciendum mala videlicet impietatẽ quæ malum eſt affectus, & ſtultitiam quæ malum eſt intellectus, & fatuitatem tricarum quę malum eſt exteriorũ operum, intricantiũ hoĩes implicando & ꝑplexos reddendo. ¶ *Et inueni amariorẽ morte mulierem.* Ordine retrogado proſequitur tria queſita: videlicet ſapientiã, rõnẽ, & mala impietatis &c. Ab hoc.n. vltimo inchoans ait, & inueni amariorem morte mulierem mors ſiquidem amara eſt, quia contrariatur vite corporis & tollit eam. Mulier autem amarior eſt morte, quia aduerſatur vitæ animi tollens eam. *Quæ laqueus uenatorũ eſt.* Iuxta hebręũ

Studiũ ad bona animi nõ eſt ſicut dixit ſupra de ſtudio ad bona corporis ideo ẽẽ debet vlẽ, Iaco. 2. b.

Præfertur ſapĩa dñio.

Virtutis eſt nõ ponderare maledicos.

Maledicẽtiũ uitiũ cõe.

Duo gña myſteriorum occultorum.

Triplex malum.

Tria quæſitã.

habeıur. *Que ipſa laquei.* Ne de muliere abſolute intelligeres, adiunxit, quæ ipſa laquei. Nõ

Nõ damnatur ſexus fœmineus ſed vitium.

enim intendit damnare ſexum, ſed vitium quod in multitudine regnat mulierum, mulier itaq; quæ ipſa laquei, amarior morte dicitur. Eſt autẽ illa laquei, quæ tota plena eſt laqueis. Componit enim ſe mulier ſcundum omnes ſui partes ad illaqueandum animos, nam & caput, & frontem, & oculos, & genas, & reliquas partes ad officium delectandi, fallendi, aptãs. *Et ſagena cor eius.* Ipſa quidem mulier tota exterius eſt fallacia: interius autem cor eius eſt retia: expanditur non tanq̃ vnum rete: ſed tanquam multitudo retium ad retinendum in ſui

Retẽ mulieris.

aſpectu & delectatione omnes tranſeuntes, quemadmodum retia ſiſtunt tranſeuntes aues in aere, & piſces in aquis. De muliere itaq; non præter intentionem trahente alios ad ſui amorem, ſed de illa cuius cor officium multitudinis retium exercet, ad ſiſtendum homines in ſua pulchritudine, eſt ſermo. *Vincula ſunt manus illius.* Iuxta hebræum habetur. *Vincta manus eius.* Hoc eſt vincti ſunt quos tangunt manus eius. Tactus n. ſolius manus efficacie tante deſcribitur vt vinctos reddat tactos. Si uero per manus intelliguntur opera, poſt ornatum & cor deſcribitur opus muliebre quod exercet ambulando, videndo, blandiendo, &c. Hæc.n opera vinctos reddunt homines. *Qui placet deo effugiet illam, qui autem peccator eſt capietur ab illa.* Sententia redditur, quãuis hebraicæ habeatur. *Bonus in facie elohim euadet ab ea: & peccator capietur in ea.* Diuinæ gratiæ attribuitur euadere ab huiuſmodi muliere. Meritis autem peccatoris attribuitũ capi in huiuſmodi mulieris laqueis, retibus & manibus. Nemo igitũ ſue arroget virtuti euadere a mulieribus. *Ecce hoc inueni dixit eccleſiaſtes: vnum & alterum vt inuenirem rationem. Quam adhuc quærit anima mea, & non inueni.* Iuxta hebræum habetur. *Vide, hoc inueni dixit coheleth. Vnam per unam ad inueniendum rationem. Quam adhuc quæſiuit anima mea & non inueni.* Pronomen hoc, demonſtrat antedicta de mulieribus, & euaſionem, & non euaſionem ab eis. Attentum enim reddit auditorem, vt diſcernat inter inuentum & non inuentum. Inuenta aſſerit hæc de malis mulieribus &c. nõ inuentum autem affirmat rationem quam ſecundo loco propoſuerat. Diximus. n. ꝙ retrogrado procedit ordine. Et ſcito ꝙ in textu hebræo coheleth oportet hoc in loco eſſe fœminini generis, quia verbum dixit eſt hic fœminini generis, non ergo coheleth hic ſonat concionatorem, ſed concionem, & eſt ſenſus. Dixit concio ad inueniendum rationem, non con-

Nomen libri.

fuſe ſeu in genere: ſed per vnam, hoc eſt per ſingulas rationes diſcurrens. Deſcribit nanq; Salomon ſermonem iſtius libri, appellando ipſum ſermonem, concionem, nõ ad quodcũq; tendentem, ſed ad inueniendum rationem, viuẽdi bene in tota uita. Inueniendum autem diſcurrendo per ſingulas viuendi rationes, & introducit ipſam concionem loquentem & dicẽtem quid inuenit & quid non inuenit. Adiungit. n. quã rationem quæſiuit anima mea, adhuc quæſiuit deſiderium meum hucuſq; & non inueni. Studium enim iſtius libri vniuerſum tendit ad quærendum rationem bene viuendi, non ad horam, ſed q̃ diu homo uixerit. *Vnum de mille unum repperi: mulierem ex omnibus non inueni.* Legendum eſt. *Hominem unum ex mille inueni: & mulierẽ in omnibus his non inueni.* Mutilus eſt ſermo quoniam nullum adiectiuũ apponitur homini aut mulieri, ſed contextus ipſe inſinuat ſenſum. Ex eo nanq; ꝙ de ratione non inuenta tractat, intelligimus ꝙ hominum ratione bene uiuendi vtentem inuenit unum ex mille, mulierem aũt nullam. Affert enim ex tanta raritate rationis argumentum, ꝙ non eſt mirum non inuentã

Cõſonũ philoſophis de raritate mulieris bonæ.

eſſe rationem tanto deſiderio quæſitam. Conſonat ſentẽtia hæc de mulieribus philoſophis negantibus in muliere uirtutem, propter modicum rationis lumen in illis. Et raritas hęc intelligenda eſt abſtrahendo ab ordine gratiæ diuinæ, tam in hominibus q̃ in mulieribus.

¶ *Solummodo hoc inueni ꝙ fecerit deus hominẽ rectum: & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.* Iuxta hebræum habetur *Niſi uide hoc inueni ꝙ fecit elohim hominem rectum: & ipſi quæſierunt rationes multas.* Attentum reddit auditorem ut animaduertat, ad cauſam tante raritatis. Fatetur enim ꝙ nihil aliud inuenit circa hæc, niſi ꝙ deus quidem fecit hominem rectum rectitudine animi. (ac per hoc non eſt imputanda deo tanta raritas recte rationis,) ſed ipſimet homines quæſierunt multas uiuẽdi rõnes declinantes a vero hominis bono. Multitudo ſiquidem ſectarum collocantium hominis fœlicitatem in diuerſis, teſtatur veram eſſe hanc Salomonis ſententiam. Et ſi ponderaueris uerbum inueni, intelliges ꝙ non eſt ſermo de creato homine in gratuito dono rectitudinis originalis: ſed de homine facto a deo in naturali rectitudine animi. Talẽ enim rectitudinem concionantis diſputatio inuenit ſub naturali lumine intellectus humani diſcurrendo. Iuſtitiam autem originalis iuſtitiæ credimus & non inquirendo inuenimus.

Quis talis ut ſapiens eſt. Iuxta hebræum habetur. *Quis ſic ut ſapiens.* Proſequitur primo propoſitum uidelicet ad ſciendam ſapientiam, & ubi prius dixerat ſapientiam elongatam a ſe, mõ negat inueniri ſapientem, dicendo quis ut ſapiens? quaſi dicat nullus eſt ut ſapiens eſſe debet, ut conditiones ſapientis requirunt. *Et quis nouit ſolutionem uerbi.* Iuxta hebræũ habetur.

Et quis ſciens interprætationem uerbi. Sapientis officium eſt interprætari verba ardua: quale eſt de quo nunc agitur, verbum de bono hominis. Declarãdo itaqꝫ ꝙ nullus eſt vt ſapiens dicit ꝙ nullus eſt ſciens interprætari verbum de quo tractatur: videlicet de bono hominis in tota vita præſenti. *Sapientia hominis lucet in uultu eius, & potentiſſimus faciem illius commutabit.* Iuxta hebręũ habetur. *Sapientia hominis illuminabit uultum eius, & fortitudo illius uultus eius mutabitur.* Manifeſtat ab effectu non inueniri ſapientem ex integro. Effectus autem eſt mutatio ſapientis: hoc eſt illorum qui reputantur ſapientes. Mutantur.n. quoniam quandoqꝫ illuminatur vultus eorum: quandoqꝫ autem mutatur fortitudo, vultus eorundem. Quando enim ſapiunt, tunc vultum habent illuminatum: quando uero deſipiunt, mutatur fortitudo uultus eorum. Superius enim declaratum eſt & ex muneribus & ex oppreſſionibus deſipere ſapientes, & tunc mutatur fortitudo uultus eorum: quoniam ad literam etiam ſecundum uultum amittũt authoritatem, qua utuntur cum ſapienter agunt, & clarificatur authoritas uultus eorum coram aliis. Non ſunt ergo ſapientes ſimpliciter & abſolute, qui ad tempus ſapiunt & ad tempus deſipiunt.

Nemo integer ſapiens.

CAP. VIII.

E*Go os regis obſerua & præcepta iuramenti dei.* Iuxta hebræũ habetur. *Ego, os regis cuſtodi & ſuper eloquio iuramenti elohim.* Mutilus eſt ſermo, eo ꝙ pronomen ego nullum habet verbum cũ quo ordinetur. Et quoniam in principio huius libri concionator dixit ſe regem, ideo abſqꝫ additione aliqua proponit ſuam authoritatem dicendo, ego: inſinuans per hoc ꝙ ipſe præcipiens habet plenam notitiam ſubiunctorum, ꝙ ipſe eſt locupletiſſimus teſtis horum. Ac ſi apertius dixiſſet. Ego expertus & plene ſciens, ſum qui loquor hæc, videlicet os regis obſerua. Vere & perfecte nouerat Salomon rex quãti referat obſeruare os regis: hoc eſt curam habere exequendi quod dicit rex. Proſequendo.n. bona animi inter illa numerat cuſtodire uerba regis. Nã poſt hñtes aut obliuioni tradentes illa, mala multa incurrunt curam autem adhibẽtes ad exequendum ea, bona multa conſequuntur. Adiungitur autem mandato huic cura exequendi dictum firmatum iuramento dei, non quodcũqꝫ, ſed quod uocatᷣ homagium, hoc eſt iuramentum fidei quod in principio preſtatur regi a ſubditis. Illud.n. authoritas regis, iſtud authoritas iuſiurãdi fulcit. Illud rex, iſtud tum et ipſe introduxiſti: in illo offenditur elohim, qui eſt ſuper omnes reges: iſtud eſt radix & rõ illius. Et propterea adiunctum eſt hic. ¶ *Ne feſtines recedere a facie eius.* Iuxta hebræum habetur. *Ne feſtines a facie eius ibis.* Et eſt ſenſus. Quando ibis a facie regis non feſtinabis, non velociter gradieris tanquã currens, ſed moderate greſſu recedes, ne offendas conſpectum regis. Vide ordinem. Duo propoſuerat, alterum cuſtodire os regis, alterum cuſtodire eloquium iuramenti elohim. Et proſequuturus utrũqꝫ inchoat a primo monens ut faciei regis non ingerat feſtinationem in receſſu, quæ conſpectu regio indigna eſt & leuitatis index. *Neqꝫ permaneat in opere malo.* Iuxta hebreum habetur. *Non ſtabis in uerbo malo.* Poſt regis os et faciem, monet tertio quid agendum tibi eſt in malo regis verbo. Et appellatur uerbum malum, uerbum ſonãs aduerſus te. Monet autem ut audito (vel propriis auribus uel per relationem fidelem) malo uerbo regis, nõ res, non permaneas, ſed ſaluum te facias extra loca iuriſditionis regis. Et rationem ſubdit. *Quia omne quod voluerit faciet, & ſermo illius poteſtate plenus eſt.* Iuxta hebræum habetur. *Quia omne quod uolet faciet in quo uerbum regis potens.* Simul docet rationem non manendi, & quo eũdum eſt. Ratio quidem non manẽdi redditur, quia rex omne quod uolet faciet in omni loco in quo ſermo regis poteſtatem habet. Locus uero quo eũdum eſt, ex his inſinuatur, videlicet extra loca ad quæ ſe extendit imperium regis. *Nec dicere ei quiſquam poteſt quare ita facis.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Et quis dicet ei, quid facies?* Quaſi dicat nullus audebit præueniendo arguere regem dicendo, quid facies. Et propterea omne quod uolet faciet in regno ſuo aduerſus aliquem. *Qui cuſtodit præceptum, non experietur quicquã mali.* Iuxta hebræum habetur. *Cuſtos præcepti, neſciet uerbum malum.* Dixerat in primo huius capituli, os regis cuſtodi, adiungit modo fructum cuſtodiæ dicendo, ꝙ cuſtos præcepti regii neſciet verbum malum, neſciet aduerſus ſe uerbum regis utpote nullum. Quod.n. non eſt, ſciri non poteſt, reges autem aduerſus obedientes ſibi non dicunt uerba mala. Et hoc eſt verum regulariter ac per hoc audiẽs malum aduerſus ſe uerbum regis delicto aliquo notatus eſt. *Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit.* Iuxta hebræum habetur. *Et tempus & iudicium ſciet cor ſapientis.* Dixerat non manebis in uerbo malo & rationem reddiderat ex parte poteſtatis regie: modo cõſequenter declarat modum quo rex facit quicquid vult. Introducit autem modum hunc & cognitum a ſapientibus, q̃uis uulgus non penetret illum, ut intelligas ꝙ non eſt modus nouus, & in auditus apud ſa-

pientes. Cōſiſtit autem modus iſte in tpe & iudicio. Et ꝯñr declarat eundē ſubdendo. *Omni negocio tempus eſt & oportunitas.* Iuxta hebręū hr̄. *Quia omni uolito eſt tempus et iudiciū.* Et eſt ſenſus, ſapientes intelligunt tp̄s et iudiciū, cognoſcēdo ꝙ oī volito a rege eſt tp̄s, & iudiciū, (hoc ē rōnē nāciſcit̄ rex tp̄s faciēdi qđ vult īuenit iudiciū. i. rōnē iudicādi) aduerſus eū cui malū uult.

Conſueta apud principum tribunalia.

3. Re. 2.

Quotidiana ſunt hæc in tribunalibus principū, ſeruauerat hæc olim ipſæ Salomon rex aduerſus Semei & aduerſus adoniam. *Et multa hominis afflictio quia ignorat præterita et futura nullo ſcire pōt nuncio.* Iuxta hebraicum hr̄. *Quia malum hominis multum ſuper eum.* Hoc eſt ideo omni regis uolito nactum tempus eſt & iudicium, quia malum & culpæ & penæ quod īminet homini eſt multum.

Malum hoīs multum.

Et propterea non deerit occaſio regi temporis & iudicii Et immediate ſequitur. *quia non ipſe ſciens quicquid erit: quia ſicut erit quis annuntiabit ei.* Ignorantiā hoīs reſpectu duoꝝ futurorum (videlicet quid erit & ſicut erit) affert pro ratione multi mali in euitabilis ab homine. Neſcit. n. homo futurum ſibi malum, tum quo ad ſubſtantiam mali, tum quo ad modum eueniendi, ut intelligas ex parte ſubditorum rationem quare rex facit quodcūqꝫ voluerit. Si enim ſubditus præuideret huiuſmodi futura, euaderet a tempore & iudicio, & ſic impediretur uoluntas regis. ¶ *Non eſt in hominis pōteſtate prohibere ſpiritum.* Clari[illegible] iuxta hebræum legitur. *Non homo potens inuentum ad prohibendum uentum.*

Tres ſimilitudines Sāl. reſpectu impotentiæ humanæ.

Dictio hebraica anceps eſt, ad ſpiritum uel ventum, & hoc in loco quadrat interpretatio uenti: eo ꝙ tres ſimilitudines affert ad inferēdum quarto loco ꝙ impietas non poteſt eruere hominem impium, & omnes ſimilitudines attenduntur penes impotentiam.

Prima impotentia.

Prima itaqꝫ impotentia affertur in homine reſpectu venti declarando actionem, quia videlicet non poteſt homo prohibere uentum quin flet, quāuis poſſit reparare ſe a flante vento. *Nec habet poteſtatem in die mortis.*

Secunda.

Secunda impotentia hominis affertur reſpectu mortis naturalis, ꝙ videlicet homo nō poteſt diem naturalis ſue mortis pertranſire, non poteſt retinere ſpiritum in corpore ſupremo adueniente die. *Nec ſinitur quieſcere ingruente bello.* Iuxta hebræum habetur. *Et non miſſio in prælio.*

Tertia.

Tertia impotētia hoīs eſt ꝙ in ipſo actu præliandi non poteſt homo mittere alium, pro ſe. Ante prælium enim potuiſſet ſubrogare alium. Sed in ipſo prælio non poteſt alium ſurrogare, ſed oportet præliari aut ſuccumbere, *Neqꝫ ſaluabit impietas impium.* Sententia redditur, ex tribus ſimilitudinibus præmiſſis affertur intentum: videlicet ꝙ ſicut impotens eſt homo ad tria prædicta, ita impotens eſt impietas ad eruendum hominem impium a tempore & iudicio regis. Et verum dicit, quia quāuis fauores amici, uel ſcandalum imminens poſſit eruere impium, ipſa tamē impietas non poteſt eruere impium. *Omnia hæc conſideraui & dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt ſub ſole. Interdum dominatur homini non in malum ſuum.* Clauſula iſta in vulgata editione diſcerpitur. Legendum ſiquidem eſt. *Totum hoc uidi & dando cor meum ad omne opus quod factum eſt ſub ſole tēpore quo dominatus eſt homo homini in malum &c.* Fatetur Eccleſiaſtes hæc quæ de regis ptāte dicta ſunt ſe vidiſſe: & dando cor ſuum (hoc eſt applicando mentem ſuam) ad hominum opera quę facta ſunt ſub ſole, uidit hæc ſpectare ad tempus illud ex quo homo homini cœpit dominari. Poteſtas. n. regum non fuit ante illud tempus. Quod autem apponit in malum ei (. s. homin) iad differentiam domini domeſtici quo videlicet pater naturaliter dominatur filiis & maritus vxori, dicitur. Dominium. n. domeſticum nō eſt in malum humani generis, ſed in bonum: dominium autem quo principes dominantur, in malum penæ humani generis inchoatum fuiſſe teſtantur hiſtoriæ, & ſæpe experientia teſtatur in oppreſſionibus & expilationibus ſubditorum quæ fiunt a regibus & dominis aliis.

Dominiū domeſticū in bonū eſt humani generis dominiū aūt regale eſt i malum pœnæ.

Vidi impios ſepultos: qui etiam cum adhuc uiuerent in loco ſancto erant & laudabantu[illegible]*tate quaſi iuſtorum operum.* Iuxta hebræum habetur. *Et in ſic uidi impios ſepultos & uenerunt & ex loco ſancto ibunt, & obliuioni tradentur in ciuitate qua ſic fecerunt.* Dicēdo in ſic demonſtrat modum temporis quo homo dominatus eſt homini. Ad idem. n tempus ſignificat ſpectare ſubiunctam peruerſitatē, videlicet impios honorabili ſepulchro decorari, uſqꝫ a deo ꝙ uenerunt in memoriam & laudem, ad poſteros, quo contra viri ex loco ſancto ibunt, a laude & memoria hominum, ita ꝙ obliuioni tradentur, etiam in ciuitate in qua ſic (hoc eſt ſancte) fecerunt opera ſua.

Vnde eleuatio impiorū & obſcuritas, ſanctorum virorum.

E regione impiorum collocat uiros ex loco ſancto, ut intelligamus non tam ſanctitatem loci ꝗ ſanctitatem uirorum: hoc eſt genitos, alitos, & prouectos, ſecundum animum ex loco ſancto. Clarum autem eſt ꝙ peruerſitas iſta ſequitur diſpoſitionem temporis ex quo homo cœpit homini dominari. Principum. n. potentia efficit ſepulchra honorabilia & ſucceſſum memoriæ apud poſteros, vt & hyſtoriæ tradunt de Belo & Nino regibus aſſiriorum, & quotidie huiuſmodi memoriæ renouant̄. *Sed & hoc uanitas eſt.* Pronomen hoc demonſtrat uniuerſa dicta in hoc tractatu de rege. *Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſqꝫ timore ullo filii hominum perpetrant mala.* Iuxta hebræū habetur. *quod non fuit factum iudicium operis mali cito: ſuper ſic impletum eſt cor filiorum hominum in eis ad faciendum*

tienbon malum. Propoſuerat in principio capituli duo (videlicet cuſtodire os regis, & cuſtodire eloquium iuramenti elohim,) & proſecutus eſt hactenus primum, modo cōſequenter proſequitur ſecundum, tractando de iudicio diuinæ iuſtitię, inchoans a dilatione diuini iudicii. Et intendit declarare ꝙ dilatio diuini iudicii non eſt ſecundum ſeipſam peccandi occaſio, ſed ſecundum ꝙ homines abutuntur illa, ut propter dilationem diuini iudicii non negligas cuſtodire eloquium iuramenti elohim. Duo itaꝗ dicit, alterum ſonans dilationem diuini iudicii ſuper operibus malis, & hoc videmus ad ſenſum, alterum ſonans abuſionem: ꝙ videlicet homines uidentes non cito puniri mala opera abutuntur huiuſmodi dilatione implendo cor affectibus ad operandum mala. Promittunt.n. ſibi uel impunitatem vel penitentiam fructuoſam quando voluerint. Quare autē deus non cito puniat ratio eſt, vel quia expectat penitentiam, vel quia non eſt impleta menſura delictorum ſecundū ordinem diuinæ ſapientiæ. Vtrāꝗ.n. rationem ex ſacra ſcriptura diſcimus. ¶ *Attamen peccator ex eo ꝙ centies facit malum & per patientiam ſuſtentatur,* Interpræs diuiſas ſententias iunxit. Nam iuxta hebræum integra eſt ſententia. *Quia peccator facit malum centies & faciens prolongare ei.* Ad probādum ꝙ deus non cito punit, affert teſtimonium ex eo ꝙ inuenitur peccans nō ſemel aut bis vel decies: ſed centies, & deus facit prolongare ei ſententiam iudicii ſui. Si.n. cito puniret nō expectaret uſꝗ ad centies. *Ego cognoui ꝙ erit bonum timentibus deum qui uerentur faciem eius. Non ſit bonum impio, nec plangentur dies eius, ſed quaſi umbra tranſeant qui non timent faciem domini.* Iuxta hebræum habetur altera ſententia. *Quia etiam ſciens ego ꝙ erit bonum timentibus elohim, qui timebunt a facie eius. Et bonum non erit impio, & non prolongabit dies tanquā umbra: qui non ipſe timens a facie elohim.* Dilatio ſentētiæ habet duas conditiones: videlicet ꝙ ſententia non cito datur, & ꝙ tādem datur. (Quod.n. differtur non aufertur.) Et propterea cum declaraſſet diuini iudicii dilationem quo ad primā cōditionē, declarat modo quo ad ſecundam, videlicet ꝙ deus tandem iudicabit retribuendo bonū bonis, & malum malis. Ait itaꝗ quia etiam cum prædictis ſcio ego ꝙ erit bonum timentibus elohim, hoc eſt ꝙ tandē retribuetur bonum timentibus deum iudicem, timentibus aūt non a cauſis ſecundis ſed a facie eius a conſpectu ipſius elohim, utpote uidentis omnia. Et dixit hoc ad differentiam confitentium quidem diuinam prouidentiam, ſed non extendi proſpectum dei ad hęc minima ſingularia humanorum operum. De retributione uero impiorum dicit, & bonum non erit impio, & in ſpecie de bono longitudinis uitę dicit, & nō prolongabit dies: iuxta illud, viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Quod uerificatur quo ad meritum. Indignus eſt.n. peccator non ſolum longa uita, ſed etiam pane quo ueſcitur. Et demum hominem non timentem a conſpectu elohim aſſimilat umbræ: eo ꝙ ſicut umbra non eſt vere corpus eius cuius eſt umbra, ſed quædā repſentatio illius, ita nō timens diuinum conſpectum non eſt homo, ſed hominis umbra. Non eſt inq̄ homo ſecundum mentis uſum, ſed vmbra hominis. Vſus.n. humani animi pendet a timore conſpectus diuini tanquā a prima regula. *Et eſt alia uanitas, quæ fit ſuper terram.* Superfluit alia. Demonſtrātur occaſiones humanæ ſumptæ ex dilatione diuinæ ſapientiæ, & diuerſi euentus in hac vita recitati. Et appellantur uanitas ſuper terram facta, ad differentiam eorūdē quatenus fiunt a diuina gubernatione, ita ꝙ bonum in hac uita timentibus deum & non bonum non timētibus deum, quatenus ſuper terram fiunt ſupputantur inter uana, q̄uis relata ad diuinam prouidentiam non ſint uanitas. *Sunt iuſti quibus mala proueniunt, quaſi opera egerint impiorum, & ſunt impii qui ita ſecuri ſunt quaſi iuſtorum facta habeant.* Legenda eſt hæc clauſula iuxta hebræum. *Quot ſunt iuſti quibus euenit tanquam operibus impiorum: & ſunt impii quibus euenit ſicut operibus iuſtorum.* Tractans de diuino iudicio cum propoſuiſſet dubitationem, modo proponit magis admirandam conditionem diuinæ ſententiæ: videlicet ꝙ apparet ſæpe peruerſa. Nam inueniuntur iuſti mala illa patientes quæ merentur opera impiorum: & ſimiliter inueniuntur impii bonis illis donati quæ merentur iuſtorum opera. Huiuſmodi.n. retributio peruerſitatem iudicii ſonat. Argumentando ſiquidem procedit Eccleſiaſtes. Vnde & ſubiungit. *Sed & hoc uaniſſimum iudico.* Iuxta hebræum habetur. *Dixi ꝙ etiam hoc uanitas.* Pronomen hoc demonſtrat dictum euentum. Nam huiuſmodi tam diſſoni euentus ad uanitatem huius uitæ pertinēt. Et propterea appellatur vanitas. ¶ *Laudaui igitur lætitiam ꝙ non eſſet homini bonū ſub ſole, niſi comedere & bibere atꝗ gaudere, & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo omnibus diebus uitæ ſuæ quos dedit deus ſub ſole.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Et laudaui ego lætitiam.* Sententia in uulgata editione redditur: & deus nominatur elohim. Ecce quinto Eccleſiaſtes laudat bonum hominis in gaudio & cibo & potu, aſſignans tamen pro conditione concomitantiā talis boni in tota uita hominis. Nam dictio interpretata auferret, ſonat comitabitur: nec habetur dictio ſolum. Vacillans igitͬ Eccleſiaſtes inter effectus diuini iudicii, ac inter tot bona animi ab initio ſeptimi capituli nu-

Abuſo patientiæ diui ni iudicii.

Duæ conditiones dilationis ſolæ diuinæ.

Retributio impiorum.

ps. 54.

Impius vmbra hoīs non homo.

Bonū timentibus deum eſt vanitas quatenus fit ſuper terram, nō quatenus refert ad diuinā gubernationem.

metata, redit ad toties prolatam ſententiam de fœlicitate hominis in hac uita. *Et appoſui cor meum ut ſcire ſapientiam, & intelligerem diſtenſionem quæ uerſatur in terra. Eſt homo qui diebus & noctibus ſomnum non capit oculis.* Iuxta hebræum habetur. *Quando dedi cor meum ad ſciendum ſapientiam, & ad uidendum occupationem quæ facta eſt ſuper terram: ꝙ etiam in die & in nocte ſomnum in oculis ſuis ipſe non uidet.* Intendit proſequi diſputationem de bonis animi, & nouum aſſumere argumentum ex eo ꝙ bona animi ſunt priuilegiata, qđ probat ex hoc ꝙ iuſti & ſapientes ſunt in manu elohim: & ad hoc procedit ex diſcuſſione diuinorum ſub ſole operum, ab aliis, & ab ipſo facta. Introducit n. ſeipſum olim totis uiribus inueſtigãtem ea quæ ſunt ſapientiæ, & uidentem occupationem humanam in philoſophia. Huiuſmodi n. occupatio deſcribitur, dicendo quæ facta ſuper terram, ita ꝙ etiam in die & in nocte ſomnum in oculis ſuis homo nõ uidet. Studioſi. n. circa ſpeculabilia uix dormiunt. Et intendit per hoc declarare, ꝙ uidit traditiones philoſophorum. *Et intellexi ꝙ omnium operum dei nullam poſſit homo inuenire rationem rerum quæ fiunt ſub ſole.* Iuxta hebræum habetur. *Et uidi omne opus elohim ꝙ non poterit homo inuenire opus quod factum eſt ſub ſole.* Narrat conſequenter quid aſſecutus fuerit ex tanto ſuo ſtudio, dicendo, & vidi ꝙ nõ poterit hõ inuenire omne opus elohim, opus inquã quod factum eſt ſub ſole ad differentiam operũ dei in corporibus cœleſtibus & in ſubſtantiis ſpiritualibus: angelis. ſ. & demonibus. *Et quãto plus laborauit ad quærendum tanto minus inueniat.* Iuxta hebræum habetur. *Inde quo laborabit homo quærendo & non inueniat.* Relatiuum quo, refert omne opus dei ſub ſole. Vniuerſum enim hoc quæritur a philoſophis & non inuenitur. Multa enim ſub ſole fiunt de quibus ſemper ambiguum remanſit an ſint opera dei, an ſint euentus fortuiti, ſeu a caſu, qualia ſunt ultimo enumerata, uidelicet iuſtos affligi, & impios proſperari. *Etiam ſi dixerit ſapiens ſe poſſe, non poterit reperire.* Iuxta hebræum habetur. *Et etiam ſi dicet ſapiens ad ſciendum, non poterit inuenire.* Ad confutandum præſumptionem ſapientum huius mundi arbitrantium poſſe ex philoſophia diſcerni quæ ſunt opera dei ſub ſole, & quæ non ſunt opera dei, dixit hoc. Multi. n. philoſophi arrogarunt ſibi huiuſmodi notitiam, quales ſunt omnes qui opus dei in ſphera generabilium & corruptibilium limitauerũt ad id quod commune eſt, ad induidua, quatenus communicant in ſpecie, quatenus ſapiunt, participant, & conferunt ad eſſe perpetuum.

Bona animi ſunt priuilegiata.

Cõfutatio philoſophorum negantiũ dei prouidentiam reſpectu induiduorum.

Expoſitio hebræis conſona.

¶ *Omnia hæc tractaui in corde meo ut curioſe intelligerem.* Iuxta hebræum habetur. *Quia omne hoc dedi ad cor meum & ad eligendum omne hoc.* Et eſt ſenſus quia uniuerſum opus dei ſub ſole & ignorantiã humanam dedi ad cor meum, reduxi ad intima mentis meæ, & ad eligendum omne hoc, & ad eligendum ex omni hoc ſententiam ſubiunctam. *Sunt iuſti atq; ſapientes & opera eorum in manu dei.* Iuxta hebræum habetur. *Quod iuſti, & ſapientes, & opera eorum in manu elohim.* Ecce ſententia ad quam eligendam ex omnibus conſideratis ſtuduit, uidelicet ꝙ iuſti & ſapientes ſecundũ eorum perſonas & opera eorum ſunt & gubernantur manu (hoc eſt operatione) elohim, dei gubernatoris & iudicis uniuerſorum. Hæc. n. ſententia diuinæ prouidentiæ gubernationem ad indiuidua ſapientum & iuſtorum extendit: & eſt tanquã electio diſcernens ſapientes & iuſtos ab aliis. *Et tamen neſcit homo utrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur incerta.* Iuxta hebræum habetur. *Etiam amorem etiam odium non ſciens homo: omnia in facie eorum.* Altera eſt hæc pars eligende ſententiæ ꝙ cum hoc ꝙ iuſti & ſapientes gubernantur ab elohim, concurrit ignorantia humana ꝙ neſcit homo amorem uel odium: hoc eſt quid ex amore & qđ ex odio erga aliquem operatur elohim, & omnia tam ex amore q̃ ex odio geſta ſunt in facie hominum. Sẽtentia hæc ueriſſima eſt. Nam coram nobis ſunt ea quæ circa nos gerũtur, ſiue proſpera, ſiue aduerſa, & cum hoc neſcimus cauſam aduerſitatis uel proſperitatis, an ſit odium uel amore dei, hoc eſt an deus tanquam amans aliquem gubernant eum per aduerſa, & ſimiliter an tanquã habens odio aliquem gubernet eum per aduerſam, idemq; dicito de proſperis. Ignoramus. n. an deus tanquã amans aliquem gubernet eum per proſpera uel tanquã odio habens aliquem gubernet ipſum per proſperitates. Hoc enim eſt dicere, ꝙ neſcit homo etiam amorem etiam odium: hoc eſt an ſpectent ad amorem uel odium quæ coram eis fiunt. Ita ꝙ quis ſapientes & iuſti ſint priuilegiati penes eſſe in manu elohim, communi tamen ignorantię ſubduntur: quia ipſi neſciunt diſcernere quę ex amore ab iis quæ ex odio procedunt elohim.

Aſſertio aĩa ſubdi diuinæ gubernationi.

Rabi Salo: intelligit ꝙ iuſti & ſapientes tantum aduertũt a deo diligantũ vel odio habeantur. Neſcit homo an ea quæ deus circa ſe operatur, ſint ex amore vel odio

CAP. IX.

E*O ꝙ uniuerſa æque eueniant iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti uictimas & ſacrificia contemnenti, ſicut bonus, ſic & peccator, ut periurus ita ille qui uerum deierat.* Interpræs ſecuit textum. Nam iuxta hebræum habetur. *Omnia ſicut omnibus.* Et argumentatur contra electionem

nem dictæ ſententiæ ſcilicet ꝙ iuſti & ſapientes in manu ſunt elohim. Argumentatur autẽ ex eo ꝙ omnia tam bona q̄ mala eueniunt ſicut omnibus, hoc eſt abſq; dilectu inter iuſtos, ſapienteſq;, & iniquos ac ſtultos. Deinde iuxta hebraicam ueritatem immediate ſubiũgitur. *Euentus vnus iuſto & impio, bono & mundo & immundo. ſacrificanti & non ſacrificanti: ſicut bonus ſicut peccator, iurans ſicut iuramentum timens.* Sententia eſt clara: intelligendo ꝙ iurans e regione timentis iuramentum collocatus, ſignificat timere iurantem qui videlicet non reueretur religionem iuramẽti.

Tam bona q̄ mala abſq; diſcrime iuſtis ul' impiis eueniunt.

Vna tamen relinquitur queſtiuncula. Cur in vniuerſa iſta ſupputatione afferuntur ſemper contraria excepta ſupputatione boni? Nam dicitur euentus vnus iuſto & impio: & ſubdit bono. nec adiungitur & malo, quã tamen additionem interpræs appoſuit. Forte ratio eſt: quia non intendit de viro bono bonitate inherente ſibi loqui, ſed de bono bonitate extrinſeca ex parte dei, & quia huiuſmodi bonitas caret ex parte dei cõtrario, ideo dixit bono, nulla mentione facta contrarii.

Q ueſtio.

Solutio.

Ex hoc itaq; ꝙ euentus vnus eſt iuſtis & iniuſtis &c. Argumẽtum ſumitur ꝙ iuſti & ſapientes non ſunt in manu elohim pluſquã alii. Verificari autẽ hæc, experientia quotidiana monſtrat in proſperitatibus & aduerſitatibus mundi huius.

Hoc eſt peſſimum omnia quæ ſub ſole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. Iuxta hebræum habetur. *Hoc malum in omni quod factum eſt ſub ſole ꝙ euentus vnus omnibus.* Inter omnia quæ ſub ſole fiunt, eſtimat præcipuum malum hoc: videlicet ꝙ omnibus indifferenter ſimilia eueniunt aduerſitatum & proſperitatum. *Vnde & corda filiorum hominum.* Parui refert ꝙ iuxta hebræum habetur. *Et etiam cor filiorum Adam impletum eſt malo, & tricæ in corde eorum in vita ſua.* Exaggeratio eſt antedicti mali, ab effectibus in cordibus hominum duobus, alter eſt ꝙ hinc corda hominum replentur malitia, alter eſt ꝙ replentur tricis. Et vtrunq; videmus: primum in affectu, & ſecundũ in intellectu. *Et poſt hæc ad inferos deducentur.* Iuxta hebræum habetur. *Et poſtea ipſe ad mortuos.* Sub euentu vno omnibus, ſupputat mortem a qua nullus eximitur. Et propterea dicit & poſtea ipſe homo ad mortuos vadit, hoc eſt mortem incurrit. ¶ *Nemo eſt qui ſemper viuat & qui huius rei habeat fiduciam.* Iuxta hebræum habetur. *Quia cuius ꝙ affigetur ad omnes viuos eſt ſpes.* Quaſi dicat nullius eſt ſpes (nullus ſperat) ꝙ affixus erit ad viuos omnes qui coenus erit viuentibus omnibus. Ex hoc enim ꝙ nulla eſt ſpẽs euadẽdi mortem, declarat ꝙ poſt cõmunes huius vite euentus homo cadit ad mortuos. *Quia canis viuus melior eſt leone mortuo.* Declarata cõmunitate mortis, exaggerat malum mortis, primum quia canis viuus melior eſt leone mortuo hoc eſt, quilibet quantuncunq; minimus viuens ꝓſtat cuicunq; excellentiſſimo mortuo. *Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros: mortui vero nihil nouerunt amplius.* Legendum eſſet iuxta hebræum. *Et mortui non ſciunt quicquã.* Rationi ſumpte ex comparatione viui ad mortuum, adiungitur ratio ex comparatione ſcientie ad negationẽ illius. Viuentes.n. ſciunt ſaltem hoc ꝙ ſunt morituri. Mortui autem nihil ſciunt. Et quãuis diſputatiue hęc dicantur, vera tamen ſunt formaliter loquẽdo de mortuis. Mortui.n. quatenus mortui ſunt, nihil ſciunt, quicquid ſit de ſciẽtia animarum viuentium poſt mortem. Formaliter.n. eccleſiaſtes loquitur omittendo ſermonem de ſcientia ſeparatarum animarum. *Nec habent ultra mercedem.* Parui refert ꝙ hebraice habetur. *Et non vltra eis merces.* Tertia ratio affertur ex priuatione mercedis. Homines enim viui, merentur aliquid, mortui autem nihil merentur. *Quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. Amor quoq; & odium & inuidiæ ſimul perierunt, nec habent partem in hoc ſæculo, & in opere quod ſub ſole geritur.* Principium eſt totius huius ſubiũcte clauſule hæc particula. Et propterea ſimul legenda eſt iuxta hebraicam veritatem ſic. *Quia obliuioni tradita eſt memoria eorum etiam amor eorum etiam odium eorum, etiam inuidia eorum iam periit, & pars non eis vltra in æternum in omni quod factum eſt ſub ſole.*

Mortui nihil ſciunt.

Mortui nihil merentur.

Poſt exaggeratum malum mortis ex priuatione actionum, exaggeratur ex priuatione paſſionum a viuis, inchoando a recordatiõe. Quãuis aliqui mortui per tẽpus aliquod ſint in memoria hominum & honorentur, aliqui vero odio habeantur (ita ꝙ extumulantur & comburunt oſſa eorum &c.) commune tamen mortuis omnibus eſt ꝙ tandem obliuioni traduntur, & cõſequenter amor, odium, atq; inuidia erga eos periit: & vniuerſaliter nulla illis pars eorum quę ſub ſole fiunt, remanet. Quãdiu enim in memoria, opinione, laude, vel vituperio hominum durant, habent aliquam eorum quæ apud viuos fiunt partem (videlicet memoriam, amorem, odium, & id genus reliqua in animis viuorum) ſed poſtq̄ obliuioni dati ſunt, nulla remanent mortuis pars eorum quę ſub ſole fiũt. Et procedit hęc ratio ſuppoſita æternitate mundi. Hac enim prę ſuppoſita, commune eſt mortuis omnibus tradi obliuioni &c.

Nulla mortuis pars cũ uiuis.

Vade ergo & comede in lætitia panem tuum & bibe cum corde bono vinum tuum quia deo placent opera tua. Superfluit ergo: & deus nominatur elohim: præteritiq; temporis eſt verbum ĩterpræ tatũ placent. Ecce ſexto iterat concluſionem de fœlicitate humana in lætitia fruitionis bonorum ſenſibilium, inchoando a cibo & potu in gaudio cordis. Conſiderata enim communitate euentuũ,

tanquā confutata ſententia ꝙ iuſti & ſapientes ſunt in manu elohim præ aliis, redit ad prio
rem opinionem adiungendo rationem ex parte dei, quia complacuit elohim in opere tuo
Q uod enim eſt bonum delectabile ſecundum naturam & morē & ſine alicuius iniuria, gra-
tum eſt deo, gubernatori vniuerſi. Et propterea eccleſiaſtes dicit placere deo hæc delectabi-
lia opera. *Omni tempore ſint ueſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* Delectationibus ci-
bi & potus, adiungit iocunditatem veſtium, & vnguentum aromaticum in capite iuxta mo
rem orientalium. *Perfruere uita cum uxore quā diligis cūctis diebus uitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſo*
le omni tempore uanitatis tuæ. Legendum eſſet. *Vide uitam cū uxore quā dilexiſti omnibus diebus uitæ uanitatis*
tuæ &c. Sententia eſt clara, annotando ꝙ tum vita pręſens appellatur vita vanitatis, tum dies
omnes quibus homo viuit appellantur dies vanitatis, vt inter vana conſtitutus homo ex va
nis capiat id boni quod poteſt, quod eſt bonum delectabile quod modo deſcribitur. *Hæc*
eſt enim pars in uita & in labore tuo quo laboras ſub ſole. Repetit rationem ſuperius allatam ad hoc idē:
quia videlicet huiuſmodi delectabile donum eſt pars tua, ita ꝙ nihil aliud tibi debetur ex to
to vniuerſo. Hæc eſt enim doctrina opinantium fœlicitatem hominis conſiſtere in huiuſ-
modi bono delectabili ſecundum naturam & mores. ¶ *Quodcunque facere poteſt manus tua inſtanter*
operare. Iuxta hebræum habetur. *Omne quod inueniet manus tua ad faciendum in uiribus tuis fac.* Negli
gentiam ab huiuſmodi fœlicitate excludit, mandando vt quod vnuſquiſque iuxta conditio-
nem ſuam inuenerit ad faciendum, non negligat facere ſed ꝓ viribus efficiat. Et rationē ſub
dit. *quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos quo tu properas.* Dictio interpretata-
ta inferos ſonat. *Foueam.* Et legendum eſſet in fouea. Et eſt ſermo de fouea ſepulchri. Inten-
dit enim ſuadere ꝙ vtaris ratione ſapiētia, ſcientia, & opere quādiu viuis, quia nihil horum
comitatur te in ſepulchro, ſed omnia cum præſenti vita deſinunt. *Verti me ad aliud & uidi quæ*
ſub ſole. Legendum eſſet. *Reuerſus ſum & uidendo ſub ſole.* Tractaturus de inopinatis & irregula-
ribus euentibus, deſcribit ſeipſum reuerſum ad materiam euentuum de quibus ſuperius tra
ctauit: reuerſum autem conſiderando & videndo euentus ſub ſole. *Nec uelocium eſſe curſum, nec*
fortium bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, ſed tempus caſumque in omnibus. Iuxta
hebræum datiui caſus ſunt omnia ſubiuncta: ita ꝙ legitur. *Q uod non leuibus curſus, & non forti-*
bus prælium, & etiam non ſapientibus panis, & etiam non intellectoribus diuitiæ, & etiam nō ſcientibus gratia, quia tempus &
caſus obuiauit omnibus ipſis. Diſcurſus iſte tendit ad hoc, ꝙ in humanis propriæ cauſæ deficiūt ab

Defectus ī cauſis quinque humanis reſpectu ſuorū effectuum.

effectibus qui deberent proficiſci ab eis. Hoc enim ſonat collectio quinque cauſarum huma-
narum relatiue ad proprios effectus. Nam leuitas corporis cauſa eſt curſus, & fortitudo cau
ſa eſt prælii proſperi: ſapientia quoque vendicat ſibi neceſſaria victus, vtpote ſapientibus de-
bita, induſtria quoque vigentium intellectu parit diuitias, & ſcientia gratioſos reddit homi-
nes. Eccleſiaſtes autem vidiſſe ait ſub ſole ꝙ curſus non reſpondet leuibus, & fortibus non
ſuccedit prælium, nec ſapientibus ſuppetit panis, nec viris induſtriis adſunt diuitiæ, nec ſciē
tes comitatur gratia: & rationem ſubdit, quia tempus & caſus obuiant eis. Et in ratione tē-
poris intendit actiones celeſtium corporum, ſecundum quorum motus mēſura eſt tempus;

Abenezra de ordinatione diuina exponit hunc caſum.

Humana īpediri a cœleſtibus motibus.

ita ꝙ intendit impediri humana a celeſtibus motibus & a caſu. Et verum dicit comparādo
diſpoſitiones humanas ad conſeruationem effectuum corporeorum de quibus ſolis fit mē-
tio in litera. ¶ *Neſcit homo finem ſuum.* Iuxta hebræum habetur. *quia etiam neſcit homo tempus ſuū.*
Declarat illam particulam, quia tempus obuiabit eis. Declarat autem inchoando a radice:
videlicet quia homo neſciet tempus ſuum, hoc eſt quale erit ſibi tempus ſuum. Latet.n. ho-
minem qualis erit ei dies craſtinus, īmo qualis erit ei meridies pręſentis diei, hinc ſiquidem
proficiſcuntur ſubiuncta, videlicet. *Sed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehendūtur, ſic capiū*
tur homines in tempore malo. Iuxta hebræum legendum eſt. *Sicut piſces qui capti ſunt in laqueo malo: & ſi*
cut aues quæ captæ ſunt in laqueo: ſic impegerūt filii Adam in tempus malum. Aſſimulat homines reſpectu tē-
poris mali auibus & piſcibus, eo ꝙ commune eſt eis incidere quando non cogitant malū.

Impedimenta ineuitabilia.

Cū eis extemplo ſuperuenerit. Legendum potius eſt. *Q uia quod cadet ſuper eos ſubito.* Aſſimulat ac-
cidentia hominibus ex tempore malo, illis quæ cadunt repente ſuper aliquem. Et per hanc
ſimilitudinem ſeu potius rationem declarat ineuitabilitatem, & ſuperioritatem: vt intelliga
mus ꝙ hęc impedimenta proficiſcuntur a cauſis ſuperioribus, ite ꝙ ſunt ineuitabilia ab ho-
minibus, quemadmodum cadentia ſuper hominem ſubito. *Hanc quoque ſub ſole uidi ſapientiam &*
probaui maximam. Iuxta hebræum vltimæ dictiones ſic habentur. *Et magnam ipſa mihi.* Prono-
men hanc, demonſtrat ſubiunctam pauperis ſapientiam magnipenſam apud eccleſiaſten.
¶ *Ciuitas parua & pauci in ea uiri, uenit contra eam rex magnus & uallauit eam, extruxitque munitiones per gyrū, & perfe*
cta eſt obſidio. Inuentuſque eſt in ea uir pauper & ſapiens, & liberauit urbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recorda
tus eſt hominis illius pauperis. Sententia clara eſt: ſiue res geſta recitetur, ſiue exempli gratia ficta
intelligatur,

intelligitur hiſtoria. Idem enim intentum habetur, quo vis modo intelligas. Ad hoc enim affertur vera vel ficta hiſtoria hæc, vt deſcribatur ſapientia pauperis deſpecta & nigratione obuoluta. ℭ *Et dicebam ego.* Iuxta hebræum habetur. *Et dixi ego melior ſapientia fortitudine.* Et proculdubio benedixit. *Quomodo ergo.* Non ſic ſcribitur in hebræo, ſed immediate ſequitur. *Et ſapientia pauperis contempta, & verba eius non audita.* Quãuis melior ſit ſapientia q̃ fortitudo, pauperras tamen reddit ſapientiam contemptibilem, & facit verba pauperis non audiri. Cõcluſionem hanc intellige adiunctam ab eccleſie occaſione ſumpta ac recitata hiſtoria. Recitatus enim pauper auditus fuit in illa duntaxat neceſſitate & poſtea deſpectus eſt. Pauperis autem verba quãuis ſapienris, communiter non audiuntur ſed diuitum & magnatum. *Verba ſapientũ audiũtur in ſilentio pluſquã clamor principis inter ſtultos.* Legendum iuxta hebræum eſt. *Verba ſapientũ: inquiete auditi ſunt: pluſquã clamor domini in ſtultis.* Poſtquã prætulit ſapientiam fortitudini, præfert verba eius verbis dominorum, dicendo ꝙ verba ſapientum in quiete tam loquentium, plus audiuntur plus placẽt q̃ clamor, vox magna domini in ſtultis, hoc eſt inter ſtultos. *Melior eſt ſapientia quã arma bellica.* Sententia clara eſt & vera comprobatur, ex eo ꝙ bellica arma, nihil proſunt, niſi ſapientia regantur. *Et qui in uno peccauerit multa bona perdet.* Iuxta hebræum habetur. *Et peccator unus, perdet bonũ multũ.* E regione vnius ſapientis qui ſeruauit ciuitatem, deſcribit peccatorem vnum deſtruentem multitudinem ſeu magnitudinem bonorum: iuxta vulgatũ prouerbium, vnus ſtultus proiicit lapidem in puteum, & mille ſapientes nõ extrahũt.

Sapĩa paupis deſpecta.

Pauperis verba non audiunt q̃uis ſapientis.

Vulgatum prouerbiũ.

CAP. X.

M*Vſce morientes perdunt ſuauitatem unguenti.* Iuxta hebræum hr̃. *Muſce mortis faciet fœtere faciet bullas ſcatere oleum aromaticum.* Familiaris eſt hebraicę lingue mutatio numeri: & ideo nõ miraberis legendo muſce mortis putrefaciet. Eſt.n. ſenſus multitudo muſcarum morientiũ in ungento aromatico, qd̃ eſt ſuauis odoris, faciet illud et bullas ſcatere quẽadmodũ putreſcentia & fœtere. Putrefactionem.n. comitatur fœtor. Affertur autem hoc exemplum ad continuandum inchoatum tractatum de contrariis ſapientiæ. Primum.n. attulit paupertatem, contra honorem ſapientibus debitum, deinde attulit peccatorem, & ad hoc continuãdum attulit exemplum de unguento præcioſo quod putret & fœtet ex morte muſcarum. *Prætioſa eſt ſapientia paruaq; gloria ad tempus, ſtultitia.* Iuxta hebræum habetur. *Prætioſum præ ſapientia præ honore ſtultitia modica.* Et eſt ſenſus, modica ſtultitia facit putrere & fœtere hominem præcioſiorem ſapientia & honore. Hyperbolico ſermone excellens vir dicitur præcioſior ſapiẽtia & honore, quemadmodum dicitur uelocior aquilis. Accõmodatur.n. ſimilitudo muſcarum & unguenti ſtultitiæ modicę & viro raro, ut hinc perpendamus ꝙ bonum conſurgit ex cauſa integra, & tantam eſſe vim mali admixti bono, ut ſtultitia exigua deturpet virũ quãtũcũq; ſapientem & honorabilẽ. *Cor ſapientis in dextra eius & cor ſtulti in ſiniſtra illius.* Et eſt ſenſus ꝙ cor ſapientis intendit ad ea quæ ſunt dexterę, hoc eſt bona honorabilia & viro digna, cor autem ſtultorum ad ea quę ſunt ſiniſtrę: hoc eſt, vilia, turpia, & ſimilia. *Sed & in uia ſtultus ambulans cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos exiſtimat.* Iuxta hebræum habetur. *Et etiam in uia quando ſtultus ambulat cor eius deficit: & dicet omnibus ſtultum ſe.* Nõ ſolum cor ſtulti eſt ad ſiniſtram: ſed etiã cum ambulat (hoc eſt cum negociatur, cum tractat de occurrentibus) cor eius, hoc eſt intimum eius deficit a rectitudine rationis, & proprio defectu manifeſtat omnibus ſe ſtultum eſſe. *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcendet ſuper te: locum tuum ne dimiſeris: quia curatio faciet ceſſare peccata maxima.* Parui refert ꝙ dictio interprætata poteſtatem habentis ſonat dominãtis: & dictio interprætata maxima ſonat magna. Poſt tractatum de impedientibus ſapientiam monaſticam, conſequenter tractat de ſapientia politica inchoando ab impedimentis per modum monentis dicens, ſi ſuper te uenerit ſpiritus dominantis, hoc eſt authoritas ſeu uẽtoſitas dominantis (qd̃ eſt dicere, ſi eleuatus fueris in dominium, puta in principem ciuitatis) ne dimittas locum tuũ ne dimittas virtutem animi tui in qua quieſcere ſolitus es, ſi eleuaris poteſtate non eleueris animo, ſed in priſtina morare ſapientia. Et rationem ſubdit ex fructu, quia curatio ceſſare facit peccata magna, hoc eſt quia utendo ſapientia tua propter quã meruiſti eleuari, eris curator, eris uelut medicus, adhibendo curam ut ceſſent peccata & ſi non omnia tamen magna. Politica.n. gubernatio non tollit peccata omnia populi, ſed peccata magna. De minimis enim non curat prætor. *Eſt & malum quod uidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens a facie principis.* Aduerſus ſapientiam politicam uidiſſe ſe malum ſub ſole narrat. Et quoniam peruerſum ſeu monſtruoſum eſt malum hoc, ideo dicit tanquam errorem, qui egreditur a facie dominantis. Et ad literam aſſimilat hoc malum iis quæ per errorem fiunt a principibus intendens

Bonũ ex cauſa integra Dyo.

Modica ſtultitia, deturpat uirũ quãtũuis ſapientem.

Intentio ſapientis & ſtulti.

Poſt ſapĩam monaſticã tractat de politica.

dicere ꝙ huiuſmodi mala proficiſcuntur a gubernatore uniuerſorum, tãquam ea quæ proficiſcuntur a principibus per errorem. Sicut.n. non voluntarie fiunt quæ fiunt per errorem, ita hæc proficiſcuntur a deo non voluntarie. Et verificatur ſententia iſta de voluntate antecedente, qua uult omnes homines ſaluos fieri, qua non ꝓbat multos malos reges dicens, ipſi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt & ego neſciui. *Poſuit ſtultum in dignitate ſublimi: & diuites ſedere deorſum.* Sententia redditur: q̃uis hebraice ſcribatur. *Data fuit ſtultitia in celſitudinibus multis & diuites in humilitate ſedebũt.* Ecce malum quod tanquã per errorem fit, videlicet ꝙ ſtultitia eleuatur in diuerſis ſtatibus celſitudinum, dum dantur ſtultis huiuſmodi ſtatus, & diuites ſapientiæ & uirtutum ſedebunt in humilitate, hoc eſt peruerſum, hoc eſt mõſtrũ in humanis ſtatibus. *Vidi ſeruos ſuper equos: & principes ambulantes ſuper terram ſicut ſeruos.* Frequens eſt hoc malum & affine priori. *Qui fodit foueam: incidet in eam: & qui diſſipat ſepem, mordebit eũ coluber. Qui transfert lapides affligetur in eis: & qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis.* Dictio interpretata transfert: ſonat cõmouet, & dictio interpretata affligetur, ſonat dolore afficietur. & dictio interpretata vulnerabitur ſonat periclitabitur. Non ſaltat Eccleſiaſtes, ſed cum dixiſſet malum hoc proficiſci a deo, tanquam per errorem, affert has quatuor parabolas ad inſinuandum ꝙ nõ per errorem deus facit hæc mala, ſed merita hominum eſſe illa quæ occaſionem prębent ut hęc mala eueniant. Ita ꝙ deus gubernando homines prout ipſi merentur, ſuauiter diſponit ut ſtulti præſint. Merita autem hominum colliguntur ad quatuor genera, iſtis quatuor ſimilitudinibus ſignificata. Meretur.n. qui fodit foueam ad hoc ut alter cadat in eam, ut ipſe incidat in illam, & hac ſimilitudine notantur parantes aliis occulte caſum, qui iuſto dei iudicio cadunt ab excelſis ſtatibus. Diſſipans quoq; ſepem concludentem agrum ſeu hortum, excitat colubrum ad ſui morſum, & quid aliud facit aliena clauſtra inuadens, niſi mereri ut mordeatur morſu uenenoſo? Cõmouens quoq; aceruum lapidum prouocat caſum lapidis aduerſus ſe: quemadmodum ſcindens ligna, periculo ſe exponit ut ledatur uel ab exiliente fruſtro ligno, uel a ſecuri. Per hæc.n. inſinuantur perturbantes congregationes ſtabilium, & ſcindentes vnitatem quieſcentium. Huiuſmodi.n. ſunt merita quibus homines merentur ut ſubiiciantur ſtultis. *Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non ut prius. ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur: & poſt induſtriam ſequetur ſapientia.* Iuxta hebræum habetur. *Si obſcuratum eſt ferrum & ipſius non facies illuſtrata: & fortitudo roborabit & excellentia rectitudinis ſapientiam.* Quanta eſt uis rectitudinis inſinuat ex ſimilitudine ferri obſcurati rubigine, dicendo ꝙ ſi ferreum inſtrũm obſcuratũ fuerit rubigine quãuis facies eius non illuſtrẽt, fortitudo tamen virium ferri roborabit ipſm instrumentum: ut intelligamus ꝙ non ex fulgore ſuperficiei: ſed ex fortitudine roboratur inſtrumentum ferreum, ſimili quoq; modo ſapientia non roboratur ſplendore glorie, ſed excellentia rectitudinis. Et intendit per hanc parabolam inſinuare, ꝙ non eſt mirum ſapientes obſcurari & ſubiici ſtultis quia carent robore rectitudinis. Rectitudo.n. firmat ſapiẽtes. Et hinc intelligimus ꝙ quatuor ſupradictę parabolę ad ſapientum peccata referuntur. Hæc n. quinta ſimilitudo aperit, ꝙ excellentia rectitudinis roborat ſapientiam etiam obſcuram: ut hinc quoq; inſinuetur ꝙ ſapientes reſurgent ad excelſos ſtatus quando excellenti rectitudine morum fuerint firmati. *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.* Iuxta hebræũ habetur. *Si mordebit ſerpens abſq; ſuſurro & non excellentia habenti linguam.* Et eſt ſenſus ꝙ morſus ſerpentis abſq; ſigno audibili, nõ ſuperat morſum linguę humanę. Deſcripto ſiquidem malo uiſo ſub ſole (videlicet ꝙ ſtulti eleuati ſunt in excelſos ſtatus) intendit modo, ſtultos pingere ſuis coloribus, inchoando a lingua & dicendo, ꝙ lingua ſtultorum non ſuperatur a morſu ſerpentis in auditi. Et quoniam detrahendo & ſuſurrando hominis lingua mordet famam, & amicitiam, ideo interpres antiquus expoſitoris fungens officio introduxit detrahentem occulte. *Verba oris ſapientis gratia: & labia inſipientis præcipitabunt eum.* Dictio interpretata præcitabunt ſonat deſtruent. Probat ꝙ dixerat: videlicet ꝙ morſus ſerpentis non ſuperat humanam linguam, probat inq̃ ex diſparitate inter uerba ſapiẽtis & uerba ſtulti: penes hoc ꝙ ſapientis uerba ſunt gratia, (hoc eſt ſunt grata & bona aliis) ſtulti autem verba nocent etiam ſibi ipſi. Et propterea priora ſunt ſerpentino morſu, nocente nõ ſerpenti ſed aliis. *Initium uerborum eius ſtultitia, & nouiſſimum oris illius error peſſimus.* Iuxta hebræum habetur *Initium uerborum oris ſtultitia: & finis oris eius tricæ malæ.* Sermo ſtulti incipit a ſtultitia & terminatur ad tricas malitiæ, ſeu ad tricas malorum. Incipit a deficiente intellectu & terminatur ad intricationes nociuas. Sæpe enim imprudentes principes huiuſmodi ſermones proferunt in diuerſis materiis. ¶ *Stultus uerba multiplicat: ignorat homo quid ante ſe fuerit: & quid poſt ſe futurũ ſit quis poterit indicare ei?* Dictio interpretata ante ſe fuerit, ſonat erit. Ita quod legendũ eſt. *Quid erit.* Scribitur.n ꝙ homine neſciente tum quod erit hodie, cras, perendie

Quædam proficiſcuntur a deo nõvolũtariæ.

1. Timo. 2.
Oſeæ. 8.

Quatuor parabolę ꝙ non fiunt ea quæ dixit a deo per errorem uel voluntariæ.

Merita hominũ ad quatuor genera colliguntur.

Pulchra ſimilitudo.

Lingua ſtultorum.

Verborum ſtulti & ſapientis comparatio.

Principiũ ſermonis ſtultorum & finis.

perendie &c. Tum quid erit poſt mortem eius, ſtultus multiplicat verba diſputando de futuris, tanquã multiplicatio ſermonum faciat ipſum apparere ſapientem. ¶ *Labor ſtultorũ affliget eos: qui neſciũt in vrbem pergere.* Parui refert ꝙ dictio interpratata affliget, ſonat fatigabit: & præteriti temporis eſt dictio interpratata neſciunt. Non ſolum lingua ſtultorum mala, ſed etiam labor eorum malus deſcribitur, vtpote faciens laborare eum qui neſciuit ire ad ciuitatem. Carpitur enim princeps qui latebroſam fecit viam ad ciuitatem quaſi in munimine ciuitatis Huiuſmodi enim labor ſtultitie attribuitur: quoniam viam ad ciuitatem decet eſſe patentem, & nociuus eſt illis qui huiuſmodi latebras neſciendo, pergere volunt ad ciuitatẽ. Et in hoc vno labore intellige omnes ſimiles labores ſtultorum indecentes & nociuos.

Ve tibi terra cuius rex tuus puer: & cuius principes mane comedent. Proſequendo qualitatem ſtultorũ principum, apoſtraphat ad terram, ad ciuitatem ſeu regnũ, dicẽs, ve tibi terra cuius rex eſt puer: hoc eſt ſubditus paſſionibus (quæ perturbationes animi vocantur) tanquã puer. Rex enim qui agit ira, amore, odio, & aliis eiuſmodi animi paſſionibus, puer eſt non ętate ſed animo, & eius regimen eſt peſſimum. Et propterea dicitur, ve tibi terra cuius rex eſt puer. Et ſimiles regi deſcribuntur principes dicendo, & eius principes mane comedent. Ab intemperantia comedendi ante tempus, ſignificatur ſtudium principum ad crapulam, quorum deus venter eſt. *Beata terra cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum non ad luxuriam.* Iuxta hebræum habetur. *Beata tu terra, cuius rex tuus filius libertatum: & principes tui in tempore comedent in fortitudine & non in potatione.* E regione regis pueri, collocatur rex filius libertatum: hoc eſt abũdãs libertate a paſſionibus animi. Subiici.n. paſſionibus animi, magna & multiplex eſt ſeruitus, vnde & Diogenes fertur dixiſſe Alexandro. Tu es ſeruus ſeruorum meorum, intendens tu es ſeruus paſſionum, quarum ego ſum dominus. Quemadmodum itaq; apud hebræos dicitur filius mortis, filius iniquitatis &c. ita hic ſcribitur filius libertatum, qui plene liber eſt a paſſionibus animi. Et merito prædicatur beata terra cuius rex eſt filius libertatũ. E regione quoq; principum mane comedentium deſcribuntur principes comedentes in tẽpore congruo ad comedendum, & adiungitur moderamen alterum: videlicet ad fortitudinem & non ad potationem. Non ſat eſt comedere hora corgrua, ſed oportet qualitatẽ quantitatemq; cibi proportionatam eſſe fortitudini corporis ſeruande & non potationi. Ordinatur enim comedere ad ſeruandum robur corporis: & non ideo comedendum eſt, vt vacemus potationibus. Intemperati.n. comedunt ea quæ prouocant delectationem potus: & cõuiuia celebrant ad potandum, non ad reficiendum corpus. *In pigritia humiliabitur contignatio: & in infirmitate manuũ perſtillabit domus.* Sententia redditur, & ad infœlicitatem ciuitatis cuius rex eſt puer, adiicitur pigritia & humilitas manuum. Intemperatos enim principes par eſt vt ſequãtur pigri ciues, quorum negligentia contignationes domorum inclinentur. Intemperantia enim parit pigritiam & deiectionem manuum ab operibus, ob quam tecta domus ſtillant, quæ non ſtillarent ſi manus leuarentur ad operandum. *In riſu faciunt panem & vinum, vt epulentur biuentes: & pecunie obediũt omnia.* Iuxta hebræum habetur. *Riſui facientes panem & vinũ lætificabit vitam: & argentum humiliabit omnia.* Ad deſcriptam terram beatam pertinent hæc: videlicet abundantia panis & vini & pecuniȩ. Par enim eſt vt rex optimus & principes temperati gubernent ciuitatem ſeu regnum in abundantia panis & vini & argenti: & abundantia quidem panis deſcribitur per facere panem riſui, tempore ſiquidem penurie panis faciunt homines panẽ merori, mœſtis vultibus: eo ꝙ panis nõ tollit triſtitiã populi vultus cui fit panis. Cum aũt abundantia panis eſt fit panis riſui hoc eſt iocundo vultui populi. Abundantia vero vini deſcribitur ad lętificationem vitȩ, eo ꝙ cum copia vini ſuppetit, lætam vitam ducit populus. Abundantia autem argẽti deſcribitur ex ſubactione omnium. Pecuniȩ enim inopia multis priuat q̃ emere opporteret: quo contra pecuniȩ copia quaſi domina ſubiicit omnia, emendo, donando, conducendo, conſtruendo &c. *In cogitatione tua regi non detrahas.* Iuxta hebræum habeẽ. *Etiam in ſuperatione tua regem non maledices.* Siue rex fuerit puer ſiue filius libertatũ caue ne maledicas regem non ſolum quando es cum aliquo ſed etiam in ſeparatione tua, hoc eſt cum ſeparatus es ab aliis & manes ſolus. *Et in ſecreto cubiculi tui, ne maledixeris diuiti.* Sentẽtia redditur & propter principes vtrobiq; deſcriptos poſt regem, adiecit hoc documentum. *Quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabunt ſententiam.* Iuxta hebrȩũ habetur. *Quia aues cœli portabit vocem, & habens alas annuntiabit verbũ.* Et eſt ſenſus quia ſcietur cito per inde ac ſi aues indicarent quod dixiſti. Ineuitabile eſſe quin ſciatur, inſinuat ex hoc ꝙ aues indicabunt maledicentiam tuã, non ꝙ putet aues indicaturas: ſed vt intelligas nullum verbum nullum locum, carere teſte.

Rex puer quid ſit.

Vera libertas.

Diogenis dictum.

Qualiter & quomodo comedendum.

Triplex abundantia in regno pricipis teperati.

CAP. XI.

Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tempora multa inuenies illum. Iuxta hebræum habetur. *Mitte panem tuum ſuper facies aquarum: quia in multitudine dierum inuenies eum.* Si annotata fuerit differentia verborũ (videlicet mitte & da. Hic enim verſiculus incipit mitte, ſequens vero ad idem pertinens incipit da) apperebit ꝙ mittere refertur ad diſtãtes, dare vero ad pręſentes, prius monet de elemoſina mittenda, deinde de elemoſina dãda. Et ſi rationem ordinis quæris, ſcito ꝙ cum hactenus de bonis animi quæ ſubſunt naturali notitie eccleſiaſtes d.ſputauerit, modo differit de bonis animæ reuelatis, inchoas ab elemoſina. Dare enim elemoſynam propter deum, ad reuelata animi bona ſpectat. Primum itaq; mandatum eſt mitte panem, non alienum ſed tuum, ſuper facies aquarum ſuper maria, & flumina vehendum ad diſtantes pauperes. Sic enim verificatur ad literam mandatum hoc: naues ſiquidem ſuper facies aquarum feruntur. Premium autem apponitur, quia in multitudinẽ dierum inuenies eum. Non dicit quia poſt multitudinem dierum, ſed quia in multitudine dierum. Vita enim ęterna appellatur, multitudo dierũ, ad differẽtiam vitæ præſentis, quæ quaſi momentanea eſt. Promittitur itaq; panis miſſus pauperibus inueniendus in æternitate, quod uerificatur quantum ad fructum, ſeu præmium elemoſynæ. *Da partes ſeptem, nec non & octo.* Iuxta hebræum habetur. *Da partes ſeptem & etiam octo.* Et tam ſeptem ꝙ̃ octo, eſt datiui caſus, & propterea ſenſus litere corrumpitur legendo partes ſeptem in actõ. Alterũ elemoſynæ mandatum ad pauperes præſentes refertur dicendo, da, non mitte. Sed da partem, ſiue lege Moyſi decretum, ſiue arbitrariam, ſeptem hoc eſt certo numero pauperum. Forte enim tunc temporis familiare erat iudeis elemoſynariis paſcere pauperes ſeptem, ob reuerẽtiam diuinarum actionum quæ ſeptẽ diebus deſcribuntur a Moyſi ſupputato ſabbato quietis, ſicut modo conſueuerunt multi paſcere pauperes duodecim in memoriã duodecim apoſtolorum. Da itaq; partem mẽſæ tuæ pauperibus ſeptem, hoc eſt decreto numero pauperũ, & etiam octo, hoc eſt & ſi alius ſuperuenerit pauper da etiam ei partem, ita ꝙ ſiue decretus numerus pauperũ, ſiue aliquãto maior numerus affuerit, da partem ciborum & potus illis. *Quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram.* Ex ignotis periculis vite ſanitatis & facultatum rationem reddit huiuſmodi elemoſynæ, vel quia elemoſyna vim habet ſeruatiuã a malis præſentis vite: iuxta conſilium Danielis Cap. 4. datum Nabuchdonoſor, ad euadendum ab imminentibus malis. Et iuxta hunc ſenſum, elemoſynæ promiſſum eſt plus bonum futuræ vitę, & nũc promittitur euitatio mali præſentis vite. Vel quia neſcis an facultates tuas perdes: & propterea debes eas in tutiſſimo loco reponere per elemoſynam. Quodcunq;.n. ſuperuenerit malum ſuper terram, ſecurus eris, ꝙ data in elemoſynã, nec tolli, nec amitti vllo modo poſſunt. Nam recondita ſunt in celeſtibus theſauris iuxta verbum Laurentii, facultates quas requiris in celeſtes theſauros manus pauperum deportauerunt. *Si replete fuerint nubes, imbrem ſuper terram effudent.* Parui refert ꝙ dictio interpratata effundent, ſonat euocabunt. Ad perſcrutandum vtrunq; elemoſynę modum affert parabolam ex nubibus plenis quaſi grauidis, ꝙ euacuant pluuiã ſuper terrã, vt homo plenus opibus euacuet illas ſuper pauperes. *Si ceciderit lignum ad auſtrum aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit.* Sententia redditur, & parabola iſta reſpicit ad ignotum malum quod erit ſuper terram. Nam quemadmodum arbor cadens ibi erit quo ceciderit, ita homo cadens a vita, in eo ſtatu erit in quo inuentus tunc fuerit. Et intendit per hoc perſuadere largitionem elemoſynarum, vt in bono ſtatu inueniatur cum ceciderit a vita, & per auſtrum quidem (qui ad lucem celeſtem ſpectat) inſinuatῖ ſtatus animæ bonus, per aquilonem vero priuatum meatu ſolis & planetarũ, malus ſtatus ſignificatur. *Qui obſeruat uentũ non ſeminat: & qui conſiderat nubes non metet.* Parabola hæc ad non differendum elemoſynas affertur. Prohibet.n. cõſiderare ſic tempora, vt expectetur tempus penitus expeditum. Sicut.n timens impedimentum venti ſtulte omittit ſeminare, & ſpectans ad nubes ſtulte omittit metere, ita ſpectans ad quælibet quæ euenire poſſunt in humanus eſt ad ſubueniendum pauperibus. Sicut enim alienum ab arte ſeminãdi & metendi eſt ſpectare ad quemlibet ventum, & ad quaſlibet nubes, ita alienum a miſericordiæ prudentia eſt timere quoſlibet euentus poſſibiles. *Quomodo ignoras quæ ſit uia ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in uentre prægnantis: ſic neſcis opera dei qui fabricator eſt omniũ.* Sententia redditur: quãuis nulla comparationis mentio in hebræo fiat, ſed ſcribatῖ. *Sicut oſſa in uentre plene.* Et deus nominatῖ elohim. Ad tollendum ſollicitudinem, & anxietatem, quam habet ſpectans ad quemlibet ventũ, & nubes de futuro euẽtu dicit, ſicut neſcis uiam qua ſpiritus uiuificat fœtum, & ſicut neſcis modum quo oſſa (hoc eſt corpus) formantur in utero matris, ita neſcies opus elohim, qui tũ

Dña inter mittere elemoſinam & dare.

Incipit differere de bonis aiæ reuelatis.

Fructus elemoſine ĩ multitudine dierum.

Daniel, 4.

Elemoſinæ promittitur bonũ futuræ vitæ & vitatio mali præſentis.

Q̃d auſter, quid aquilo ſignificat.

efficit omnia, quemadmodum ignoras opus dei, tum dando animā, tum formando corpus in matris vtero, ita quantumcunq; ſpectes ad ventos & nubes (& ſic ſuperſedeas) ignorabis euentum quem faciet deus, proculdubio quia ipſe eſt qui efficit omnia. *Mane ſemina ſemen tuū, & veſpere ne ceſſet manus tua.* Optime infert fac quod ex parte tua eſt, q̄d prudentia arſq; humana ſuadet vtroq; tempore, videlicet matutino & ſerotino, videlicet ſeminare operibus miſericordię ſalutē tuā. *Quia neſcis quid magis orietur, hoc aut illud, & ſi vtrūq; ſimul melius erit.* Iuxta hebræum habetur. *Quia neſcis quod diriget, an hoc vel hoc, & ſi ambo ſicut vnū bona.* Ad parabolam ſeminis matutini & ſerotini directe pertinet hæc ratio, quia neſcis an hoc matutinum vel hoc ſerotinum deus diriget ad frugem perfectam, an ambo diriget bona tanquā vnum, hoc eſt æquiualentia vni perfecte fructificāti. Et hęc quidem quo ad parabolam vera ſunt, quo ad intentum vero de operibus miſericordiæ verificant̄, proquanto neſcimus an prior an poſterior elemoſyna ſit accepta deo, vel an ambo ſimul concurrant ad opus gratum deo.

Dulce lumen & delectabile oculis videre ſolem. Sententia redditur quāuis hebraicæ habeatur. *Et dulcis & bonū oculis videre ſolē.* Completa monitione de elemoſyna, tranſit ad timorem diuini iudicii quod eſt bonum aliud animi reuelatum: & elemoſyna quidem eſt bonum in exteriori opere, timor autem diuini iudicii eſt bonum in animo conſiſtens. Prius autem tractat tempus iudicii futuri, deinde cauſas diſcutiendas in iudicio, & declarat tempus iudicii fore poſt hanc vitam, conferendo qualitatem vite præſentis, cum tempore poſt mortem. Et ab hac vita incipiens ait ꝙ lux præſentis vite eſt dulcis & bonū eſt videre ſolem, per quę ſignificat & proſperitatem præſentis vite eſſe dulcem hominibus, & integros ſenſus quos delectant ſenſibilia, ſicut lux ſolaris delectat oculos bene diſpoſitos eſſe bonos.

Timor bonum aliud ſupernaturale.

Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguētur præterita. Legendum eſt hæc clauſula iuxta hebraicam veritatem, ſic. *Quod ſi annis multis viuet homo in omnibus illis lætabitur, & recordabitur dierum obſcuritatis ꝙ multi erunt omne quod venit vanitas.* Et eſt cōtinuatio præcedentis ſententie, ac ſi apertius dictum fuiſſet, quāuis dulcis ſit pręſens vita, attamen homo & multis annis & ſemper in lætitia viuens qui recordabitur dierum obſcuritatis (hoc eſt poſt mortem) ꝙ erunt multi, reputabit omne quod occurrit in præſenti vita eſſe vanitatem.

Vtilis recordatio.

Ex eo.n. ꝙ depinxerat vitam præſentem luce & ſole, conſequens fuit vt pingeret tēpus poſt hanc vitam obſcuritate, vtpote priuatum luce & ſole. De ipſo autem obſcuritatis tpe dicit ꝙ dies illius erūt multi. Vere enim multo plures (immo incomparabiliter) plures ſunt dies illi, q̄ dies quibus durat vita alicuius hominis. Infinitum enim eſt tempus poſt mortem. Tēpus autem vitę cuiuſcunq; exiguum eſt. Illud itaq; tempus dierum obſcuritatis ad hoc deſcriptum eſt, vt intelligamus illud fore tempus iudicii diuini. Cauſe vero in illo diſcutiendę ſubiunguntur dicendo. *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua.* Ironia eſt vt ſubiunctum iudicium teſtatur. *Et in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui & in intuitu oculorum tuorum, & ſcito ꝙ pro omnibus his adducet te deus in iudiciū.* Sn̄ia huius clauſulę clara eſt & deus nominat̄ elohim.

Quare tēpus poſt hanc vitā tēpus obſcuritatis.

Superius cum ſex vicibus prætulit gaudium præſentis vite bonis reliquis nihil dixit de futuro iudicio dei. Nunc autem ad declarandum diuinum iudicium extendendum eſſe ad peccata iuuentutis quæ videntur minima, proponit ſatisfactionem appetituum iuuenilium, ſubiungendo ꝙ hæc ſunt diſcutienda in iudicio elohim. ¶ *Aufer iram a corde tuo, & amoue malitiam a carne tua.* Dixerat iuueni, vade in viis cordis tui & in intuitu oculorum tuorum, cōtra hæc duo, dicit modo duo, alterum ſpectat ad cor, videlicet remoue iram (hoc eſt appetitum vindicte) a corde tuo, alterum ſpectans ad concupiſcentiam oculorum: videlicet amoue maliciam a carne tua. Et dixit hæc tum ne intelligeres damnari omnes iuuenum appetitus, ſed a lege vel recta ratione exhorbitantes, tum quia hæc duo peccatorum genera familiaria ſunt adoleſcentibus ac iuuenibus, tum q͞a per hæc duo inſinuantur peccata omnia Nam per maliciam carnis inſinuantur peccata reliqua repugnantia rectitudini rationis naturalis: per appetitum vero vindicte inſinuātur peccata reliqua diuina lege prohibita. Scriptum eſt enim mea eſt vltio &c. *Adoleſcentia enim & voluptas vanæ ſunt.* Iuxta hebręum habetur. *Quia Adoleſcētia & iuuentus vanitas.* Peccata carnis præcipue regnant in adoleſcentia: appetitus vero vindictæ præcipue regnat in iuuentute. Et propterea eccleſiaſtes rationem abiiciendi vtrunq; peccati genus affert ex eo ꝙ tam adoleſcentia q̄ iuuentus vanitas eſt, pro nihilo habenda eſt.

Peccata etiā iuuenilia iudicanda.

Ira & cōcupiſcentia familiaria pctī iuuenibus.

CAP. XII.

M*Emento creatoris tui in diebus iuuentutis tue.* Vltimum mandatum circa bona animi reuelata, eſt recordare creatoris tui in diebus iuuentutis tue. Mandauerat cōſiderare iudiciū dei in quo erit terminus & finis humanarum actionum, mandat modo conſiderari

principium beneficiorum & benefactorem,& vtrūq; mandatur iuueni vt quiſq; in ſua iuuē
tute recolat beneficia creatoris & iudicium eiuſdem,illud ne ſit ingratus,ſed iugiter gratias
agat creatori ſuo:iſtud ut timeat puniri pro peccatis,& ſperet præmium pro bonis operi-
bus.Neutrum autem reſeruandum eſſe ſenectuti mandat & merito,quia qđ morituri agūt
erga diuina parum habet voluntarii.Si.n.eſſent iuuenes & frui poſſent mundo iſto adhuc
alieni perſeuerarent a diuinis:ſed deſerti a mundanis voluptatibus recurrunt ad deum : qđ
eſt afferre deo feces. *Ante quā ueniat tempus afflictionis tue.* Sententia redditur:iuxta hebrēū tamen
ſcribitur. *Vſq; quo non venient dies mali.* Et eſt genitiui caſus mali. Deſcribit ſenectutem a ſexde
cim defectibus.Primus eſt dies mali:hoc eſt dies continentes malum pœne,queadmodum
dies iuuentutis continent bonum ſanitatis & roboris,ita per oppoſitum dies ſenectutis ap-
pellantur dies mali.Senectus.n.ipſa morbus eſt incurabilis & mortalis. *Et appropinquent anni
de quibus dicas:non mihi placent.* Dictio interpraetata appropinquent,ſonat adiungent. Defectus
ſecundus in tempore quoq; conſiſtit relatiue ad diſplicentiam.Anni ſiquidem ſenectutis di
plicent homini:vtpote contriſtantes eum. ¶ *Antequā tenebreſcant ſol & lumen & luna & ſtelle.*
Sententia reddit̄. Defectus tertius,attenditur penes defectum corporum cœleſtium. Circu
lationes n.cœleſtes ſub quibus agit̄ uita hominis,ſicut in iuuentute uiuificant & roborāt ho
minem,ita in ſenectute ad declinationem properantes obſcurantur homini.Planete ſiqui-
dem omnes,& uiuidus influxus cœli per lumē ſignificatus deſunt uite hominis. Et ꝓpterea
obtenebreſcere ſcribuntur. *Et reuertantur nubes poſt pluuiam.* Defectus quartus pœnes uigens
catarrhum deſcribit.In iuuenibus.n.poſt pluuiam catarrhi,fit ſerenitas in capite,in ſenibus
autem poſt pluuiam catharri reuertuntur nubes ad iterum pluendum, propter debilitatem
naturalis caloris ad conſumendum vapores in corpore. *quando cōmouebuntur cuſtodes domus.* Di
ctio interpraetata commouebuntur,ſonat trement.Defectus quintus penes partem rōnalē
attenditur.Memoria.n.vigilantia,& prouidentia appellātur cuſtodes domus,quia vere of-
ficio cuſtodie funguntur in homine.Et propterea aſſimilātur cuſtodibus domus. Et deſcri
buntur tremere,eo ꝙ in ſenibus partes iſtę ad inſtar trementium componuntur ex motibus
contrariis.Sicut.n.tremor membri componitur ex motu animali & ex motu elementi,ita
rationis actus in ſene aliquid ſapiunt rationis & aliquid hebetudinis ſenilis:& ideo treme-
re deſcribuntur. *Et nutabunt uiri fortiſſimi.* Iuxta hebræum habetur. *Et incuruabuntur homines forti-
tudinis.* Defectus ſextus penes corporis decrementum attenditur.Queadmodum.n.in ado-
leſcentia mouentur corpora motu augumenti,ita in ſenectute mouentur motu decremēti:
& ſic deficiunt & incuruantur corpora hominū quantūcūq; robuſtorum:ita ꝙ nullius forti
tudo eximit ipſum ab huiuſmodi malo. *Et otioſe erunt molentes in minuto numero.* Sententia reddi
tur,q̄uis iuxta hebreum legatur. *Et ceſſabunt mole quia defecerunt.* Defectus ſeptimus penes den-
tes deſcribitur,dicendo ꝙ ceſſabunt mole(hoc eſt dentes molares)quia defecerunt in ſeni-
bus. *Et tenebreſcent uidentes per foramina.* Dictio interpraetata foramina,parui refert an interpre
tetur feneſtras,aut aliud huiuſmodi.Defectus.n.octauus penes defectum ſenſuum deſcribi-
tur. Per foramina enim naſi, aurium, & oris,& oculorum exercentur ſenſus qui in ſeni
bus hebetes ſunt,& tenebreſcere dicuntur,quando vitali ſpiritu priuantur,qui ex parte lucis
ſe tenet. ¶ *Et claudent oſtia in platea in humilitate uocis molentes.* Iuxta hebreum habetur. *Et claudent
oſtia in platea in humilitate uocis mole.* Defectus nonus ex pectore ſenili conſideratur. Oſtia ſi
quidem plateę,oſtia ſunt pectoris,vnde et Plato a latitudine pectoris nuncupatus eſt Pla-
to. Clauduntur itaq; in ſene pectoris oſtia, hoc eſt arterie uocales. Et ad hūc ſenſum in-
ſinuandum ſubiungitur methaphora mole parum ſonantis,eo ꝙ parum molit parum mo
ta.Vox.n.ſenis humiliatur.Exigua.n ualde eſt propter pulmonis molam, parū aeris inſpi
rantis ac reſpirantis,Parum.n.mouetur quo ad officium ſuum,& propterea deprimit̄ uox.
Et conſurgent ad uocem uolucris; Defectus decimus penes ſomnum deſcribitur. Ex eo.n. ꝙ ſenex
continuare ſomnum non poteſt vigilat ad vocem volucris,hoc eſt ad cantum galli. *Et ob-
ſurdeſcent omnes filie carminis.* Iuxta hebræum habetur. *Et humiliabuntur omnes filie cantus.* Defectus
vndecimus penes delectationem naturalem armoniæ muſicæ,deſcribitur dicēdo,ꝙ omnes
filie cantus,(hoc eſt vniuerſa genera muſica,tam cantus q̄ ſoni)humiliabuntur,deprimen
tur,apud ſenem,vtpote qui nullo eorum delectabitur. ¶ *Excelſa quoq; timebunt.* Iuxta hebræū
habetur. *Etiam ab excelſo terrebuntur.* Defectus duodecimus penes cor pauidum deſcribitur p
terrorem ab excelſo vel aſcenſu. Terretur.n.ſenex uidens aſcendendū ſibi eſſe ad locū excel
ſum,vel a caſu alicuius rei in excelſo ſite. Terret̄ n.timens ne cadat ſuper ſe. *Et formidabunt in
uia.* Parui refert ꝙ hebraice ſcribitur. *Et pauores in uia.* Defectus.13.eſt etiā timoris Iuuenes
enim ſecuri incedunt,ſenes vero gradiuntur pauidi in viis,tum ne impingant,tum ne occur

rat

Iudicii dicit & bñficia dei debet iuuenes mēte voluere duabus rōnibus Q đ agimus moriētes bonū parum habet voluntarii.

Primus defectus.

Deſcribitur ſenectus ex ſexdecim defectibus.

Secundus

Tertius

Quartus

Quintus

Sextus

Septimus

Octauus

Nonus

Decimus

Vndecimus

Duodecimus

Decimus tertius

ar aliquid contriſtans. *Florebit amygdalus.* Rectius legitur. *Et reprobabitur amygdala.* Iuxta pri-
mam lectionem deſcribitur caput canum. Sicut. n. arbor amygdalę florendo albeſcit, ita ca
put hominis in ſenectute albeſcit canitie. Rectius autem defectus. 14. ponitur abomina-
Poniſ etiã in. 14.
tio cibi mandendi, vt quemadmodum de obiecto auditus dictum eſt, ꝙ humiliabuntur om
nes filiæ cantici, ita de obiecto guſtus dicatur, & deſpicietur amygdala, hoc eſt omnis cibus
quem oportet mãdi. Amygdala ſiquidem inter fructus ſalubres, difficilis eſt ad hoc vt man
datur. Et propterea omnis ſuauis cibus mandendus, ſub amygdala comprahenditur. Cla-
rum eſt enim ꝙ ſenes reprobant mandenda. *Impinguabitur locuſta.* Iuxta hebræum habetur.
Et onerabitur nates. Defectus. 15. cõſiſtit in onere natium. Tam graues ſiquidem habent nates
Decimusquintus.
vt ſedentes vix ſurgere poſſint ſenes. *Et diſſipabitur capparis.* Iuxta hebræũ habetur. *Et frangetur
appetitus.* Sextuſdecimus. n. defectus eſt ꝙ appetitus cibi & potus deficit, & ſic appropinquant
Decimusſextus.
morti. Propter quod ſubiungitur. *Quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ.* Iuxta hebrẹũ hr̃.
Quia ambulans homo ad domum mundi ſui. Defectus iſti ideo comitantur ſenectutem, quia ſenectus
ipſa, eſt ambulatio hominis ad domum mundi ſui: tanquã mundus iſte non ſit ſuus. Et vere
non ſuus eſt: vt tam parua mora hominis in hoc mundo teſtatur. Mundus autem animarũ
Quid ſit mũdus hoĩs
ſeparatarum eſt mundus hominis, pro quanto ibi in æternum habitat: & homo quilibet ſe
cundum animam pergit ad domum meritorum ſuorum in mundo illo. *Et circumibunt in platea
plangentes.* Eunte homine per mortem in alterum mundum, celebrantur exequię cum luctu
in platea ciuitatis, vel agri iuxta morem patriæ. *Antequã rumpatur funiculus argenteus & recurrat vi-
ta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam.* Iuxta hebræum habetur.
*Vſꝙ quo non diſſoluetur funiculus argenti & frangetur fons auri: & rumpetur vrceus ſuper fontem & rumpetur rota ad
puteum.* Referuntur hęc quatuor ad ambulationem hominis in alium mundum. Dixerat. n.
deſcribendo appropinquationem ad mortem, quia homo ambulat ad domum mundi ſui,
deſcribit conſequenter ipſam mortem a quatuor. Quorum primum eſt diſcatenatio funi-
Ex quatuor deſcribitur mors.
culi argentei. Hebraica. n. dictio ſonat diſſolutionem non qualemcunqꝫ: ſed diſſolutionem
cathenæ, ita ꝙ deſcribitur funiculus argẽteus per modum cathenæ, & ſignificatur per eã col
ligatio elemẽtorum & humorum tanquã cathena: quoniam alter alterum tenet, quãdiu ho-
mo viuit. In morte autem diſſoluitur hæc cathena humorum. Et appellatur argentea relati-
ue ad animam quæ ſecũdo loco appellatur fons auri. Nullum ſiquidem precioſius metallũ
Cathena argentea quid
eſt argento poſt aurum: & poſt animam nihil præſtantius eſt in corpore ꝙ̃ colligatio mutua
humorum ad conſtituendum mixtum proportionatum animæ. Diſſoluitur ergo in morte
cathena iſta: & ſic frangitur fons auri. Sic enim frangitur uis animæ quæ eſt fons aureus.
Eſt enim anima fons vitæ precioſiſſimus. Tertium autem ad mortem concurrens eſt, fra-
Fons auri vrcei quid
ctio vrcei ſuper fontem, hoc eſt defectus cordis. Cor. n. eſt velut vrceus quo auritur aqua,
ex fonte, quoniam cor eſt primum qđ ex fonte animæ haurit aquã vitę pro vniuerſo corpo-
re. Et in morte quaſi frangitur vrceus iſte, dum deficit motus cordis qui præbet vitam toti
corpori. Concurrit quarto ad mortem expiratio, ſignificata per confractionem rote ad
puteum. Expirare ſiquidem & reſpirare aſſimilantur rote, eo ꝙ ad inſtar circularis motus
fiunt ad puteum pulmonis, & in morte frangitur iſta rota attrahendi & emittendi aerem ad
Fractio rote quid.
puteum pulmonis: quoniam deficit reſpiratio. *Et reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat.* Iuxta
hebræũ habetur. *Et reuertetur puluis ſuper terram ſicut fuit.* Corpus hominis appellatur puluis,
quia ex tenuiſſima terra cõſtat. Et propterea, reuertetur per reſolutionem in terrã ſicut prius
fuit materialiter. Fecit enim deus corpus hominis de puluere terre vt dicitur Gen. 2.
Et ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum. Superius dixerat, quis ſcit an ſpiritus hominis aſcendat ſur-
ſum? modo vero diſtinguendo hominis partes in corpus & ſpiritum dicit corpus reuerſu
rum in terram & ſpiritum redditurum ad elohim, qui dedit illum. Vbi clare vides ſcribi im
Aĩæ immortalitas.
mortalitatem animæ, & iudicem animæ ad quem redit ſpiritus hominis: eundemqꝫ eſſe iudi
cem, & datorem ſpiritus. Certum eſt enim quod reditus iſte non eſt per reſolutionem (ſpi-
ritus enim non reſoluitur in elohim) ſed per aſſiſtentiam in ſimili ſtatu, hoc eſt modo eſſen
di coram iudice. Anima enim cum abſoluitur a corpore acquirit modũ eſſendi ſimilẽ ſpi-
ritualibus ſubſtantiis, & propterea dicitur redire ad aſſiſtendum iudici qui dederat illum.
Et hoc annotabis contra affirmantes in veteri teſtamento nihil ſcribi de alia vita. *Vanitas
uanitatum dixit eccleſiaſtes, & omnia uanitas.* Legendum potius eſt vt in principio libri huius. *Vani-
tas uanitates dixit coheleth omnia uanitas.* Epilogus eſt ſapientiæ Salomonis in diuerſis libris & ſer
Nota cõtra aſſerentes ĩ veteri teſtamento nihil de alia vita haberi.
monibus eius, inchoans a materia libri huius. Vniuerſa enim diſputatio iſtius libri deſcri-
bitur quo ad concluſionem dicendo. *Coheleth.* Dixit in hac concione, vanitas, vanitates, &
omnia vanitas. Diſtribuit autẽ dictio omnia, non pro omnibus ſimpliciter & abſolute, ſed

Pro omnibus humanis quatenus humana ſunt, quod dico ad differẽtiam bonorum animi
Bona ſupernaturalia ñ dicuntur vana. reuelatorum de quibus quoq; tractatum eſt. Hæc enim non dicuntur vana. Reliqua intelli
ge vt in principio expoſita ſunt. ¶ *Cumq; eſſet ſapientiſſimus eccleſiaſtes.* Iuxta hebræum habetur.
Et amplius qui fuit coheleth ſapiens. Hoc eſt, & amplius ſapiens qui fuit coheleth. Illemet.n. qui fun-
ctus eſt officio concionantis, commmendatur ꝙ fuit amplius ſapiens ꝗ ſapuerit in hac con
cione. *Docuit populum & enarrauit quæ fecerat.* Iuxta hebræum habetur. *Adhuc docuit ſcire populum, & aſcultabit.* Ecce plus ſapientiæ, quoniam vltra concionem hanc docuit adhuc populum.
Docuit autem cum tanta gratia ꝙ populus aſcultabit: hoc eſt perſeuerat aſcultãdo. Futurũ
enim aſcultabit refertur ad prȩteritum docuit. Et eſt ſermo de ſapientia congrua populo
qualis eſt ſcientia morum, & domeſtica, & politica. *Et inueſtigans compoſuit parabolas multas.* Iuxta
hebræum habetur. *Et ſcrutabitur aptauit parabolas multas.* Ecce materia libri parabolarum. Tria
milia enim parabolarum ſcripſit: vt dicitur. 3. Reg. 4. *Quæſiuit verba vtilia & conſcripſit ſermones rectiſſimos ac veritate plenos.* Iuxta hebræũ habetur. *Quæſiuit coheleth ad inueniendum uerba uoluntatis: & ſcriptum rectitudinis uerba ueritatis.* Commendatur labor Salomonis quo laborauit inueſtigando,
ad hoc vt inueniret tria hȩc: videlicet verba voluntatis, hoc eſt verba deſiderata, & ſcriptum
rectitudinis, & demum ſermones veritatis. Inuenire n. quæ deſiderantur ſciri, & libros conti
nentes rectitudinem agendorum, ſperandorum, credendorum, & diligẽdorum, ita ꝙ ſermo
nes omnes innitantur veritati, magne virtutis eſt. *Verba ſapientum ſicut ſtimuli.* Vis ſermonũ
Verba ſapientum ſicut ſtimuli. qui proferuntur a ſapientibus, aperitur ex ſimilitudine ſtimuli quo punguntur boues. Vtili
tas enim quæſitorum ex hoc declaratur. Pungunt enim aliorum animos ſermones ſapientũ
& pungendo dirigunt ad rectum vt experientia teſtatur. *Et quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt a paſtore vno.* Iuxta hebræum habetur. *Et tanquã claui plantati authores congregationum dati ſunt a paſtore uno.* Nota differentiam immo excellentiam, verba nanq; ſapientum
Nota excellentiã ſapientum. aſſimilantur ſtimulis exterius pungentibus: authores vero congregationum & plantati &
dari a paſtore vno, aſſimilantur clauis intima penetrantibus cum fixione. Et quia eſſe autho
rem congregationis commune eſt bonis & malis (nam & authores ſectarum, & authores
hereſum congregant ſequaces ſuos) ideo apponit dati a paſtore vno. Abrahã enim primus
Geñ. 17. congregationis author mediante circunciſione, Moyſes author congregationis mediante le
Exo. 20. ge. Iudices deinde vſq; ad Samuelem, authores congregationum ad cultum vnius dei a di-
uerſis idolatriis, Prophete deinde congregantes populum a malis moribus &c. ad deũ oẽs
ſunt dati ab vno paſtore, oẽs ſunt dati a deo ad paſcendum populum verbo diuino, omnes
quãuis diuerſis viis ad vnum atq; eundem ſummi paſtoris finem intenderunt. Nõ ſic cõue-
niunt philoſophi diuerſarum ſectarum authores, non ſic conueniunt hereſiarche: quia non
ſunt ab vno paſtore dati: ſed a ſeipſis venerunt fures & latrones vt in euangelio ſcribitur.
Deſcribuntur autem plantati quo ad vitam & mores: vt ſcilicet radicibus ĩpræhenſibilis vi
tæ & ſanctorum morum firmentur, plantati in domo domini. Neceſſe eſt enim vt quorum
vita deſpicitur, eorum quoq; doctrina moralis contemnatur. ¶ *His amplius fili mi ne requiras.*
Parui refert ꝙ hebraicæ affirmatiuæ ſcribitur. *Caue.* Ecce quorſum attulit de ſapientibus
datis ab vno paſtore. Nam pronomen his, demonſtrat antedictos. Et apoſtraphando ad fi-
lium (ad perſonam dilectam) mandat vt caueat amplius his: hoc eſt ꝙ plus eſt iſtis tanquã
malos authores, tanquã malos libros, propter quod ſubiungit. *Faciendi plures libros nullus eſt finis.*
Curioſitatem tollit videndi quicquid ſcribitur ab aliis, eo ꝙ infinita eſt huiuſmodi curioſi-
tas, quia nullus eſt finis nouorum librorum. Et propterea determinandum eſt ſtudium ad
hos libros qui dati ſunt ab vno paſtore. *Frequenſq; meditatio carnis afflictio eſt.* Iuxta hebræum
habetur. *Et eloquium multum, labor carnis.* Multitudo librorum oportet vt multitudinem conti-
neat ſermonum, nec eſt dubium affligi corpus laborareq; corporeas vires, adhibendo ſtu-
dium ad videndum, tot ſcripta, ita ꝙ etiam ex parte breuitatis ac minoris laboris monemur
ſiſtere intra libros ſacros. *Finem loquendi pariter omnes audiamus deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt*
Monemur ſiſtere inter ſacros codices. *omnis homo.* Iuxta hebræum habetur. *Finis uerbi omnis, auditus eſt.* Poſt longam concionem, de
bono hominis in hac vita, tandem finem ſermonis infert: & dicit ipſum finem eſſe audi-
tum, ad differentiam finis euidente notitia cogniti. Quod enim ſcitur per auditum, & non
per viſum cognoſcitur fide. (fidem.n. ex auditu eſt) & non cognoſcitur per euidentiã prin-
cipiorum, ut hinc intelligamus ꝙ finis iſte eſt creditus, eſt per reuelationem auditus. Et hoc
conſonat tam ſupra diſputatis ꝗ ſubiunctis. *Elohim time & mandata eius cuſtodi: quia hoc omnis homo.*
Bonũ hoĩs in tota eius vita, in duobus cõſiſtit. Ecce bonum hominis in tota hominis uita conſiſtens in duabus, altero intus, uidelicet time
elohim, deum, iudicem, & gubernatorem omnium: altero extra, uidelicet cuſtodi mandata
eius, quȩ deus ipſe ſcripſit, in tabulis quas dedit Moyſi, quaſue ſcripſit in cordibus hominũ,

partim

partim reuelando, partim infundendo. Prima autem ratio affertur ex parte hominis, dicendo quia hoc omnis homo. Et pronomen hoc demonſtrat vtrunque, ſcilicet timere deum & obſeruare pręcepta eius. Et eſt ſenſus, quia omnia humana ſunt vana. Hoc autem duntaxat diuinum eſt fixum ſtabileque bonum in omni homine. Quia igitur hoc eſt pręcipuum ac ſummum bonum omnis hominis in tota vita eius, ratio dicitur, quia hoc eſt omnis homo. ¶ *Cuncta quæ fiunt, adducet deum in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum ſit.* Iuxta hæbreum habetur. *quia omne opus elohim adducet in iudicium ſuper omne occultum ſi bonum & ſi malum.* Altera ratio ex parte ſummi iudicis affertur, ſatis clara. Et hæc ratio eſt ratio prioris rationis, nam ideo hoc eſt omnis homo, quia deus adducet in iudicium omne opus humanum quantuncunque occultum: & diſcernet opus bonum ab opere malo iudicando, retribuẽs bonis bonum & malis malum. Huic enim clare patet quod non eſt vanum, non caducum, non inſtabile & fluxum timere deum, & obſeruare illius mandata: quoniam in hoc pendet bonum, perpetuum hominis. Et ſic finitur Eccleſiaſtes cum omnibus Salomonis & ſapientiæ libris Salomonis quidem quia parabolas expoſuimus, & canticum canticorum iuxta germanum ſenſum fateor me non intelligere. Reliquos autẽ qui vocantur libri ſapientiales, quoniã Hieronymus extra canonicos ad authoritatem fidei ſupputat, omittendos duximus, ad prophetarum oracula properantes. Romæ die. 23. Iunii. 1534. Anno autem ætatis meæ ſexageſimo ſexto. Deo gratias. Amen.

Eccleſiaſtes ſeu coheleth in laudem interpretis.

Dum vana obſcuris reprobo mortalia verbis
Sphingis eram vanis obrutus inuolucris,
Herculeis nodis vinctus, triciſque volutus
Gorgonijs, nulli, nec mihi notus eram,
Sed modo me mihi Caietanus reddidit, ille
Qui Phœbo lucem redderet ingenio,
Quæ prius, & poſt, quæ tunc, & quæ ſecla futura
Splendida ſunt radijs irradiata ſuis,
Is (fateor) noſtra illapſus præcordia, ſenſus
Surripuit, mentem, quicquid & intus erat,
Quin potius rapuit mihi me, cumque vnicus eſſem
Iam dictus ſapiens, nunc erit alter ego.

COMMENTARII IN ISAYAM PROPHETAM REVERENDISSIMI DOMINI D. THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XISTI ORDINIS PRAEDICATORVM.

INTENTIO mea eſt exponere textum Iſaye iuxta hebraicã veritatem ſecundum ſenſum literalem, prout præcedentes libros veteris teſtamentis expoſui. Noui ꝙ agredior opus ſupra vires ingenii mei, & fateor aggreſſum temerarium niſi innixũ diuinæ gratię. Cuius lumen ſpero affuturum ampliori largitate quã in pręteritis affuerit. In quibus igitur ego defuero veritati germani ſenſus, rogo ut alii ſuppleant. Sumus enim alter alterius membra.

> Rom. 12.

¶ VISIO ISAYE. Capitulum hoc primum eſt argumentum totius libri, continet uniuerſum progreſſum meritorum Iſrael. ac ſpecialiter Ieruſalem punitioniſq; nec non redemptionis in noue uitæ fœlicitatem, cum confuſione pertinacium. *Filii Amos.* Non ſolum nomen proprium authoris. ſed etiam nomen patris ſcribitur iuxta antiquorum morem. Nec iſte Amos eſt ille qui numeratur inter duodecim Prophetas tertius. Tum quia ille ruſticus, iſte nobilis, tũ qa diuerſis caracteribus apud hebreos ſcribuntur. *Quam uidit ſuper Iudam & Ieruſalem.* Hinc apparet ꝙ viſio ſumitẽ pro re uiſa. Ex eo n. ꝙ dicitur viſio quã vidit, inſinuatur viſionis nomine viſa res actu uiſionis, nec arctatur uiſio ad viſionem talem, puta imaginariam aut intellectualem, ſed in genere ut ſonat ſumitẽ, nullam excludens viſionis ſpeciem. Nec diſtinguitur viſio contra auditionem. (Multa. n. Eſayas refert ſe audiſſe & multa uidiſſe imaginariis vel ĩtellectualibus ſpẽbus,) ſed nominatur viſio propter certitudinem, nã & audita & viſa cognoſcebat euidenter a deo reuelari: cognoſcebat autem vi luminis prophetici infuſi in mente eius. Et per hoc ſoluitur queſtio præſentis capituli quare appellatur viſio perceptio loquutionis diuine. Non n. narrantur in hoc capitulo res ſpectate ſed quod dominus locutus eſt. Quãuis poſſit & aliter hæc quæſtio ſolui dicendo, ꝙ etiam ſermones dei intra latitudinem ſpectatorum compræhendi poſſint: quia deus poteſt alloqui humanam mentem per modum ſcripturæ. Quemadmodum enim poſſum ego offerre oculis alterius ſcripturam ſpectandam, & ſic alloqui illum per ſcripturam viſam: multo magis poteſt deus repræſentari humanæ menti ſermonem diuinum per modum ſcripturę, ut ſic Propheta vere uideat uerba quæ deus loquitur.

> Argũ vel ſũma totius libri prophetæ in quo materia libri notatur.
>
> Nomen authoris cuius pr̃ Amoz non Amos in quo efficiens proximũ.
>
> Quare viſio pro auditione ſcripta, dicatẽ viſio. Solutio quæſtionis.
>
> Quõ ſermones dei ſpectari poſſint.

Super Iudam & Ieruſalem. Meminit ſolius ſortis tribus Iudæ & ſolius ciuitatis Ieruſalem, quia principalis intentio libri eſt tractare myſterium meſiæ, cuius præcipua myſteria futura erãt in iudea & Ieruſalem. Ibi. n. naſciturus erat, ibi redempturus mundum, ibi reſurrecturus ex mortuis, inde aſcenſurus in cœlum, ibi primitiæ ſpiritus ſancti & noue eccleſiæ. *In diebus Ozie, Ioathan, Achaz, & Ezechie regum Iuda.* Tempus uiſionis contentorum in hoc libro exprimitur ualde prolixum, uidelicet iſtorum quatuor regum. Quorum ſucceſſum habes in .4. Reg. a cap. 15. &c. Et hinc habes & ꝙ propheticæ ſpiritus longo tempore affuit Eſayæ: & ꝙ argumentum eſt hoc totius libri. Viſa. n. contenta in toto libro compræhenduntur, ſub tempore iſtorum quatuor Regum. Et licet Eſayas peruenerit ad tempus Manaſſes regis qui ſucceſſit Ezechiæ: non tamen meminit illius, quia nihil ſcriptorum in hoc libro vidit tẽpore Manaſſes, ſed ante. *Audite cœli & auribus percipe terra quoniam dominus locutus eſt.* Dictio interpretata auribus percipe: ſonat audire ex propinquo quaſi loquentem ad aurem: & dictio interpretata dominus: nomen eſt terragrammaton. Prolaturus in medium Iſayas myſterium meſſię inſtauratoris eorum quæ ſunt in cœlis, & eorum quæ ſunt in terris inuitat merito cœlos (hoc eſt habitantes in cœlis) tanquam a nobis diſtantes ad audiendum: & terrã (hoc eſt habitantes in terra) tanquam nobis propinquos ad porrigendum aures attentas: & ratio redditur, quia iehouah (hoc eſt fons eſſendi) locutus eſt. Debetur. n. ſummo deo a quo eſt omnium eſſe, ut ab omnibus audiatur ſermo eius. *Filios enutriui & exaltaui & ipſi ſpreuerunt me.* Dictio interpretata, enutriui ſonat. *Grandiui.* Et interpretata ſpreuerunt ſonat.

> Intẽtio finalis cauſæ, & principalis, eſt circa myſterium meſſiæ.
>
> Tempus viſionis.
>
> Quare ſuſtat cœlum & terram.
>
> Cauſa formalis eſt ſpũs iehouah quo locutus ẽ.

Rebellauerunt in me. Ecce quid deus locutus eſt. Introducitur.n.prima perſona loquens deus cõmemorando beneficia collata populo Iſrael. Deſcenſurus.n.ad peccata Iude, & Ieruſalem incipit peccato communi populi Iſrael, cuius una pars continebatur in Iuda & Ieruſalem.

Tria beneficia cõla populo iſrael.

Tria itaq; beneficia cõmunia populo Iſrael cõmemorat. Primum filiationis adoptiuũ enim filium ex omnibus nationibus fecerat ſibi deus populum iſrael ut ſcribitur Exo 4. Secundum ꝙ fecit eum grandem & numero incredibili. Nam ex vno homine infra ducentos & paulo plures annos: numerati ſunt ſupra vigeſimum annum nati viri ſupra ſexcenta

Exo.4.

milia: & merito. Nam fecit eum coram ægyptiis & nationibus aliis audientibus magnum valde, præter hoc ꝙ magnificauit eum lege diuina & allocutiõe ipſius dei de cœlo. Tertiũ eſt exaltatio in regnis Seon, & Og ſucceſſiue in regnis Chananeorum ſubiiciendo ei tot regna.

Peccatum ingratitudinis populi iſrael.

Peccatum aũt ingratitudinis ſubiũgitur: & ipſi rebellauerũt in me. Lege libros Moyſi & Iudicum, atq; Regum, & inuenies infinities, rebelles contra deum fuiſſe iſraelitas, recedẽdo a cultu dei ad cultum idolorum. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus preſepe domini ſui.* Iuxta hebræum habetur in numero plurali. *Herorum eius.* Deinde immediate ſequitur. *Iſrael non cognouit: populus meus non intellexit.* Interpres autem addidit pronomen. Manifeſtato crimine populi iſrael: aperitur rebellionis cauſa.

Cã rebellionis quæ.

Videlicet: non cognouiſſe deum nec intellexiſſe bonum proprium. Huiuſmodi.n.cauſe ſignificantur dicendo Iſrael deteriorem boue agnoſcente poſſeſſorem ſuum: & aſino agnoſcente preſepe herorum eius.

Agnitio preſepis quid. Ppĩs rudior brutis.

Agnitio.n.præſepis eſt agnitio boni proprii. Inde.n.paſcitur aſinus: agnitio autem poſſeſſoris agnitionẽ gubernatoris ſonat, & per hęc inſinuatur rudior brutis populus Iſrael non agnoſcendo deum poſſeſſorem eius: nec agnoſcendo terram promiſſionis in qua & ex qua paſcebatur tanquam preſepe domini ſui. Terre namq; promiſſionis proprietas reſeruata erat deo: vt ſcribitur Leu. 25. & ipſe deus Deute. 32. ſcribitur poſſeſſor iſraelis. Ex hoc autem ꝙ non nominatur Iuda nec Ieruſalem ſed iſrael: manifeſtatur ꝙ a communi peccato totius populi iſrael inchoat tum quia commune, tum quia peccata patrum vitanda erant in Iuda & Ieruſalem perſequentibus meſſiam: iuxta verbum domini, ut ueniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus q

Math. 23. d.

effuſus eſt ſuper terram a ſanguine Abel iuſti &c. *Ve genti peccatrici populo graui iniquitate, ſemini nequam.* Legendum eſt. *Semini malorum, filiis ſceleratis.* Legendum eſt. *Filiis deſtructoribus.*

Pœna & ſtatus populi puniendi.
Cõtinet liber iſte 22. ue quorum hoc eſt primum.
Status icorrigibiliũ ex quatuor cõditiõibus circũſcriptus eſt.

Declarata rebellione & cauſis eius, ſubiungitur pœna & ſtatus populi puniendi, pœna quidẽ dicendo ue, & hoc eſt primum ue: inter duo ſupra viginti ue in hoc libro cõtenta. Significatur autem per huiuſmodi ue, malum pœne magnum valde: non ad corrigendum, ſed ad puniendum. Status autem populi cui dicitur ue: deſcribitur (vt vnico uerbo dicatur) ſtatus incorrigibilium, ut intelligamus diferri ue ad incorrigibilium ſtatum, qui a multis conditionibus manifeſtatur, dicendo: genti peccatrici, contra rectam rõnem, populo graui, non fortitudine, ſed iniquitate contra iuſtitiam, & hæc in ſeipſo, quo ad poſteros vero ſemini malorũ, filiis diſſipatoribus paternorũ bonorũ legis & ꝓphãr. *Dereliquerunt dominum, blaſfemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum.* Iuxta hebræum habetur. *Dereliquerunt iehouah: irritauerunt ſanctũ Iſraelis: retraxerunt retrorſum.*

Deſcriptio rebellionis.
Tria i rebelliõe cõtẽta.

Poſt deſcriptos incorrigibiles deſcribuntur eorum peccata explicantia rebellionem ſupradictam. Primum n. in rebelliõe cõtentum: fuit relinquere fontem eſſendi quo ad cultum, ſecundo vero irritare eundem quatenus erat ſanctus iſraelis: hoc eſt: quatenus mundus ac celſus ſuper omnia colebatur ab Iſraele. Irritare autem: colendo idola immunda: ac per hoc honorem debitum mundanti Iſraelem: exhibendo diis immundiſſimis. Tertium eſt retrahere retrorſum eundem deum quo ad beneficia. Meruerunt.n. peccata eorum vt deus ſubtraheret beneficia eis collata, quod eſt ad inſtar retrahentis benefactorem efficere. *Super quo percutiam vos vultra addentes præuaricationem.* Iuxta hebræum habetur. *Super quo percutiemini: adhuc addetis declinationem.*

Declaratio icorrigibilitatis ex flagellis dei.

Declarata incorrigibilitate ex peccantibus & peccatis: declarat eandem ex vanitate percuſſionum: ex hoc ſcilicet ꝙ percuſſiones ſunt inutiles. Reſpondet enim tacite obiectioni: puta, caſtiget nos deus, flagellet, percutiat, & emendabimus nos, reſpondet autem monſtrando percuſſiones fore inutiles ad populi iſrael correctionẽ, & primo monſtrat hoc manifeſtando euentum deteriorem ex percuſſione: dicendo: ſuper quo percutiemini, hoc eſt ſuper quacunq; re percutiamini: adhuc addetis declinationem, efficiemini deteriores: addendo declinationem declinationi. *Omne caput languidum & omne cor mœrẽs.*

Magna icorrigibilitas qñ in vniuerſum & per vniuerſa flagella flagellatus q̃s ẽ nec reſipuit.
Q̃ cor & caput pro ſacerdotibus ſumantur.

Dictio interpretata mœrens ſonat. *Ad egritudinem: a planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas.* Monſtrat ſecundo percuſſiones inutiles ex eo ꝙ non remanſit membrum percutiendum in populo ad inſtar corporis ſecundum omnes ſui partes egroti, dicẽdo omne caput in populo languidum, & ſimiliter omne cor (hoc eſt omnis ſacerdos) ad egritudinem moralem tẽdit. Per cor enim & caput quæ ſunt principia motus & ſenſus comprehẽduntur omnes inſtructores

ſtructores

ſtructores populi de quo ſubiungitur a planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas. Nulla ergo pars corporis remanet percutienda, & hoc quo ad adultos: quo ad pueros vero ſubiungit. *Vulnus & liuor & plaga tumens.* Monſtrat.n. percuſſiones fore pueris inutiles, ex eo ꝙ ſera eſſet medicina: eo ꝙ plage animorum eorum non ſunt curate tempore congruo ſed mala per longas conualuere moras. Comprǣhendit autem per hæc tria: omnia mala animi percuſsi malis exemplis, tum quia ternarius numerus vtpote perfectionis compræhendit omnia, tum quia partes animi peccantes ſunt tres, rationalis: iraſcibilis & concupiſcibilis. Tria itaq; plagarum genera: videlicet vulnus profundum penetrans, & liuor inſuperficie cruentus, & plaga tumens cruorem attractum tegens. Nec refert ꝙ dictio interpraætata tumens ſonat. *Tenera ſeu recens.* Nam in idem redit ſenſus. *Non eſt circumlegata, nec curata medicamine nec fota oleo.* Particula iſta iuxta hebræum habetur. *Non fuerunt conſtrictæ: & non fuerunt faſciatæ: & non fuerunt linita oleo.* Et intendit per hæc tria, omnia genera curationum, quæ debent adhiberi plagis animorum puerilium. Manifeſtat ſiquidem per hæc ꝙ nullum eſt adhibendum remedium malis animorum incipientium moralem vitam, ſed relicti ſunt animi in malis moralibus & propterea redditi ſunt incurabiles: per percuſsiones quaſcunq; ſicut & maiores.

Tria plagarũ gña oĩa mala animi ſignificant: quibus ſecũdũ tres partes ſui vulneratur.

Genera curationũ puerilium animorum.

Terra ueſtra deſerta: ciuitates ueſtre ſuccenſe igni: regionem ueſtram coram nobis alieni deuorant & deſolabitur ſicut in uaſtitate hoſtili. Dictio interpraætata: deſerta ſonat. *Deſolata.* Et dictio interpraætata regionem ſonat. *Terram.* Vltima vero particula videlicet & deſolabitur &c. Iuxta hebræũ habetur. *Et deſolata ſicut euerſio alienorum.* Tertio declarat percuſsiones fore inutiles quo ad facultates, eo ꝙ nulla res poſſeſſa remanet percutienda, ſed ciuitates, agri & opes omnes deſolate ſunt. Ad iſrael in genere dicit terra veſtra deſolata: vtpote ſine habitatoribus, ciuitates veſtre ſuccenſe igni quo ad ędificia, terram ueſtram quo ad agros coram uobis alieni deuorant, & deſolatio quo ad opes eſt ſicut euerſio quæ fit ab alienis.

Flagellũ dei quo ad facultates inutile.
Percuſſio hæc i quatuor conſiſtit.

Et derelinquetur filia ſyon ſicut umbraculum in uinea, ſicut tugurium in cucumerario ſicut ciuitas quæ uaſtatur. Dictio interprętata quæ uaſtatur, ſonat. *Deſtructa.* Filia ſyon proculdubio eſt Ieruſalem protecta ab arce ſyon quæ erat ciuitas Dauidis & habitatio regis tanquã filia a parente. Aperit itaq; ꝙ nec Ieruſalem remanebit percutienda, quia etiam ipſa derelinquetur ſicut ciuitas deſtructa, ſicut umbraculum in uinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Et inſinuatur per has ſimilitudines, ꝙ Ieruſalem derelinquẽda eſt, ſicut habitaculum factum ad tempus modicum quemadmodum umbraculum in uinea factum eſt pro ſolo tempore vue: & tugurium pro ſolo tempore cucumerum. Templũ enĩ ieroſolimis inſtitutũ fuerat a deo ad tẽpus certum: hoc eſt uſq; ad meſsiam, relinquendũ deinde ſicut tugurium & ſicut umbraculum non amplius utile, & ſicut ciuitas deſtructa ut rei probauit euentus Hęc enim omnia impleta iam ſunt ſucceſsiue uſq; ad excidium ieroſolimitanum factum a Romanis.

Filia ſyon quare Ieruſalem.

Quid inſinuent ſimilitudines vmbraculi & tugurii &c.

Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen quaſi ſodoma fuiſſemus, & quaſi gomorra ſimiles eſſemus. Iuxta hebræum habetur. *Niſi iehouah exercituum: fecit remanere nobis remanentes ſicut paucum ſicut ſedon fuimus hamore aſſimilati fuimus.* Moderatio diuinę punitionis prædicitur: prophetando ꝙ erat futurum tempore Meſſię tanquam præteritum: dicendo niſi fons eſſendi a quo ſunt omnes exercitus totius vniuerſi hoc eſt, omnes ordinatæ congregationes totius uniuerſi ut in principio Geneſis declaratum eſt: feciſſet remanere nobis iſraelitis: aliquos remanentes, ſicut paucos. Pauci.n. ex iſraelitis remanſerunt in vera meſſie fide, in ueritate legis & Prophetarum, niſi inquã hac moderatione uſus fuiſſet deus: fuiſſemus ſimiles Sodome & Gomorre, ex quibus nullus ſeruatus eſt, ſed omnes ſimul puniti. Et ſi annotaueris, ꝙ longe poſt futuram deſtructionem Ieruſalem cum ſalute paucorum tanquã præterita prædicit, apparebit uerum eſſe ꝙ Eſayas futura tanq̃ res geſtas prophetat ex hoc ꝙ prophetantur pauci remanſuri: perpendes ꝙ non de diſperſis iſraelitis eſt ſermo: quoniam infinita eſt multitudo eorum: ſed (ut dictum eſt) de remanentibus iſraelitis in ueritate legis & prophetarum in fide meſſie. Iſti.n. pauci fuerunt inchoando ab Apl'is uſq; in hodiernum diẽ.

Moderatio diuinæ punitionis.

Audite uerbum domini. Nomen eſt tetragrammaton. *Principes ſodomorum auribus percipe legem dei noſtri populus gomorre.* Legendum eſt. *Elohe noſtri.* Hactenus de iſrael in communi habitus eſt ſermo, modo ad Iudam & Ieruſalem ſpecialiter dirigitur ſermo de victimis, quoniam in ſolo regno Iude tempore etiam Ozie offerebantur ſacrificia deo. Regnum.n appellatum regnũ iſrael ſeparatum a Regno iude imolabat idolis. Nec ad cõtumeliã Iſayas nominat eos principes Iuda & Ieruſalem in cõmuni. Principes ſodomæ & populum Iuda & Ieruſalem in cõmuni populum Gomorre: ſed ad manifeſtandum qualitatem eorum videlicet in corrigibilitatem, ac ſi apertius dixiſſet. Audite principes & populus incorrigibiles. Quemadmodum principes Sodomę & populus Gomorre. Super perſeuerante.n. incorrigibiliter iniquitate principum & populi Iude, fundatur vniuerſa doctrina ſubiuncta de religione eorũ in vtili.

Reg.4.ca.15. Para.2.ca.26.

Populus iſrael & Iudæ quare ppls Gomorræ.

Incorrigibilitas ex religione inutili.

Ratio quare uerba prophetæ intelligi debeant de tempore Meſſiæ.

Et quoniam nulla fit mentio peccati Iudæ ac Ieruſalem, circa idolatriam ꝙ in dictis locis fuit ante primam deſtructionem Ieruſalem & templi, ut patet. 4. Reg. & 2. Paralip. ſed de aliis peccatis quæ fuerunt in dictis locis præcipue in aduentu Meſſiæ, ideo intelligēda ſunt hæc verba directa principaliter ad principes & ppl'm Iuda & Ieruſalem, futuros contra meſſiā quando nulla futura erat idolatria: ſed confidentia in exteriori cultu ſummi dei. Audite inq̄ verbum fontis eſſendi, non meum, nec verbum nouum, ſed legem Elohe noſtri, legis latoris ac iudicis noſtri. Intendit. n. declarare ꝙ ſacrificia, templum, & orationes incorrigibiliū ſunt inutilia ſecundum legem diuinam ad expiandum peccata: ut non confidant Iuda & Ieruſalem perſeuerando in peccatis expiari obſeruantiis templi, ſacrificiis & orōnibus.

Cerimoniæ incorrigibilium inutiles.

Quo mihi multitudo uictimarum ueſtrarum dicit dominus. Legendum eſt. *Dicit iehouah.* Introducit propheta ſummum deum, dicturum perſeuerantibus in crimine, quo mihi multitudo ſacrificiorū ueſtrorum: hoc eſt, quid cōfert mihi multitudo uictimarum ueſtrarum. Quaſi dicat nihil. Victime. n. impiorum non ſolum inutiles ſunt ad gloriam dei, ſed etiam abominabiles ſunt deo, & vere nihil cōferunt diuino nomini incorrigibilium ſacrificia, quāuis in magna multitudine, ſed nocent potius eo ꝙ inſinuant huiuſmodi exteriores obſeruantias, ſecundū ſeipſas placere deo quod eſt falſum, nec congruunt diuini nominis gloriæ hominū mendacia.

Impiorū victimæ non ſolū inutiles, ſed abominabiles, non ſolum non proſunt, ſed obſunt.

Plenus ſum. Hoc eſt, ſaturatus ſum ut hebræa ſonāt. Ad inſtar ſaturati abhorrentis cibū loquitur deus, ſignificando inutilem ſibi fore multitudinem uictimarum, quēadmodum inutilis eſt ſaturo multitudo ciborum appoſita. Nec per hanc ſimilitudinē intelligas deo quandoq; placuiſſe paucas impiorum victimas & iam eſſe quaſi ſaturatum: ſed intellige ſimilitudinē ſaturi allatam ad reprobandum multitudinē victimarum ſemper diſplicuiſſe ut ſaturo, ut non indigenti cibo. *Holocauſta arietum & adipem pinguium & ſanguinem uitulorum & agnorum & hircorū non uolui.* Reprobata multitudine ſacrificiorum nunc reprobat ipſa ſacrificia, & genera omnia quadrupedum quæ immolabantur deo, tangunē: videlicet, bouinū, ouile, & caprinum. Rurſus duo ex animalibus reſeruata deo, videlicet adeps & ſanguis tāguntur, modorum autem ſacrificandi tangitur ſupremus: videlicet holocauſtum, quæ omnia patent in Leuitico.

Quo deus uult & non uult ſacrificia.

Quod autem dicit non volui, non ꝯtrariatur legi diuinę in qua deus voluit offerri ſibi iſta. Nam hic eſt ſermo de ſacrificiis & holocauſtis, incorrigibilium, in lege autem de ſacrificiis & holocauſtis iuſtorum vel penitentium, & propterea nulla eſt ꝯtrarietas inter hæc dei verba & legem, immo hæc dei verba declarant legem quo ad hoc ꝙ ſacrificia & holocauſta non ſunt ſecundum ſeipſa grata deo, ſed ratione perſonarum iuſtarum ſeu pœnitentium. Si. n. ſecundum ſeipſa placerēt deo: tam oblata ab impiis q̄ a iuſtis, grata eſſent deo. Scriptū eſt autem in principio Geneſis: ꝙ deus reſpexit ad Abel & ad munera eius: & ꝙ non reſpexit ad Cain & ad munera eius.

Geñ, 4, 2.

Cum veniretis ante conſpectum meum quis quæſiuit hæc de manibus ueſtris ut ambularetis in atriis meis? Iuxta hebræum habetur. *Quando uenietis ut conſpiceremini coram me: quis quæſiuit hoc de manu ueſtra calcare atria mea.*

Exo, 34, & 23.

Mandatum erat in lege tum vt ter in anno quilibet appareret coram deo in templo eius: tum ut nullus appareret coram deo vacuus. Executiones iſte due tanguntur dicendo, quando venietis vt conſpiceremini coram me. Hoc. n. pertinet ad primum præceptum. Quis quæſiuit hoc de manu ueſtra, & in hoc tangitur alterum præceptum. Manus. n. oblationē inſinuat. Quod autem ſubditur calcare atria mea ad vtrūq; ſpectat. Locus. n. declaratur in quo apparebant, coram deo non vacui & dicendo quis quęſiuit ſignificat ſe deum non quæſiſſe ab incorrigibilibus huiuſmodi officia viſitandi templum. *Ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra* Iuxta hebræum habetur. *Non addetis adducere manus falſitatis.* In Leuitico patet appellari munus florem farine ſeu ſimilam. Dictio autem interpræatata falſitatis interpræatur ab aliis mendacii ab aliis vanitatis. Et reprobatur ad literam oblatio ſimile diſcordans corde & operibus offerentium. Propterea. n. appellatur munus falſitatis ſeu mendacii vel vanitatis quia nihil prodeſt.

Leui, 2.

Incenſum abominatio eſt mihi. Reprobatur ſuffimentum ad inſtar thuris quod incenditur euaporando, & ſignificatur ad literam fumus thimiamatis. *Neomeniam & ſabbatum & feſtiuitates alias non feram.* Iuxta hebræum habetur. *Neomeniam & ſabbatum uocare uocationem non potero iniquitatem & retentionem.* Et loco victimarum dictionū vulgata editio habet. *Iniqui ſunt cœtus ueſtri.* In 23. cap. Leu. apparet iuxta hebraicam ueritatem ferias domini appellari vocationes ſanctitatis. eo ꝙ erant conuocationes hominum ad ſanctitatem ipſorum. Ad illud igitur nomen alludit deus, dicendo, nō potero uocare vocationem neomeniam & ſabbatum & retentionem. Hoc eſt, feſtum cœtus quod celebrabatur octauo die a primo die tabernaculorum, ratio autem quare non poteſt hæc feſta appellare uocationes ſanctitatis inſeritur mutilo ſermone dicendo, iniquitatem. Et eſt ſenſus non potero vocare neomeniam ſabbatum & retentionem vocationem ſanctitatis, ſed ini-

Leu, 30.

Quare ſolēnitates hebræorū vocationes ſanctæ dicebantur.

quitatis

quitatis eo ꝙ iniquis animis & operibus veſtris replentur. *Kalendas ueſtras & ſolẽnitates ueſtras odiuit anima mea.* Idem ſignificatur per Kalendas & neomeniam, feſtum videlicet nouilunii, Metaphorice quoq; attribuitur deo anima ſic ira. Ad inſtar.n.hominis loquitur deus ho minibus. *Facta ſunt mihi moleſta.* Iuxta hebræum habetur. *Fuerunt ſuper me ad laborem.* Ad ĩſtar hominis laborantis ſub ponere graui dicit deus fuerunt ſuper me ad laborem. *Laboraui ſuſtinens.* Iuxta hebræum habet. *Laſſatus ſum portando.* Non ſolum laboraui, ſed vſq; ad laſſitudinem perueni ſubſtinendo ueſtras ſolẽnitates (hoc eſt ad inſtar hominis laſſi) me habui. Intollerabiles eorum ſolẽnitates per hæc inſinuat. *Et cum extenderitis manus ueſtras auertam oculos meos a uobis.* Parui refert ꝙ dictio interpretata auertam ſonat. *Occultabo.* Demonſtrata vanitate ſacrificiorum ad expiandum incorrigibiles, manifeſtat conſequenter preces & ſupplicationes eorũdem fore inutiles ad expiandum eos. Et quia conſueuerant extendere manus uerſus cœlum ſupplicando, ideo dicit, & cum extenderitis manus ueſtras occultabo oculos meos a uobis, oculos proculdubio miſericordiæ & gratię ad inſtar hominis renuentis uidere huiuſmodi modum ſupplicandi. *Et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Senſus redditur, hebraice tamen ſcribitur, etiam cum multiplicabitis orationem ego nõ audiens: ad inſtar hominis nolentis audire multiplicatas præces loquitur. *Manus.n. ueſtræ ſanguine plene ſunt.* Ratio vanitatis orationum redditur ex crimine homicidii, & multitudo huiuſmodi peccati ſignificat deſcribendo manus plenas ſanguinis. *Lauamini, mundi eſtote.* Poſtquam deus declarauit ꝙ nec ſacrificiis nec orationibus expiari poſſunt peccata eorum: conſequenter docet remedium uerum conſiſtens in vtraq; parte iuſtitiæ, videlicet declinare a malo & facere bonum, & inchoãdo a prĩa parte dicit lauamini ſic ꝙ ſitis mundi. Methaphoricus eſt ſermo ſumptus a corporea ablutione cuius terminum oportet eſſe munditiam, tãquam lauantes peccatorum ſordes emergite mundi corde, & per hanc ſimilitudinem penitentiã in internã peccatorum omnium indicit, alioquin non emergerent mũdi. Et quoniam nulla humanę actionis ablutio ſufficit ad peccatoris munditiam quæ ſola dei gratia fit, ideo remedium hoc intelligendum eſt, quantũ eſt ex parte peccatoris. Eſt.n. penitẽtia interna remedium utile ad munditiam, pro quanto diſponit peccatorẽ ad diuinam gratiam, perficientem actus penitentiæ noſtrę. Et itaq; ſenſus, quantũ eſt ex parte veſtra lauate vos interna penitentia peccatorum omnium ſic ut ſitis mundi corde. *Auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis.* Dictio interpretata cogitationum ſonat. *Operationum.* Qualis debet eſſe munditia declarat dicendo, ꝙ non debet remanere malitia operum coram oculis dei, qui intuetur penetralia cordis. Penitẽtiam ergo peccatorum ex intimo & toto corde requirit, alioquin remaneret coram oculis dei malitia operationum. *Quieſcite agere peruerſe.* Iuxta hebræũ habetur. *Prohibete male facere.* Ficta eſt penitentia præteritorum peccatorum niſi ſit iuncta prohibitioni futurorum, & propterea adiungit, prohibere a uobis male facere. *Diſcite bene facere.* Ecce altera iuſtitie pars. Aſſuetis.n. male facere indicitur primum bene agendi initium, diſcite benefacere. *Quærite iudicium.* Hoc eſt diligenter inueſtigate ius debitum cuicũq;. *Subuenite oppreſſo.* Sententia redditur, quãuis potius ſignificetur dirigite. Species.n. ſubuentionis eſt dirigere. *Iudicate pupillo, defendite uiduam.* Iuſtitiæ & miſericordiæ opera miſcet erga perſonas miſerabiles, quia in iis pręcipue deficiebant & quia difficile hæc fiunt ut raritas teſtat. *Et uenite & arguite me dicit dominus.* Iuxta hebræum habetur. *Nunc & diſputabimus: dicet Iehouah.* Propoſitis utilibus remediis ad expiandum peccata, introducitur a ſeipſo deus: inuitaturus prĩcipes & populum ad diſputandum ſuper ipſius dei & ipſorum commertio. *Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Et ſi fuerint rubra quaſi uermiculus, uelut lana alba erunt.* Interpres addidit alba. Inchoat diſputare deus cum principibus & populo a beneficio remiſſionis peccatorum pro mutatione eorum ad penitentiam & iuſtitiam. Eſt.n. ſenſus facientibus uobis quæ dixi lauamini &c. ego faciã ꝙ ſi fuerint peccata veſtra tanquam coloris purpurei, dealbabuntur tanquã nix. Et ſi rubebunt ut uermiculus: erunt tanquam lana. Et per colores coccineum & uermicularem, merita uindicte ſignificantur. Clamant.n. magis uel minus colores ambo vindictam. Per albedinem uero niuis & lane ſignificãtur gloria, maior uel minor. Nam quia diligentibus deum cooperantur in bonum omnia, etiam ipſa peccata, ideo peccata quæ merebantur uindictam reddent per diuinæ grãæ largitatẽ, materia gloriæ maioris vel minoris in alia vita eiſdem q cõmiſerant pctã illa. *Si uolueritis, & audieritis me, bona terre comedetis.* Superfluit pronomen me. Proſequitur deus diſputationem adiũgendo ſpiritualibus antedictis bona corporea terræ promiſſionis, manifeſtando utrũq; requiri, videlicet, uelle ĩtus & audire, hoc eſt obedire extra, & ambe conditionales ſunt uere, quãuis neutrius tam antecedens q̃ conſequens fuerit uerificatum propter obſtinationem iudeorum. *Quod ſi nolueritis,*

Metaphorice deum habet animam ſicuti & iram &c.

Præces incorrigibiliũ inutiles.

Remediũ icorrigibiliũ in utraq; parte iuſtitię ſitũ.

Qualis debet eſſe mũditia a peccato.

Ficta pœnitẽtia quæ ſit

Color coccineus & uermicularis qd ſignificet.

Albedo deſignat glãm

& me ad iracundiam prouocaueritis gladius deuorabit uos, quia os domini locutum eſt. Iuxta hebræum habetur.
Libertas arbitrii ex optione propoſita manifeſtatur.
Et ſi renueritis & rebellabitis. Ecce altera diſputationis pars. Dat.n.eis optionem nolendi & obediendi vel renuendi & rebellandi, & præmia quidem obedientium propoſita ſunt, pœna autem rebellantium ſubiungitur dicendo. *Gladio deuorabimini: quia os iehouah locutum eſt.* Sententia clara eſt. *Quomodo facta eſt meretrix.* Iuxta hebræum legendum eſt. *Quomodo fuit in meretricem ciuitas fidelis: plena iudicii.*
Sermo ſpãlis de hierlm
Poſt allocutionem principum & populi Iuda & Ieruſalem in communi, deſcendit ſermo ad tractandum in ſpecie de ciuitate Ieruſalem, & ut ſubiicta inſinuant, tractatur de peccatis Ieruſalem tempore aduentus Meſſiæ, dolentis & admirantis prophetæ uerba ſunt, quomodo fuit in meretricem. Futura.n.tanquã præterita deſcribens lamentatur quomodo uerſa eſt in meretricem ciuitas fidelis plena iudicii.
Officium meretricis.
Officium.n. meretricis eſt vendere vſum proprii corporis ad delectationem veneream, & Ieruſalem venalis ob bonum delectabile deſcribit. Venale ſiquidẽ ut ex libro Machabeorũ patet erat ſacerdotium: & conſequenter venale erat iudicium.
2.Mach.4.d.
Ementes.n. ſacerdotium par fuit ut venderent officia, & propterea ciuitas olim fidelis, fide qua fiunt dicta: uerſa eſt in meretricem: uenditione abigente iudicium, uerſa eſt ciuitas plena iudicii in meretricem, hoc eſt ciuitatem venalem abſq; fide & iudicio.
Fides qua fiunt dicta.
Meretrix.n. nulli ſeruat fidem, nulli ius dicit. Corruptam itaq; ciuitatem deſcribit in duabus politicis uirtutibus fide.ſ.& iudicio.
Corruptio ciuitatis in duabus politicis uirtutibus.
Iuſtitia habitant in ea. Iuxta hebræum habetur. *Iuſtitia dormiet in ea: & nunc homicide.* Deſcribitur quies iuſtitiæ in Ieruſalẽ per verbum futuri temporis ad denotandam perſeuerantiam itaq; ſic plena iudicii deſcribitur ꝙ iuſtitia perſeueranter quieſcebat in ea, & nunc quieſcunt in ea homicide, violatores iuſtitiæ in ſupremo culmine bonorum vita videlicet hominum. Vere quieuerunt homicide in Ieruſalem tempore Meſſiæ occidentes ipſum Meſſiam & diſcipulos eius. *Argentum tuũ uerſum eſt in ſcoriam, uinum tuum mixtum eſt aqua.* Explanatur per has methaphoras infidelitas Ieruſalem, dicendo iuxta hebraicam veritatem. *Argẽtum tuum fuit in ſcorias.* Ecce infidelitas pro argento ſcoriæ & pro uino mixtum aqua, hoc eſt pro eloquio diuino de quo ſcriptum eſt, eloquia domini argentum igne examinatum, doctrina ſordida.
Argentum pro eloquio diuino.
ps.11.
Irrita ſiquidem reddebant mandata dei iudei tempore Meſſiæ propter traditiones hominũ vt in euangelio patet.
Math.15.
Et vinũ bone ſpei ac letitiæ ſpiritualis quod ex lege & prophetis propriatum erat, mixtũ fuit aqua, affectuum bonorum temporalium. Vacantes.n. temporalibus minuebant ſpem ſpiritualium. *Principes tui infideles ſocii furum.* Dictio interpraetata infideles ſonat. *Rebelles.* Seu vt aliis placet. *Declinantes.* Vere principes Ieruſalem, rebelles fuerunt diuinæ gratiæ monſtrate in operibus Meſſie: & ſocii fuerunt latronum dicente domino, uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.
Math.21.6.
Omnes diligunt munera, & ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & cauſa vidue non ingreditur ad illos. Sententia clara eſt & deſcribitur per hæc corruptum iudiciũ in ciuitate olim plena iudicii. *Propter hoc ait dominus deus exercituum fortis Iſrael.* Iuxta hebręum habetur. *Ideo dictũ domini iehouah exercituum: fortis iſraelis.* Narratis peccatis Ieruſalem ſubiungitur punitio eius a ſummo deo futura per Romanos. Nominatur autẽ deus tribus nominibus, videlicet. Dominus, quia tanquã dominus vniuerſorum vindictam hanc exercebit, iehouah exercituum, quia dat eſſe exercitibus totius vniuerſi: fortis iſraelis, quia ipſe eſt fortitudo iſraelis, hoc eſt populi qui vere eſt iſrael. Hoc eſt in quo dominabitur deus hoc eſt confidens in dominio dei tendens ad dominium dei.
Quare tribus noĩbus deus nominantur.
Heu ego. Legendum eſt. *Ve conſolabor de hoſtibus meis, & ulciſcar de inimicis meis.* Verba ſunt dei non condolentis, ſed prænuntiantis malum ingens ualde aduerſus Ieroſolimitas perſecutores & interfectores Meſſiæ, & hoc eſt ſecundum ue in hoc libro ſcriptum, conſolationem autem præbere vindictam manifeſtiſſimum eſt.
Secundũ ve huius libri.
ps.57.
Vnde & alibi ſcribitur. Lætabitur iuſtus quum uiderit vindictam. Ad inſtar ſiquidem hominis loquitur deus, & quod dixi iam ad impletum videmus per principes Romanos Veſpaſianum & Titum &c. *Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & conteram omne ſtannũ tuum.* Iuxta hebræum habetur. *Et faciam reuerti manum ſuper te, & purgabo ſicut purificatorio ſcorias tuas, & faciam recedere omnia ſtagna tua.* Reductio manus ſuper Ieruſalem ad bonum ipſius pertinet: videlicet ad purgandum argentum a ſcoriis & mixtura ſtagni. Purgandum autem quemadmodum purgat purificatorium. Alludit n. ad methaphoram ſuperius dictam, argẽtum tuũ fuit ad ſcorias. Et hoc ad literam adimpleuit deus donando ſpiritum ſanctum dum cõplerentur dies Penthecoſtes.
Actuum.2.
Tunc n. purificauit in Ieruſalem doctrinam iudaicam ab admixtione ſcoriarum & ſtagni, & diuinum eloquium in ſua puritate cognoſci fecit. Spiritus enim ſanctus purgauit diſcipulorum & credentium mentes iudeorum, ſicut purgat purificatorium. *Et reſtituam iudices tuos ut fuerunt prius.* Legendum eſt. *Et reſtituas iudices tuos ſicut in principio: & conſiliarios tuos ſicut in initio.* Vere per ſpiritus ſancti donum reſtituit deus iudices Ieru-

ſalem

ſalem videlicet ſicut in principio libertatis populi Moyſē & Ioſue & conſiliarios Ieruſalem
diſcipulos alios ſicut in initio dati ſunt cõſiliarii ſeptuaginta tempore Moyſi. Aduerte pru-
dens lector, ꝙ ordo inter hæc bona & mala Ieruſalem non attenditur ſecundum executionē
pœnarum & gratiarum, ſed ſecundum merita Ieruſalem, & gratiam diuinam. Prius. n. me-
ruerunt vindictam deinde ante executionem vindicte, gratia ſpiritus ſancti purgauit cun-
ctos credentes & inſtituit ſanctos Apoſtolos condiſcipulos alios loco priſorum patrum.
Poſt hoc uocaberis ciuitas iuſti urbs fidelis. Sententia redditur interpræs tamen ſæpiſſime mutat ad-
uerbium in pronomen. Nam iuxta hebræum habetur. *Poſt ſic.* Dictio quoq; interpræta ta
iuſti ſonat. *Iuſtitie.* Ciuitas Ieruſalem poſtq̄ miſſus eſt ſpiritus ſanctus diſtincta eſt in iu-
deos fideles & iudeos incredulos. Et quia ciuitas illa electa erat a deo in caput vere fideliũ:
ideo ipſa ratione multitudinis fidelium in ea: appellatur ciuitas iuſtitiæ, ciuitas fidelis. Vere
enim facta eſt ciuitas iuſtitiæ fidei in remiſſionem peccatorum, facta eſt ciuitas fidelis vt po
te abſq; omni mendacio & fraude faciens dicta vt patet in actis Apoſtolorum. *Syon iudicio
redimetur.* Mons ſyon locus erat in Ieruſalem celſus electuſq; pro arce habitatione regia, &
propterea continens pro cõtento ponit̄, & appellatione Syon intelliguntur iudei electi qui — Quare Syon pro ele-
fuerunt præcipue pars eccleſiæ. Et quãuis vniuerſum genus humanum redimēdum fuerat — ctis accipitur.
in iudicio paſſionis & mortis meſſiæ, hic tamen tractando de Ieruſalem non exprimit̄ niſi
Syon, hoc eſt pars prima electa ex iudeis, quia in ea primum apparuit effectus redemptio-
nis, ut patet in actis Apoſtolorum. *Et reducent eam in iuſtitia.* Iuxta hebræum habetur. *Et reuer
tentes eius in iuſtitia.* Lege acta Apoſtolorum & inuenies primo die Penthecoſtes iudeos reuer
tentes ad ueram fidem in iuſtitia fidei: ita ꝙ ter mille animæ tunc reuerſe ſunt. *Et conteret ſce
leſtos & peccatores ſimul & qui de reliquerunt dominum conſumentur.* Legendum iuxta hebræum eſſet.
Et fractio rebellium & peccatorum ſimul, & relinquentes iehouah conſumentur. Paulo ſuperius dixerat deus.
Vlciſcar de inimicis meis, modo ultionem ipſam proſequitur. Par. n. fuit vt prius Ieruſalē
quo ad beneficia futura per Meſſiam deſcriberet: & poſtea partem rebellem & peccatricem
quo ad penas pingeret. Vere autem ſimul ſecuta eſt fractio rebellium meſſiæ: pontificũ vi-
delicet ac ſenatorum & peccatorum imitantium maiores. Et quia peccantes in meſſiam in-
fontem eſſendi, ideo additur & relinquantes iehouah conſumētur. In excidio. n. Ieroſolimi
tano per Romanos facto impleta hæc ſunt, propter quod ſubiungitur. *Confundentur. n. ab ido-
lis quibus ſacrificauerunt. Et erubeſcetis ſuper ortis quos elegeratis.* Iuxta hebræum habetur. *Quia pudore affi-
cientur ab arboribus quas deſideraſtis: & uituperabimini ab ortis quos elegiſtis.* Nulla fit mentio, idolorum ſed
arborum & hortorum. Frequenter autem in ſacra ſcriptura principes ſignificantur per ar-
bores, & propterea Ieroſolimitas confundendos prædicit a Romanis principibus quos
deſiderauerant præponendo eos meſſiæ dum dicerent Non habemus Regem niſi Cæſarē. — Ioan. 19. c.
Ab ipſis ergo quorum protectionis umbram & fructum dãnationis Xp̄i cupierunt: con-
fundendi deſcribuntur. Vituperandi autem ab ortis delitiarum quas elegerunt præferendo
eas innocentiæ meſſiæ, dum elegerunt occidere Chriſtum innocentem proferendo locum — Ioan. 11. f.
dignitatis propriæ: ne forte veniant Romani & tollant locum noſtrum &c. *Quum fuere-
ritis uelut quercus defluentibus foliis, & uelut hortus abſq; aqua.* Legendum eſt. *Quia eritis ſicut ela defluens
foliis ſuis: & uelut hortus qui non aqua.* Ratio confuſionis ab arboribus redditur, quia eritis ſicut
arbor quæ vocatur ela defluens foliis, ab ortis vero: quia eritis ſicut ortus ſine aqua. Et per
ſimilitudines prædicitur miſeria Ieroſolimitarum tam in officiis, q̄ in commoditatibus. Ar
bor. n. defluens foliis deſtituta eſt omni decore, & hortus ſine aqua nihil olerum præbet.
Deſtituti. n. ſunt per excidium prædictum Ieroſolimitate omni decore officiorum & vni-
uerſis non ſolum delitiis, ſed commoditatibus. *Et erit fortitudo ueſtra ut fauilla ſtuppe, & opus ue-
ſtrum quaſi ſcintilla.* Iuxta hebræum habetur. *Et erit fortis in ſtuppam & operator eius in fauillam.* Di-
ctio interpræta ta ſtuppam ſonat vel ſtuppã vel illud quod excutitur ex lino uiridi cum ſpa
tula percutitur. Prædicitur tam miſerabilis Ieroſolime conditio ꝙ uiri fortes eius: ſimiles
erunt ſtuppe, & oparii eius ſiĺes erunt ſcintille hoc eſt corticillinis. Poſt priuationē. n. bono
rũ predicitur perpeſſio maloꝝ. *Et accedetur utrunq; ſimul, & non erit qui extinguat.* Legendũ eſſet.
Et ardebunt ambo ipſa pariter. Alludit. n. ad ſimilitudinem allatam de ſcintilla & ſtuppa. Si enim
ſimul ſcintilla & ſtuppa ſeu ſordidum lini iungantur, ardent. Et intendit per hoc ꝙ fortes
Ieruſalem, & operarii eius ſimul ardebunt & non erit qui extinguat quod poteſt ad literam
intelligi de malis pene, quæ incurrerũt per illud excidium, & nullus erit extinguens q̄a nun-
quã de captiuitate Romanorum euadent. At ſi referatur ad pœnam æternę dãnationis nul — Iſay. 66. g.
lus eſt error. Congruit. n. argumenti finis, fini totius libri, vermis. n. eorum nõ morietur, &
& ignis eorum non extinguetur.

CAP. II.

VERBVM *quod uidit Iſayas filius Amos ſuper Iudam & Ieruſalem.* Titulus iſte in nullo differt
a titulo in principio libri, niſi in primo vocabulo quia ibi ſcribitur viſio, hic autem
ſcribitur: verbum. Et quẽadmodum ibi ſumitur viſio pro re uiſa: ita hic ſumitur uer-
Verbum pro re expſſa verbo. bum pro re quę verbo dicta eſt. Suffragaturq; huic ſenſui hebraica dictio: quæ licet ſignifi
cet uerbum pluries tamen uſurpatur ad ſignificandum rem. Repetitio aũt tituli inſinuat qd
diximus, videlicet ꝙ hactenus ſcriptum eſt argumentum libri, hic autem incipit tractatus
Incipit tractatus libri. libri. Reliqua ſunt expoſita ibi. *Et erit innouiſſimis diebus.* Manca eſt litera. Nam iuxta hebræũ
habetur. *Et erit.* Et hic fit punctus. Prophetat. n. qd futurum eſt in genere dicendo. Et erit.
Deinde deſcendit ad futurum in ſpecie dicendo. *In nouiſſimis diebus præparatus mons.* Ecce defe-
ctus. Nam iuxta hæbreum legitur. *In fine dierum præparatus erit mons domus iehouah, in uertice montium.*
Itaq; interpres ademit ſemel verbum erit: & quod immediate ſubiungitur. *Et eleuabitur ſu-
per colles.* Iuxta hæbreum legitur. *Et eleuabit ſe præcollibus.* Ordo præpoſterus. Nam ordo ſen-
ſus eſt, ꝙ mons domus iehouah eleuabit ſe ſuper colles, & erit in vertice montium. Quem-
admodum montes & colles non ſumuntur hic pro montibus & collibus corporeis: ſed me
thaphorice: ita mons non ſumitur pro monte corporeo, hoc eſt pro monte moria in quo
edificatum eſt a Salomone corporeum templum dei: ſed ſumitur mons methaphorice pro
excelſo & ſtabili atq; immobili fundamento vere domus ſummi dei. Et ad literam meſſias
Meſſias vere mons dei. appellatur mons continens & fundans veram domum dei, ꝙ eſt fons eſſendi. Deus enim
ſpiritus eſt, & ſpiritus rationalium mentium ueram ipſius domum conſtituunt: meſſias au-
tem fundamentum eſt illud de quo ſcribitur, fundamentum aliud nemo poteſt ponere præ
1. Cor. 3. ter illud quod poſitum eſt, quod eſt Xp̃s. Ipſe. n. continet & ſuſtinet vniuerſum corpus ec-
cleſię, uiuificans ſpiritu ſancto ſuo illud. Ipſe eſt mons præparatus non ex improuiſo cõſur
gens, ſed diuina prædeſtinatione ab æterno directus & præparatus plenitudine omnis gra
Colo. 1. et. 2. tię: erit in capite montium: erit in capite angelorum vt Paulus poſtea ad Coloſ. ſcripſit. Ex
gratia. n. vnionis perſonalis in perſonam filii dei ſuper angelos directus eſt. Et eleuabit ſe
Q̃ſo. xp̃s eleuauit ſe. ſuper colles Moyſes. ſ. Habraam & reliquos prophetas. Eleuabit autem ſe, factis miraculo
rum & obedientiæ vſq; ad mortem crucis. Eleuabit ſe reſurrectione ex mortuis, aſcenſione
in cœlum, & miſſione ſpiritus ſancti quæ patrauit in Iuda & Ieruſalem. Significanter vero
Nota ꝙ apud hæbreos vbi inuenit̃ i nouiſſimo dierũ regulariter de tp̃e meſſiæ intelligit̃ vnde concordes ſunt. dicuntur hæc futura in fine dierum, intelligendo per finem dierum non poſtremum diem
mundi (ut uerba ſonant) quum impoſſibile ſit hæc ſubiuncta vnico die fieri: ſed vltimum
tempus ſalutis humane, vt intelligant Iudei poſt aduentum meſſiæ non eſſe expectandum
tempus aliud, quo deus prouideat eis aut mundo de alio ſaluatore. Relatiue. n. ad ſalutem
Geñ. 43. 1. cor. 10. c. æternam humani generis, appellatum eſt pluries in ſacris literis tempus meſſiæ finis dierũ,
Ioan. epi. 1. ca. 2. vt patet Geñ. 49. Annuntiabo ventura nouiſſimis diebus: & nos ſumus in quos fines ſęcu-
lorum deuenerunt. Et prime Ioan. Nouiſſima hora eſt. Et tu prudens lector aduerte ꝙ ex
hoc ꝙ liber iſte incipit a meſſia, inſinuatur ꝙ principalis intentio iſtius prophetę eſt tracta
re de meſſia. *Et fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi.* Dictio interpretata fluent, ſonat,
ire ſeu currere ad inſtar fluminis. Prædicitur ꝙ ad eum montem concurrent ad inſtar flumi
Quomodo oẽs gentes ad chriſtum. nis gentes omnes nulla excepta: hoc eſt ex omnibus nationibus mundi. Et quia non eſt ſen
ſus ꝙ gentes omnes integre ſed ex qualibet gente aliqui, ideo ſubiungitur & ibunt populi
multi. Prædicuntur. n. & ex qualibet gente aliqui ſingulares: & ex ipſis gentibus multi popu
li. Maximus itaq; concurſus ad meſſiam prædicitur futurus: nõ iudeorum, ſed ethnicorum,
quod adimpletum uidemus in Ieſum, confluere autem & ire non corporeo greſſu ſed mẽ
tis actibus intellige. Ridiculum eſt. n. intelligere ꝙ multi populi corporali greſſu ituri ſint
ad montem moria. *Et dicent, uenite aſcendamus ad montem domini & ad domum dei Iacob.* Dictio inter-
pretata domini, eſt tetragrammaton. Et dictio interpretata dei, eſt. *Elohe.* Nec in hæbreo
habetur coniunctio &: ſed legitur ad montem Iehouah, ad domum elohe Iacob. Nõ ſolum
uenturi: ſed etiam inuitaturi ſe inuicem deſcribuntur ethnici: venite intellectu atq; affectu
& aſcendemus fide atq; ſpe: ad montem: hoc eſt ad celſitudinem iehouah qui dat eſſe omni
bus: hoc eſt ad meſſiam in quo vere eſt diuina celſitudo. Et quoniam idẽ eſt ire ad Chriſtũ
& ire ad veram domum dei qui colitur a Iacob: qui eſt gubernator populi iudeorum: ideo
abſq; coniunctione apponitur ad domum elohe Iacob. Nullus. n. ingreditur ueram dei do
Ioan. 12. b. mum niſi veniendo ad Chriſtum. Ego inquit ipſe in Euangelio ſum oſtiũ: per quod opor
1. Thi. 3. tet ingredi domum dei quæ eſt eccleſia dei uiuentis, columna & ſtabilimentum veritatis vt
Paulus prime ad Thim. 3. ſcribit. *Et docebũt nos uias ſuas: & ambulabimus in ſemitis eius.* Ecce prima

montis a?tio, docere vias ipſius montis, hoc eſt vias chriſtianas quibus itur ad perpetuam fœlicitatem, uie autem iſte ſunt opera virtutum quorum præcipua eſt charitas & eccleſiæ ſacramenta. Hæc enim docuit & docet Chriſtus. Fructus autẽ doctrinæ ſubiungitur. Et ambulabimus in ſemitis eius, proficiemus in operibus uirtutum: ſuſcipiemus ſacramenta. *Quia de ſyon exhibit lex: & uerbum domini de Ieruſalem.* Dictio interpræatata domini eſt. *Iehouah.* Niſi meſſias præuiſus fuiſſet daturus nouam legem: nunquam propheta dixiſſet: quia de ſyon exhibit lex. Hæc eſt lex quæ nõ de monte ſyna, ſed de ſyon egreſſa eſt. Hęc eſt lex noua ſcripta in cordibus iuxta propheciã hieremie cap. 31. Et ad literam egrediẽdam prædicitur ex ſyon, quia lex noua quæ eſt ipſa gratia ſpiritus ſancti, egreſſa eſt ad uniuerſum mundum ex ſyon: vbi primum datus eſt ſpiritus ſanctus diſcipulis Chriſti: ex quibus propagatus eſt populus Chriſtianus: & ſpiritus ſanctus aliis datus per impoſitionem manuum Apoſtolorum. Inde. n. incœpit promulgatio legis noue, & verbũ domini (hoc eſt euangeliũ) de Ieruſalem egredietur: quia inde diuiſi ſunt chriſti diſcipuli ad euangelizandum uniuerſo orbi. Significanter autem dicit exhibit, ad inſinuandum ꝙ initium, nõ permanentia ibi erit, q̃d rei probauit euentus. *Et iudicabit gentes & arguet populos multos.* Vltra actionem doctrine & legẽ attribuit monti eidem iudicare inter gentes & arguere populos multos. Dixerat confluent ad eum omnes gentes & ibunt populi multi, ne putares ꝙ omnes gentes ad eum confluentes & populi multi ad eum euntes ſalui eſſent promiſcue a meſſia, ne errares putando ꝙ ſufficit eſſe chriſtianũ, dicit ꝙ iudicabit inter gentes cõfluentes ad eum & arguet populos multos euntes ad eum. Iudicat. n. chriſtus inter chriſtianos diſcernendo eorum merita & retribuendo ſecundum eorum opera, arguit quoq; populos multos reprachendendo eorũ vitia. Poteſt quoq; tam iudicium q̃ inceptio referri ad diuerſitatem cõmuniter confluentes, & non confluentes, inter uenientes & non venientes. Ad iudicium. n. ſpectat ꝙ lux venit in mundum & dilexerunt homines: magis tenebras q̃ lucem, & ad increpationem ſpectat, ꝙ ſi qua ciuitas non receperit vos etiam puluerem de pedibus veſtris excutite in teſtimonium illis *Et conflabunt gladios ſuos in uomeres: & lanceas ſuas in falces. Et non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur ultra ad bellum.* Parui refert ꝙ hæc vltima particula iuxta hæbreum habetur. *Et nõ diſcent amplius prælium.* Non eſſe ſenſum huius prophetiæ ꝙ in aduentu meſſiæ deſinant bella omnia, ita ꝙ non erunt amplius arma bellica manifeſtauit ipſe Chriſtus in euangelio dicens, ſurget gens contra gentem & regnum aduerſus regnum, ſed ſenſus propheriæ huius eſt ꝙ populus meſſiæ non acquiretur nec, propagabitur nec ſeruabitͬ armis bellicis. Et hoc verum eſſe patet tum ex inſtitutione chriſti tum ex ratione, ex inſtitutione quidẽ chriſti, quia non miſit Apoſtolos ad acquirendum mundum armatos, ſed tanquam oues inter lupos, & diſcipulis petentibus, domine ſi percutimus in gladio, repræhendit, cõuerte gladium tuũ in uaginam &c. Sed media ad acquirendum propagandum, ac ſeruandum chriſtianum populum inſtituit doctrinam euangelicam, ſacramentaq;, ac ſpiritus ſancti gratiam cum ſua perpetua præſentia. Ecce inquit ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. Ex ratione vero, quia arma bellica non ſuapte natura ordinantur ab ſubiectionem animorum, ſed corporum, rerum, ac locorum. Populus autem chriſtianus vt ſic adhæret chriſto fide, ſpe, & charitate, quæ ad animum ſpectanr liberum, Et propterea arma bellica non pertingunt ad propagandum ſeu ſeruandum populum chriſtianum, quatenus chriſtianus eſt. Modum itaq; quo ad meſſiam confluent gẽtes & populi, quo propagabitur populus eius, quo ue ſeruabitur videlicet ſine armis bellicis, prædicitur a propheta ad differentiam iſraelitici populi electi a deo ad terram promiſſionis. Ille. n. armis bellicis acquiſiuit terram promiſſam, propagauit ac ſeruauit bellicis armis: longe diſſimilis deſcribitur futurus populus meſſie, videlicet nec acquirendus, nec propagandus, nec ſeruandus armis bellicis: nec ex iſtis intelligas prohibita eſſe arma bellica principibus chriſtianis: quoniã aliud eſt loqui de modo acquirendi, propagandi, & ſeruandi chriſtianitatem, & aliud eſt loqui de modo ſeruandi rem publicam ſecundum rectum iudicium rationis naturalis, quæ dictat oportere quandoq; bella ſuſcipere ad tuendam rempub. Gratia. n. nõ tollit naturã ſed perficit eam. Relatiue itaq; ad uenientes ad meſſiam quatenus meſſiæ adhærent: pręidicit propheta non fore opus armis bellicis, & hoc ſignificat dicendo, & conflabunt gladios ſuos in vomeres & lanceas ſuas in falces. Et ſimiliter ad propagãdũ regnum dei quod meſſias mũdo intulit, non leuabit gens contra gentem gladium, & nõ diſcent amplius chriſtiani ad ſeruandum chriſtianitatem præliari quemadmodum oportuit diſcere prælium filios iſrael & poſt ingreſſum in terram promiſſionis ut ſcribitur Ioſu. cap. *Domus Iacob uenite & ambulemus in lumine dei noſtri.* Iuxta hæbreum non habetur pro nomen noſtri; & deus nominatur.

Quæ ſint viæ, xp̃i.

Hiere, ca, 31.

Quæ lex noua.

Scdm. n. hunc ſenſum inſultant Iudæi xp̃ianis.

Ad quid ordinata arma bellica.

Arma bellica quomodo cõceſſa xp̃anis principibus.

Iehouah. Inuitatio iſta intelligitur facta a ſyon. Apoſtoli.n.primum inuitauerunt domum
Iacob,prædicādo primum iſraelitis,nec inuitant Iudam aut Ieruſalem ſed vniuerſam domū
Iacob,quod feciſſe teſtantur acta Apoſtolorum.Et ne ad nouum deum inuitari ſe credant:
ſignificanter dicitur,&ambulabimus in lumine iehouah fontis eſſendi,ut per hoc intelligāt
ꝙ adhærere meſſiæ per fidem:eſt ambulare in lumine ſummi dei. *Proiecisti.n. populum tuū do-
mum Iacob*. Litera iſta poteſt dupliciter legi,vel. *Quia reliquiſti populum tuum domū Iacob*. Et iuxta
hanc lectionem apoſtrophat propheta ad deum,reddendo rationem quare ſpecialiter vati-
cinatur de inuitatione domus Iacob ad meſſiam:& eſt ratio:quia deus reliquiſti pplm tuū
appoſitiue domum Iacob.Eucῆtus.n.teſtatur,ꝙ domus Iacob quæ olim fuerat populus dei
derelicta eſt a diuino lumine:& in hodiernum uſq; diem non adhæret meſſiæ,vel. *Quia re-
liquiſti populum tuum domus Iacob*. Et iuxta hanc lectionem inuitantes reddunt rōnem quare ſpāli
ter inuitant domū Iacob:quia tu domus Iacob reliquiſti populum tuū, reliquiſti populum
meſſiæ tam expectatū a prophetis.Populus.n.meſſiæ eſt vere populus tuus,vtpote in fide
patriarcharū & prophetaꝝ genitus,alitus, & propagatus. *Quia repleti ſunt ut olim*. Iuxta hæ-
Nu.22.
breum hr̄. *quia repleti ſunt præ oriente*. Orientales abundant diuinatoribus per ſomnia ſuper-
ſtitiones & aſtra:vſi & Balaam orictalis erat,& apud Romanos diuinatores Chaldei erāt.
Ratio itaq; deſertionis domus Iacob incipit reddi ex eo ꝙ repleta eſt diuinatoribus pluſq̄
Obſeruatores tēporū qui necequitant quidē ſi ne aſtrorū perpēdiculo
oriens. *Et augures habuerunt ut peleſtin*. Iuxta hæbreum hr̄. *Et temporarii ſicut peleſtin*. Repleti di-
cuntur obſeruatoribus tēporum quēadmodum paleſtini. Obſeruatores tēporū proprie ap-
pellantur illi q ſine mathematico nihil inchoant itaq; nec equitant. Talibus abundaſſe pa-
leſtinos hic dr̄:& eos imitatos fuiſſe iſraelitas. *Et pueris alienis adheſerunt*. Iuxta hæbreum hr̄.
Et innatis alienorum ſibi ſufficient. Vel. *Dubitabunt*. Natos ex alienis appellant hæbrei res omnes q̄
ab alienigenis profectę ſunt,& conſequenter ad diuinos & temporarios:tertio loco,ſcicῆtię
ſeu diſciplinæ extraneoꝝ introducte in domum Iacob inſinuantur,dicendo ꝙ ſufficient ſi-
bi in diſciplinis natis ab extraneis,paruipendentes doctrinam legis Moſycæ. Et idem ſen-
ſus reddit,ſi legitur dubitabunt:quoniam ſignificatur ꝙ domus Iacob mouebit quæſtiones
circa alienas diſciplinas,paruipendendo mouere dubia circa ea quæ ſunt legis Moyſi. Tale
Tale imo talia peccata hodie inuaſerunt chriſticolas.
peccatum vtinam non irrepſerit chriſtianis paruipendentibus ſacræ ſcripturę dubia:& ex-
traneis ſtudentibus. *Et repleta eſt terra argento & auro & non eſt finis theſaurorū eius*. Parui refert ꝙ hæ-
braice ſcribitur. *Et impleuit ſe terra eius:argento & auro:& non finis theſauris*. Inter peccata domus Ia-
Auaritia ad theſaurizādū & fiducia in theſauris culpabilis.
cob ſupputatur nō copia argenti & auri,ſed tum cupiditas tum fiducia Auaritia.n.ad the-
ſaurizandū:& fiducia in theſauris culpatur:& auaritia ipſa manifeſtum peccatum eſt:fidu-
cia aūt peccatum erat illi populo debenti confidere in deo. *Et repleta eſt terra eius equis & innumera-
biles quadrigæ eius*. Iuxta hæbreum hr̄,vt ſupra. *Et impleuit ſe terra eius equis:& non finis curribus eius*. Et
Ps.19.
hoc culpabile proculdubio fuit propter fiduciam in equis & curribus contra quā dr̄ in ps.
Ii in curribus & ii inequis:nos autem in nomine dei noſtri inuocabimus &c. *Et repleta eſt ter-
ra eius idolis opus manuum ſuarum adorauerunt quod fecerunt digiti eorum*. Legendū ſilr eſt. *Et impleuit ſe ter-
ra eius idolis operi manuum ſuarum incuruabunt ſe:quod fecerunt digiti ſui*. Conſequens fuit,ut poſthabita
fiducia in deo:& in theſauris necnon equis & curribus collocata,ruerent in idolatriam. Et
ad deteſtationem criminis pertinet deſcribere,ꝙ incuruauerunt ſe idolis factis manibus &
digitis diligentius conſumatis:& ſimiliter quod ſubiungitur. *Et incuruauit ſe homo:& homo:et
humiliauit ſe uir*. Deteſtabile ſi quidem eſt ꝙ homo adoret quod manibus propriis fecit,qa
opus illud debet ſe totum factori eius,& contrarium peruerſitas manifeſta eſt. *Ne ergo di-
mittas eis*. Iuxta hæbreū hr̄. *Et non ignoſces eis*. Apoſtraphat Propheta ad deum:prophetādo
ꝙ tu deus non ignoſces eis:hoc eſt domui Iacob quā dereliquiſti ſibi ipſi in aduētu meſſię.
Vbi aduerte ꝙ peccata domus Iacob hic ſcripta,non ſunt peccata commiſſa ab iſraelitis
tempore aduentus meſſiæ,quia tunc nulla legitur idolatria apud hæbreos, tunc non erant
tot diuitiæ,nec tanta multitudo equorum & curruum ,quum eſſent ſubditi Romanis.
Sed Propheta collegit patrum peccata ex quibus meruerunt relinqui ſibi ipſis eorum filii.
Deus.n.ſecretis iudiciorum ſuorum rationibus,punit nō dando gratiam longe aliter q̄ pu
Exo.32.g. Nu.14.c. Math.23.
temus. Vnde & de peccato adoratiōis vituli in deſerto dixit deus. Ego autem viſitabo pecca
tum eorū,& neſcimus quando:& in Euangelio dn̄s dicit. Veniet ſuper vos omnis ſanguis
iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram &c. Non ignoſcere itaq; domui Iacob, eſt perſeuerare re
linquendo eam ſibi ipſi,abſq; dono fidei in meſſiam,quod impleri videmus iugiter. *Ingre-
dere in petram,& abſcondere in foſſa humo a facie timoris domini:& a gloria maieſtatis eius*. Dictio interpræta
ta domini. *Eſt iehouah*. Vltima vero particula ſonat. *Et a decore celſitudinis eius*. Prophetata de-
ſertione domus Iacob cum concurſu gentium ad meſſiam deſcribit tum monendo,tum
prophetando

prophetādo modum quo fiet ꝯcurſus gentiū ad meſſiam. Superius .n. excluſus eſt modus ꝑ arma bellica. Hic aũt explicatur modus quo fiet videlicet per timorē, diuini iudicii imminentis per meſſiam. Verba.n. iſta de ingreſſu & abſcōſione in petris a facie timoris dei &c. in hoc capitulo ſcribuntur ter, & quoniam tertia vice attribuuntur proiicientibus idola: iō ſonant penitentiam verā peccatoꝶ conceptam a facie timoris dei. Modum itaq; cōcurſus ad meſſiam deſcribit propheta, primum per modum monentis & hortantis alloquēdo vniuerſum genus eorum qui conuertent̄ ad meſſiam dicendo, ingredere ſeu veni. Vtrūq;.n. ſonat hæbraica dictio in petram fortitudinis & conſtantie, & abſcondere quo ad ſordes peccatorum in puluere humilitatis. Iſte.n. duæ virtutes fortitudinis & humilitatis præcipue apparuerunt frequentiſſimo uſu in primitiua eccleſia vt patet legenti geſta martirū & prelatorum illius temporis, & quia initiū earū fuit timor ſũmi dei. (Initium.n. ſapientie timor domini) ideo addit̄ a facie timoris iehouah, nouiter cogniti, ꝙ in alia vita retribuit vnicuiq; ſecundū opera eius. Quod aũt adiungitur, & a decore celſitudinis eius: per inde eſt, ac ſi dictum fuiſſet & a, decore mentis eius. Meſſiā n. quē in principio capituli appellauerat mōtē iehouah modo clarius appellat celſitudinem eius. i. iehouah, decor autem meſſie fœlicitas eſt ipſius æterna, fortitudo ſiquidē & humilitas venientiū ad xp̄m ex duobus capitulis oriū de prædicunt̄, videlicet ex timore fontis eſſendi & ex decore humanitatis xp̄i. Prædicato.n. iudicio diuino, & prædicata beatitudine chriſti hoīs exarſerunt animi ad penitentiā peccatorum ſuorū in humilitate & fortitudine parati imitari xp̄m, parati ēt mori pro fide chriſti.

Duæ virtutes primitiuæ eccleſiæ.
Prouer. 1.

Meſſias cur appellatur decor & celſitudo dei.
Vnde oriantur prædictæ duæ virtutes.

Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt & incuruabitur altitudo uirorum, exaltabitur autem dominus ſolus in die illa. Legendum eſt. *Oculos celſitudinis hominis humiliauit & humiliabit ſe ſuperbia uirorum & roborabitur iehouah ſolus ipſe mihi die illo.* Ratio monitionis redditur ex futuro euentu quia videlicet tunc cum prædicabitur meſſias: meſſias ipſe humiliauit oculos celſitudinis hoīum & ſic humiliabit ſe ſuperbia hoīum quod eſt dicere: prȩueniente interna gratia humiliāte oculos altitudinis mētis humanȩ: ſubſequetur effectus ꝙ ſuperbia hoīum humiliabit ſe, oculi humanæ mentis ſeiundū illius celſitudinē dedignātur humiliare ſe ad credendū ſed exquirunt euidentiā, deus autem per aduentū meſſiæ humiliauit illos ad credendū, & ſic ſuperbiam hoīum in captiuitatem redegit intellectū in obſequium chriſti, & qm̄ adorando chriſtum nō adorat̄ deus alius q̄ ipſe fons eſſendi. Nō.n. ſunt duo dii, chriſtus, & deus qui dat eſſe rebus oībus, ideo dicitur & roborabitur in mentibus & cultu hominū, iehouah ſolus ipſe in die illa. Deſtruētur.n. idola & fons eſſendi ſolus deus in meſſia, & per meſſiam agnoſcetur & coletur. *Quia dies domini exercituum.* Nomen domini eſt tetragrammaton, & datiui caſus eſt, ſed & ſenſus in idem redit. *Super omnem ſuperbum, excelſum.* Deeſt coniunctio. *Et.* Deinde immediate ſequitur. *Et ſuper omnem eleuatum.* Loco cuius interpręs poſuit arrogantem. *Et humiliabitur.* Legendū eſt. *Et humiliabit.* Rōnem prædictoꝶ reddit, quia dies meſſiæ eſt dies ad gloriā fontis eſſendi: ſuper quæcunq; ſuperba & excelſa & eleuata: itaq; humiliabit ea cum effectu, & per hæc tria genera videlicet ſuperbos, excelſos, & eleuatis, cōprȩhendit oēm celſitudinem. Superbus.n. relatiuæ ad alios eo ꝙ ſuper eat. Excelſus vero penes ipſam eminentiā, eleuatus autē pœnes terminum a quo in ſublime erectus eſt, dicitur. Humiliabit autem ſub iugo fidei. *Et ſuper oēs cedros libani ſublimes & eiectoꝶ & ſuper oēs quercus baſan, & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos, & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murū munitum, & ſuper omnes naues tharſis.* Per hæc quatuor videlicet arbores, montes, turres & naues intendit cōprȩhendere præcipuos hominum gradus & præcipue loca totius orbis: ut moueant̄ omnes ad pœnitētiam fortem & humilē ex hoc ꝙ dies meſſiæ nullum relinquet locum præclarum quē non humiliabit ſub iugo fidei, quod autem dr̄ in calce horum. *Et ſuper omne quod viſu pulchrum eſt.* Iuxta hæbreum hr̄. *Et ſuper omnes picturas deſiderii.* Res.n quæ nauibus vehuntur pulchre & deſiderate ad ornatum ſignificantur. Et appellantur picture eo ꝙ tanquā ſi eſſent picte miris artium operibus apparēt: vt uidemus in auleis, & aliis ornamentis, ſiue ex lana, aut lino, aut ſerico, aut auro ꝯſtent. Per hæc.n. ſignificantur quæcūq; ornamenta, hoc eſt utentes ornamentis, humiliandos ſub doctrina euangelica. *Et incuruabitur omnis ſublimitas hominū & humiliabitur altitudo virorum.* Iuxta hæbreum habetur. *Et incuruabit ſublimitatem hominis, & humiliabit altitudinē uirorū.* Dictio interpratata virorum, ſonat virorū nobilium. Quod dixerat per ſimilitudines modo dicit qui proprietatem verborum extendendo ad homines cōiter. *Et eleuabitur dominus ſolus in die illa.* Iuxta hębreū habetur. *Et renouabitur iehouah ſolus ipſe in die illo.* Repetit quod prophetauerat ad hoc ut intelligamus propheriam eſſe omnino implendam, expone hæc ut ſupra. *Et idola penitus conterentur.* Iuxta hæbreum habetur. *Et idola in uniuerſum concidetur.* Pluries diximus, hæbream linguā non abhorrere diſcordiam in numero, & propterea cum debuiſſet dici concidetur dictum eſt

2. Cor. 10. b.

Superbus, excelſus, & eleuatus quō differunt.

concidetur,ſignificando ꝙ vnũquodq; concidetur, vel ꝙ vna eademq; ratione fiet conciſſo omnium homines quidem cuiuſq; ꝯditionis dies meſſiæ humiliabit,idola autem cõcidet. Impletum.n.hoc videmus qm̃ ab aduẽtu Ieſu chriſti iam excluſa eſt idolatria,& ex omni genere hominum humilitati ſunt ſub iugo fidei. *Et introibunt in ſpeluncas petrarum, & in uoragines terræ a facie formidinis domini & a gloria maieſtatis eius cum ſurrexerit percutere terram.* Particula iſta repetitio eſt ſuperioris,nec differt ab illa niſi ꝙ illa eſt monitio,& ſcribitur in ſecunda perſona,ingredere in petrã &c. iſta autem in tertia perſona ſcribitur,quia prophetatur executio illius monitionis,dicendo de gentibus venientibus ad meſſiam. *Et introibunt in ſpeluncas petrarum & in cauernas pulueris a facie formidinis iehouah, & a decore celſitudinis eius: ſurgente ipſo ad frangendum terrã.* Expone omnia ut ſupra,ſurrexit autem meſſias ad frangendum terram quãdo miſit ſpiritum ſanctũ & diſcipulos in mundum,ad frangendum ſalubri fractione homines terrenos ab affectibus & opinionibus propriis,uerbum ſiquidem diuinũ magis penetrat q̃ quicunq; gladius acutus. *In die illa proiiciet homo idola argenti ſui, & ſimulacra auri ſui,quæ fecerat ſibi,vt adoraret talpas & ueſpertiliones.* Iuxta hebræum habetur. *In die illa proiiciet homo idola auri ſui quæ fecit ſibi ad incuruandum.* Hoc eſt ad

Heb.4.c.

adorandum.Deinde in textu hæbræo immediate ſequitur quod interpres omiſit , videlicet. *Ad cauandum caueas: & ad ueſpertiliones.* Et dictio interpræta caueas,ſonat proprie caueas ſeu cauationes. Tranſlata autem dicitur ad ſignificandum talpas,eo ꝙ ſub terra cauata habitant. Et tu lector ſi ad verbum proiiciet referes gerundium ad cauandum , intelliges ſignificari ꝙ homo proiiciet idola aurea & argentea ad cauandum,hoc eſt,ad loca ſubterranea & ad loca verſpertilionum,quorum primum fulcitur exemplo Iacob,qui recedẽs a Sichen fodit

Gen.35.

idola ſub arbore.Si uero referes ad verbum, fecit ſibi,intelliges ſignificari ꝙ homo fecerat ſibi idola aurea & argentea ad extrahendum talpas de caueis & veſpertiliones delatebris in formam aureã & argenteam vt adoraret.Dementia n hominum idolatrarum deſcribitur,

Expoſitio cõformis hæbreorum rabinis.

verum penitentia vera prophetatur dicendo & proiiciet homo &c.Significatur.n. ꝙ volũtarie homo proiiciet idola in die meſſiæ. *Et ingreditur ſciſſuras petrarum & in cauernas ſaxorum a facie formidinis domini, & a gloria maieſtatis eius cum ſurrexit percutere terram.* Iuxta hæbreum legendum eſt. *Ad ingrediendum ſpeluncas petrarum: & in cauernas ſaxorum: a facie formidinis iehouah & a decore celſitudinis eius: ſurgente eo ad frangendum terram.* Ecce tertio repetitur hic ingreſſus in petrã,& clare attribuit proiicienti idola,ut intelligamus ĩgreſſum penitẽtium in fortitudine petre quæ eſt chriſtus.Sub protectione.n.xp̃i & aliorum martyrum venerunt ethnici abiicientes idola &c.

CAP. III.

Q*Vieſcite ergo ab homine cuius ſpiritus in naribus eius eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe.* Iuxta hæbreũ habetur. *Definite uobis ab homine cuius anima in naribus eius, quia in quo eſtimatus ipſe?* Crediderim ego caput tertium hic inchoandum,tum quia noue materie initium eſt,tum quia manifeſte ſubiungitur cõiunctio quia pro principio capitis tertii in vulgata editione reddendo rõnem huius monitionis. Manifeſtato igitur modo quo gentes cõfluent ad montem,qui meſſias eſt,cum pręmiſſa de relictione domus Iacob ſibi ipſi,ꝯñr manifeſtat propheta modum quo deus procedet ad puniendum Ieruſalem & Iudam,poſtq̃ exierit de Syon lex & verbum euangelicum de Ieruſalem. Hoc.n. ſupererat declarandum. Inchoat autẽ prohibendo fiduciam in homine,inſinuans per hoc ꝙ hmõi fiducia regnabit in illis tempore meſſiæ. Conuertit itaq; ſermonem ad Iudam & Ieruſalem dicendo illis,definite uobis,ab homine ꝓcul

Gen.2.b.

dubio omni,cuius anima in naribus. Deſcribit.n.propheta condictionem hoĩs, imitatus Moyſen dicentẽ,ꝙ deus inſpirauit in nares hoĩs ſpiritum vitarum. Animæ.n.hominis in naribus deſcribitur,quia aſpirando & reſpirando ſeruatur in corpore. Ratio autem ceſſandi a fiducia in homine ſubditur,quia in quo? quaſi dicat in nullo reputatus eſt ipſe homo. Experientia.n.teſtatur nullius reputationis eſſe hoĩem. *Ecce.n.dominator dñs exercituũ auferet a hieruſalem & a Iuda ualidũ & fortem.* Iuxta hæbreũ hr̃. *Quia ecce dñs,iehouah exercituũ: remouet a Ieruſalẽ & a Iuda,fulcimentũ & fulcimẽta.* Liceat fingere vocabulũ fulcimenti in fœminino genere,ad reddendam veritatem textus hæbraici. Interpræs n. antiquus reddidit, validum & fortem , quũ

Modus quo procedet deus in deſtructione hyeroſolimæ.

tamen in textu hæbreo fulcimẽtum prius in maſculino & deinde in fœminino genere ſcribitur. Et per hæc duo proponit oĩa quibus innituntur homines tum quo ad vitam corporis tum quo ad vitam polyticam remouẽda a Iuda, & Ieruſalem,ita ꝙ iſte eſt modus quo procedetur ad deſtructionem Ieruſalem & Iuda & prius iſte modus ſcribitur in genere, deinde

Quare nõ confidendũ in homine.

per partes. Reddita itaq; non confidendi in hoĩe ratione ex parte hominis,quia nullius eſt reputationis , reddit modo rationem ex parte dei,quia ecce tanq̃ in præſenti in die meſſiæ

.dñs

dominus vniuerſorum iehouah fons eſſendi dans eſſe exercitibus totius vniuerſi, faciet remouere a Iuda & Ieruſalem fulcimēta vite polytice & vite corporeæ maiora & minora fulcimenta quibus innitatur. *Omne robur panis & omne robur aque.* Dictio interpratata robur eſt illamet quæ ſonat. *Fulcimentum.* Sententia tamen clara eſt. Tollendum.n. omnem cibum et omnem potum ad ſubſtentandum homines opportunum prædicit. *Et fortem & uirum bellatorem.* Interpræs addidit coniunctionem & prima vice. In textu.n. hæbraico cōminant hæc omnia Et dictio interpræmta fortem ſonat potius potentem, ita φ iſta cōminatio tollit viros belli tam excellentes, q̄ electos pro idoneis ad bellū. Deinde īmediate ſequitur abſq̧ coniunctione, alia cōminatio, videlicet. *Iudicem & prophetam.* Iudices.n. dicunt ius populo. Prophete autem nunciant populo diuina. *Et ariolum & ſenem.* Dictio interpratata ariolum ſonat. *Diuinatorem.* Tollendi ſunt ſenes experientia præteritorum cōiectantes de futuris, & diuinatores prædicentes futura ſecundum artes diuinandi. *Principem ſuper quinquaginta & honorabilē uultu.* Diſtributio officiorum tollenda prædicitur auferendo principes quinquagenarios & diſtributio honorum auferendo eleuatos facie. *Et conſiliarium & ſapientem de archtectis & prudentem eloqui myſtici.* Iuxta hæbreum habetur. *Et conſiliarium & ſapientem artificium & intelligentem ſemiprolata.* Vigentes conſilio circa agenda, & ſapientes dirigere fabros ad operandū, & vigētes ingenio ad penetrandum ſemidicta quorſum tendant, auferendi prædicūtur. Collige prudēs lector quot genera fulcientium ciuitatem tollentur, & perſpicies non eſſe ciuitatem, ſed ciuitatem deſtitutam hominesq̧ deſertos ſublatis hiis omnibus. Nec caret quæſtione quo nam pacto inter penas Iudæ & Ieruſalem ſupputetur remotio diuiuatorum, cum huiuſmodi remotio ſit beneficium, quia diuinatores ſuperſtitioſi ſunt & incantationibus vacant. Solutio eſt, φ quāuis abſolute hoc eſt beneficium, ieroſolimitis tamen Iudeis complectentibus diuinatores erat pœna, & propterea inter pœnas ſupputatur. Nec intelligas remotionem horū omnium penitus, ſed relatiue ad bonum Ieruſalem & Iuda, remanſerunt multi viri bellicoſi ſed non ad bonum ciuitatis, & ſimiliter intellige de conſiliariis & aliis prædictis. *Et dabo pueros principes eorum & effæminati dominabuntur eis.* Dictio īterp̄tata effæminati ſonat. *Paruuli.* Deus introducitur loquens & loco prædictorum qui ad bonum commune ordinantur cōminatur mala quæ ſequentur ex priuatione prędictorum, primum autem malum eſt dabo pueros principes eorum pueros ſenſu, pueros moribus. Huiuſmodi enim pueri etiā ſi ætate ſenes fuerint e regione ſenum de quibus ſcribitur, cani ſunt ſenſus homnis & ætas ſenectutis vita immaculata. Hūc autem eſſe ſenſum germanum litere patet, ex eo φ iuxta hæbraicam veritatem ſubiungitur. Et infantes pueri paruuli dominabuntur eis. Certum eſt.n. φ de infantibus ſenſu & moribus eſt ſermo & dicit vtrūq̧, videlicet Dabo pueros in principes, & ſequitur effectus, φ paruuli dominabuntur eis. *Et corruet populus vir ad uirum & unuſquiſq̧ ad proximū ſuum. Tumultuabitur puer contra ſenem & ignobilis contra nobilem.* Dictio interpratata corruet ſonat. *Vexabit.* vel. *Opprimetur.* Subiuncta.n. actiue ſignificationi fauere videntur. Nam iuxta hæbraicam veritatem ſubditur. *Vir in virum & vir in ſocium ſuum inualeſcent puer in ſenem & vilipenſus in honorabilem.* Miſera vexatio ac oppreſſio populi futura deſcribitur, dum cuilibet licebit vexare quemlibet (& quod peius eſt) puer inualeſcet aduerſus ſenem abſq̧ vlla erubeſcentia, & viliores inualeſcet aduerſus honorabiles. Tolletur itaq̧ pax populi, tolletur & honor maioribus debitus, confuſa erunt omnia. *Appræhendet.n. vir fratrem ſuum domeſticum patris ſui & dicet.* Paupertas nimia pro ratione redditur prædicte confuſionis. Deſcribitur autem paupertas maxima ſingulorum ex parabola inquiſiti nec inuenti īter eos qui velit eſſe princeps inopia prohibente. Introducit itaq̧ paupertatem tantam, φ homo appræhendet fratrem ſuum domeſticum hoc eſt ex gente patris ſui. Sic enim ſonant hæbrea & deſcribitur requiſitus conſanguineus requirentium ad excludendū ſuſpitionem fallacie: interpræs quoq̧ addidit claritatis gratia illas duas dictiones, & dicet. Nam īmediate ſequitur. *Veſtimētum tibi, princeps eris nobis.* Vide magnitudinem paupertatis, requirunt in rectorem quia habet indumentum. *Ruina autem hæc ſub manu tua.* Dictio interprætata ruina ſonat. *Offendiculum.* Vere offendiculum cuilibet præſtabatur in tanta vexatione deſcripta, & propterea requirunt principē qui prouideat huiuſmodi offendiculis. *Reſpondebitq̧ in die illa dicens.* Dictio interpratata reſpondebit ſonat. *Iurabit.* Ad inſinuandam φ dicet veritatem. *Non ſum medicus.* Iuxta hæbreum habetur. *Non ero obligator.* Negat enim futurum ſe in poteſtate retinendi alios, & rationem ſubdit. *Et in domo mea non panis nec indumentum: non ponetis me principem populi.* Ecce inopia requiſiti & renuntis principatum. *Ruit enim Ieruſalem & Iudas concidit quia lingua eorum & adinuentio*

Dei cōminatio.

Quid dicant iudices et quid prophetæ.

Quæſtio.

Solutio.

Cōminatio expauenda

Sap.4.b.

Vexatio miſerabilis.

nes eorum contra dominum ut prouocarent oculos maieſtatis eius. Iuxta hæbreum habetur. *Quia impegit Ieruſalem & Iuda cecidit quia lingua eorum & opera eorum ad Iehouah ad faciendum auertere oculos honoris eius.*
Ratio prædictarum pœnarum redditur lapſus Ieruſalem ad inſtar ceſpitantis & caſus Iudeæ, & eſt ſenſus. Ideo video deum puniturum Ieruſalem & Iuda, tunc erit tempus lapſus & caſus eorum. Quare autem erit tunc tempus ruendi ſubiungitur, quia lingua eorum & opera eorum verba & facta erunt aduerſus Iehouah.

FINIS.

Expliciunt commentaria Domini Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xiſti ordinis Prædicatorum qui morte præuentus non potuit ſupremam (vt aiunt) manum imponere.

TRACTATVS REVERENDISSIMI DOMINI D. THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XISTI ORDINIS PRAEDICATORVM. DE CONIVGCIO REGIS ANGLIE CVM RELICTA FRATRIS SVI.

AD CLEMENTEM VII. PONTIFICEM MAXIMVM Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sanƈti Xiſti.

INTENTIO.

BEatiſſime pater poſt Pedum oſcula beatorum perpetuam felicitatem. Iuſſiſti vt libellos de coniugio inter ſerenisſimos Angliæ Reges ad me perlatos, cauſamq; totam diligenter inſpicerem quidue iuditij conſilijq; mei eſſet, accuratiſſime perſcriberem, quo quantum in me eſſet quāprimum Beatitudinem tuam, hac moleſtia liberarē. Studui mox (vt per erat) iuſſis parere, perleƈtisq; libellis pro & contra animaduerti multas cō munes inſertas queſtiones. Videlicet de multiplici iure diuino, de illorum duratione, de diuerſis naturæ iuribus, de præceptorum iudicialium diffinitione, de multis diſpenſandi modis, de ptāte Papę circa ea quæ ſunt diuini aut naturæ iuris. Quæ ſi traƈtandæ eſſent, & multa conficienda eſſent volumina, & latisſimus literarijs certaminibus cāpus daretur, vt deſiderandus ſemper finis ſupereſſet. Quo circa contuli me ad propria cauſæ de qua agitur, et ad punƈtum quæſtionis veniendo, ante oculos locandum in primis quod in quæſtionem vertitur duxi, vt omnes intelligant materiam de qua loquor. Deinde circa hoc, tum in genere, tum in ſpecie quid diuina ac naturæ iura cenſeant ſcrutandum. His enim notis maniſeſta apparebit quæſita ueritas.

FACTVM.

SErenisſimus Angliæ modernus Rex. Dum eſſet adoleſcens, Serenisſimo patre eius Angliæ Rege agente, contraxit matrimoniū cum Serenisſima moderna Regina Angliæ, tunc non Regina ſed reliƈta fratris eius primogeniti abſq; prole defunƈti, filia Serenisſimorum Regum Hiſpaniarum, interueniente authoritate Iulij. II. Ro. Pon. ob bonum ſeruandæ pacis ac amicitiæ inter eoſdem Reges, conſumauitq; matrimonium ac genuit ex ea, multisq; annis coniugali affeƈtu & affeƈtu cum ea uerſatus eſt, modo petit diuortium, eo quod coniugium inualidum fuerit, vtpote contra ius diuinum atq; naturæ a ſacris concilijs Pontificibus ac doƈtoribus comprobatum. Hæc eſt cauſa ex proprijs diſcutienda, præmiſſo tenore apoſtolicæ diſpenſationis.

IVLIVS &c. Dilecto filio Henrico chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici, Angliæ Regis Illuſtris nato, & dilectę in Chriſto filię Catherinę chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Regis, & chariſſimę filię noſtrę Eliſabet Reginę Hiſpaniarum & Siciliæ catholicorum naturæ Illuſtribus ſalutem &c.

ROMANI Pontificis præcellens authoritas conceſſa ſibi deſuper vtitur poteſtate prout perſonarum, negociorum, & temporum qualitate penſata in domino cōſpicit ſalubriter expedire. Oblata nobis nuper pro parte veſtra petitionis ſeries continebat ꝙ cum alias tu in Chriſto filia Catherina & tunc in humanis agens quon. Arturus chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici Angliæ Regis Illuſtriſs, primogenitus pro conſeruandis pacis & amicitiæ nexibus & fœderibus inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum, & chariſſimam in Chriſto filiam noſtram Eliſabeth Hiſpaniarū & Siciliæ catholicos, ac præfatum Angliæ Reges & Reginam matrimonium legitime per verba de præſenti contraxiſſetis, illudq́ carnali copula forſan conſumauiſſetis dictus Arturus prole ex huiuſmodi matrimonio non ſuſcepta deceſſit. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, ad hoc vt vinculum pacis & amicitiæ inter Præfatos Reges & Reginam huiuſmodi diutius permaneat cupiatis matrimonium inter vos per verba legitime de præſenti contrahere, ſupplicari nobis feciſtis vt vobis in præmiſſis de opportunę diſpenſationis gratia prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui inter ſingulos Chriſtifideles & præſertim catholicos Reges & Principes pacis & concordię amenitatem vigere intenſis deſiderijs affectamus vos & quemlibet veſtrum a quibuſcunq́ excommunicationibus &c. Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobiſcunq́ vt (impedimento affinitatis huiuſmodi ex præmiſſis proueniente ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteriſq́ contrarijs nequaquam obſtantibus) matrimonium per verba legitime de præſenti inter vos contrahere & in eo poſtquam contractum fuerit & ſi iam forſan hactenus de facto publice vel clandeſtinę contraxeritis, ac illud carnali copula conſumaueritis licite remanere valeatis, auctoritate apoſtolica tenore præſentum de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus, ac uos & quemlibet veſtrum ſi contraxeritis vt præfertur ab exceſſu huiuſmodi ac excommunicationis ſententia quam propterea incurriſtis eadem authoritate abſoluimus prolem ex huiuſmodi matrimonio ſiue contracto ſiue contrahendo ſuſceptam forſan, vel ſuſcipiendam legitimam decernendo prōuiſo ꝙ tu in Chriſto filia Catherina propter huiuſmodi rapta non fueris. Volumus autem ꝙ ſi huiuſmodi matrimonium de facto contraxeritis, confeſſor per vos & quemlibet veſtrum eligendus pœnitentiam ſalutarem propter ea vobis iniungat, quā adimplere teneamini. Nulli ergo &c.

Si quis &c. Datum Romæ &c. Milleſimo quingenteſimotertio ſeptimo kalen. Ianuarij

Anno primo.

Quid diuino iure ſtatutum eſt de coniugio inter leuirum & fratriam.

CIRCA coniugium inter vxorem fratris & leuirum ter moſaica lex ſtatuit, primum Leui. 18. his verbis, turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis quia turpitudo fratris tui eſt, iterum ca. 20. his verbis qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit alienam, ſeu illicitam, turpitudinem fratis ſui reuelauit abſq; filijs erit, tertio Deute. 25. his verbis, quando habitauerint fratres ſimul & vnus ex eis abſq; liberis mortuis fuerit, vxor defuncti non nubet alteri ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris sui, & progenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael, ſi autem noluerit accipere vxorem fratris ſui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis & interpellabit maiores natu dicetq; non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugem ſumere, ſtatimq; accerſiri eum facient, & interrogabunt ſi reſponderit nolo eam vxorem accipere, accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calciamentum de pede eius, ſpuetq; in faciem illius & dicet, ſic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui, & vocabitur nomen eius in Iſrael nomen diſcalciati. ¶ Hæc iuxta vulgate editionis uerba allata quãuis ſecũdũ veritatem ſufficerent quantum ad præſentem ſpectat cauſam, quia tamen nonnulli ex eo q; aliter ſonat textus Hebraicus, vertunt in dubium legem Deuteronimij loqui de fratribus quos carnales dicimus (obijciendo q; non dicitur accipiet eam frater viri eius sed cognatus eius, & ſimiliter non vxor fratris ſed cognata repetitur. Conſtat.n. cognati nomine conſanguineos intelligi) ideo diligentiam adhibui, vt textum hunc de verbo ad uerbum iuxta hæbreum haberem hic inſerendum, & eſt talis, quando ſedebunt fratres ſimul & morietur vnus ex eis, & filius non ei, non erit vxor mortui foris viro extraneo leuir eius veniet ſuper eam & capiet eam ſibi in mulierem, & leuirabit eam, & erit, primogenitus quem pariet ſurget ſuper nomen fratris eius mortui, & non delebitur nomen eius ex Iſrael, & ſi non volet vir capere fratriam ſuam, aſcendet fratria eius ad portam ad ſenes, & dicet recuſauit leuir meus facere ſurgere fratri ſuo ſemen Iſrael non voluit leuirare me, uocabunt eum senes ciuitatis & loquentur ad eum, & ſtabit & dicet non uolui capere eam, & appropinquabit fratria eius ad eum in oculis ſenum & excalciabit calceum eius e pede eius, & ſpuet in faciem eius & reſpondebit & dicet, ſic fiet viro qui non edificauit domum fratris ſui, & uocabitur nomen eius in Iſrael domus excalciati calceo, hæc ibi. ¶ Vbi clare patet legẽ hanc loqui de fratribus quos fratres carnales appellamus, & q; interpres nouus qui cognato & cognata uſus eſt, latinam linguam iuxta uulgare Italicum uſurpauit, appellando eum qui latinæ appellatur leuir cognatum, & eam quæ latinæ fratria uocatur cognatam, eo autem vſq; hæbraicus ſermo utitur proprio leuiri nomine, ut ex illo formet uerbum quo bis in hac lege utitur, loco cuius opportuit fingere nouum uerbum latinum a leuir deductum leuiro as,

Leuit. 18. et. 20.

Deutero. 25.

Math. 22. c. & Lu. 20. f.

Ruth. 1. manifeſtiſſime ſoluitur q̃ſtio de fratribus ex eode vtero egredientibus ſermo eſt.

Nota ꝙ repetit̃ nomen fris ſm id: vocabulum cũ dr̃ qñ habitabũt fres ſimul nõ aũt qñ dr̃ cognatus uel leuir &c.

Nõ eſt vertedũ I dubiũ quũ apud Rabinos hæbreos ēt pro cõfeſſo habeatur.

ſignificans exequi ius leuiri erga fratriam. Mirum eſt autem in dubium verti legem hanc de fratribus carnalibus loqui, cum & ſadducæi in euangelio proponentes Chriſto vxorem ſeptem fratrum ſecundum legem Moyſis id teſtentur, & etiam apud mulierculas hoc notiſſimum fuiſſe teſtentur verba noemi Ruth primo, & ex toties repetito fratris nomine in hac lege clare habeatur Nam vbicunqꝫ in iſtis legibus eſt nomen fratris in hæbreo eadẽ pænitus dictio habetur ita ꝙ idem nomen fratris habetur in legibus Leuitici, & in lege Deuteronomij, vt ſi vnam equiuocandi licentiam quis vſurpet, alias quoqꝫ equiuocandi legitime cõcedat, ac per hoc ſiquis exponeret pertinaci ſenſu Deuteronomicã legẽ loqui de fratribus nõ carnalibus, deſiſtat a cepto, ex hoc ꝙ eadem licentia leges Leuiticæ exponerentur de fratribus non carnalibus. Quo fieret vt nullum de coniugio inter leuirum & fratriam ius tam diuinum q̃ naturæ ſcriptum haberetur, & conſequenter ceſſaret tota quæſtio hæc, innixa iuri diuino, aut naturæ ſcripto, quia ſuper hoc ſolo vniuerſa moles huius controuerſiæ fundata eſt. Non eſt itaqꝫ vertendũ in dubiũ leges has de fratribus quos carnales appellamus loqui.

Quod non omne coniugium inter leuirum & fratriam eſt diuina lege prohibitum.

CONuenientibus igitur legibus his Leuiticis & Deuteronomijs in hoc ꝙ de fratribus carnalibus loquuntur, differentia manifeſta inter Leuiticas & Deuteronomias eſt pœnes hoc, ꝙ Leuiticæ ſunt leges de genere, Deuteronomia vero eſt lex de ſpẽ, Nam Leuiticæ ſtatuunt de vxore fratris, non ſpecificando viui vel defuncti, Deuteronomia de vxore fratris defuncti, illæ de vxore fratris non ſpecificando cum filio vel ſine filio, iſta de vxore fratris defuncti ſine filio, illæ de vxore fratris non cognoſcenda, non ſpecificando ad proprium vel fratris ſemen nomenqꝫ ſeruandum, iſta de vxore fratris defuncti abſqꝫ filio ad ſuſcitandum ſemen nomenqꝫ fratris, quibus adiunge quartam neceſſario ſubintellectam ſpecificationem, ꝙ illæ de vxore fratris non ſpecificando an ætatis qua poſſit generare an vetula. Iſta de fratris vxore in ætate qua põt generare loqui conuincitur, quia ducẽda præcipitur ad ſuſcitandũ ſemen fratris. Ex hac autem manifeſta differentia inter has duas leges habetur abſqꝫ omni controuerſia, non omne coniugium inter leuirum & fratriam eſſe diuina lege prohibitum, ſed diſcernendum eſſe inter coniugium leuiri cum fratria ſine ſpecificatione aliqua vel tot ſpecificationibus in Deuteronomia lege vallatum, & fatendum ꝙ in genere ſine ſpecificatione aliqua coniugium inter leuirum & fratriam, eſt diuina lege dãnatum, coniugium uero inter leuirum & fratriam tot conditionibus fultum non ſolum licitum, ſed præceptum diuina lege eſt. Hæc ſunt quæ circa coniugium inter leuirum & fratriam manifeſtæ ſancita a deo habemus. An autem diuinæ iſtæ leges veteris teſtamenti ligent noui teſtamenti profeſſores, an ſpirauerint, parui refert quo ad cauſam propoſitam. Illud tamen ſilentio inuoluendum non eſt, ꝙ cum iſtæ leges conueniant tum ſententia (videlicet

de coniugio

de coniugio inter leuirum & fratriam)tum in actu(videlicet actu pietatis,quæ cultum officiumq; ſanguine iunctis exhibet)tum in ratione moris(quia omnes innituntur rationi moris pietatis naturalis)tum in genere præceptorum(quia vtræq; ſunt præcepta,partim iudicialia & partim moralia,) tum in authore,(quia omnia diuina authoritate ſunt ædita per Moſen),qua ratione Leuitica lex quatenus diuina ligat,eadem ratione perſeuerat,& Deuteronomica quatenus diuina lex,& qua ratione Deuteronomica expirauit, eadem & Leuitica expirauit,quum gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.Dixi quatenus diuina quia nõ eſt nunc ſermo de eiſdẽ legibus quatenus morales ſunt,ſed quatenus diuina ſunt authoritate per Moyſen fulte.

Quod ſecundum ius naturæ non omne coniugium inter leuirum & fratriam eſt in honeſtum.

QVid autem naturale ius de coniugio inter leuirum& fratriam habet,non eſt difficile ex dictis haurire.Se moto ſiquidem omni tam diuinæ q̃ humanæ legis nõ teſtimonio ſed vinculo clare patet tum coniugium inter leuirũ & fratriam abſolute eſſe turpe.Turpitudo.n.moralis oppoſita honeſtati cultus ex naturali pietate debiti fratrie ratione fratris,pro ratione legis redditur in lege leuitica dicendo,turpitudinem fratris tui non reuelabis quia turpitudo fratris tui eſt,tum coniugium inter leuirum & fratriam vallatum tot antedictis conditionibus eſſe moraliter bonum.Ex eo.n.q᷑ coniugium inter leuirum & fratriam abſolute eſt turpe infert q᷑ turpitudo illa per coniugium inter eoſdem tot conditionibus fultum &c. tollitur. Alioquin etiam tot conditionibus vallatum eſſet moraliter turpe, ac per hoc illicitum, cuius oppoſitum teſtatur lex diuina, & cum turpitudo moralis non tollatur niſi per bonum morale,cõſequens eſt,q᷑ per morale bonum conſurgens ex concurſu tot conditionum in coniugio inter leuirum & fratriam,tollatur turpitudo quæ ineſſet eidem coniugio nudo, patet igitur inter leuirum & fratriam coniugium honeſtatum tot conditionibus,bonum moraliter eſſe.Et ſi altius ſcrutatus fueris inuenies maius bonum moraliter eſſe iu coniugio inter leuirum & fratriam ſic honeſtato,q̃ ſit turpitudo cõſequens cõiugium inter eoſdem abſolute.Nam niſi iſtius bonitas vinceret illius turpitudinem,præceptum iſtius in ſpẽ non vinceret probibitioaem illius in genere,ita q᷑ diuinum ius præceptũ prohibitione illius vigente,atteſtatur maiorem eſſe bonitatem in hoc, q̃ turpitudinem quæ conſequitur coitum leuiri cum fratria, & tantum excellit vt ẽt tollat rationem turpis ab huiuſmodi coitu,& reddat eundem honeſtum & pium.Quo fit,ut ſi qui quo ad hoc ſoluti ab huiuſmodi vinculo legis diuinæ & humanæ leuir & fratria contraherent matrimonium honeſtatum his conditionibus,proculdubio honeſtum ac pium connubium ſubirent. Quod etiam teſtatur coniugium inter Thamar & filios Iudæ ante legem Moyſi Geneſi.38.

Quod ſecundum legem tam diuinam ꝙ naturalem patet fieri inter leuirum & fratriam coniugium honeſtatum propter aliam cauſam ꝙ propter ſuſcitandum ſemen ac nomen fratris defuncti.

Ex his autem manifeſtis iuxta diuinum ac naturæ ius, rectiſſima infertur ratione ꝙ ſi longe maius bonum, ꝙ bonum ex omnibus conditionibus in lege Deuteronomia expreſſis conſurgens poſcat iniri coniugium inter leuirum & fratriam, fieret proculdubio in tali accidente coniugium inter leuirum & fratriam honeſtum quatenus pendet ex lege tum naturali tum diuina. (Secretis enim loquor humanis legibus.) Et ſecundum quidem naturæ iura patet illatio, quia recte rationis dictamen exigit, vt ſi minus bonum ſufficit ad tollendum turpitudinem coniugij inter leuirum & fratriam, multo magis ad eandem turpitudinem tollendam ſufficiat maius bonum. Secundum vero diuina iura patet eadem illatio ex eo ꝙ nullæ leges multiplicantur propter multitudinem euentuum qui cõtingere poſſunt. (Oporteret. n. infinitas condere leges iuxta infinitos euentus cõtingentes) ſed in omni politia leges conditæ intelliguntur ſic, ꝙ ex vno caſu decreto intelliguntur decreti omnes ſimiles, & ſi minus bonum decretum eſt ſufficere ad tollendam aliquam turpitudinem, intelligitur decretum eſſe quod multo maius bonum etiam ſufficit ad tollendam omnem turpitudinem. Hæc ni fallor tam clara ſunt vt probatione non egeant, ſed inſinuatione ꝙ in propoſita materia (ſi in proprijs ſiſtendum eſt) non eſt digrediendum ad quodcunque maius bonum ſed ad maius bonum fratri defuncto, quia turpitudo coniugij inter leuirum & fratriam conſiſtit in fratris defuncti dehoneſtatione, & in coniugio Deuteronomio tollitur huiuſmodi irreuerentia defuncti fratris per eiuſdem fratris defuncti bonum, videlicet nomen eius ſuſcitandum & propagandum in familia progeniti ex fratria quæ fuerat vna cum ipſo caro, & ex leuiro coniunctiſſimo ſecundum carnem defuncto fratri, tanquam ſupplente vices defuncti ad generandum ipſi defuncto familiam. Et hæc ideo diſcuſſa ſint, non quia ſupponamus coniugium inter ſereniſſimos Reges Reginamque Angliæ contractum fuiſſe ad ſuſcitandum nomen fratris defuncti. Conſtat enim hoc eſſe falſum, ſed vt clare pateat ſecundum ius naturæ diuina etiam authoritate firmatum non vnico tantum euentu honeſtum eſſe coniugium inter leuirum & fratrim ſed in omni euentu maioris boni fratris defuncti ꝙ ſit illud tam exiguum bonum, videlicet nominis per filium fictum idque incertum. Incertum enim eſt an proles ſequatur.

Quod ſecundum ius tum diuinum tum naturæ honeſtum poteſt eſſe coniugium inter leuirum & fratriam propter commune bonum.

Si perſpicacius conſideratum libratumque fuerit, quod id iuris naturæ, quod in his leuiticis legibus continetur, videlicet dehoneſtatio fratris defuncti, repenſatur per tam exiguum ac incertum bonum defuncti, cui nihil boni aut mali accidere poteſt ex operibus mere

humanis

humanis niſi in exiſtimatione hominum, ꝙ bonum commune ciuitatis vel patriæ non in opinione ſed in re & longe maius & finis ſuapte natura eſt (nam ſingulorum bona externa ad commune bonum ordinantur vt finem) manifeſtabitur ꝙ tam ſecundum naturalis ꝙ̄ diuini iuris rationem rectiſſimum coniugium inter leuirum & fratriam honeſtatur ſi ob commune patriæ bonum fiat. Validius.n. eſt ad tollendum dehoneſtationem defuncti fratris, commune patriæ bonum, ꝙ̄ tam exiguum idq; incertum bonum defuncti fratris. Nā conſtat huiuſmodi bonum eſſe bonum externum, vtpote in nomine conſiſtens, idq; exiguū, vtpote non conſequens præclarum aliquid factum, immo nullum defuncti factum, ſed naturale opus alterius, ſi tamen efficax erit ad generandum. Nec interuenit in hac deductione aliqua digreſſio a proprijs materiæ quæ tractatur, quoniam procedere a bono externo vnius ad bonum commune, non eſt digredi ſed progredi aperte ad totum, a bono partis ad bonum totius, a re ordinata ad finem ad rem illius finem, & hæc, tam manifeſta tanꝙ̄ conſona ſunt iuribus omnibus vt iniuria illis fiat ſi diutius diſcutiantur.

Quod coniugium inter Sereniſſimos Angliæ Regem & Reginam eius fratiam nec iuri diuino nec iuri naturæ aduerſatur.

EX hoc igitur ꝙ diuinum ius teſtificatur in minori bono commune patriæ bonum ſufficere ad tollendum turpitudinem coniugij inter leuirum & fratriam, & naturæ ius in minori quoq; bono teſtatur idem, manifeſte infertur coniugium inter hos Sereniſſimos Regem & Reginam ob bonum ſeruande pacis inter Reges Hiſpaniarum & Angliæ contractum (vt clare explicatur in literis apoſtolicis) non contrariari iuri diuino aut iuri naturæ, ſed honeſtum eſſe ac conſonum vtriq; iuri, adeo ꝙ ſi ſecernantur humana iura, coniugium hoc nulla indiguiſſet diſpenſatione, quoniam ferendo ſecum commune bonum pacis inter tam excelſos Reges, fert ſecum conditionem tam diuini ꝙ̄ naturæ iuris teſtimonio ſufficientem ad honeſtandum coniugium inter leuirum & fratriam. Verum diſpenſatione eccleſiaſtica opus fuit, tum ad tollenda vincula humanorum iurium tum ad authorandum honeſtationem illius ſingularis coniugij ob commune bonum pacis. Honeſtatio.n. illius coniugij ex commune bono pacis ſuapte natura eſt, ſed a doctoribus definitur magiſtraliter, ab apoſtolica autem diſpenſatione, authoratur. Quocirca Iulius Papa diſpenſando nihil ademit diuino iuri nihil ademit iuri naturæ, ſed abſtulit vincula iuris humani circa hoc ſingulare, ſed definiuit legitimum, ſed authorauit illud vtpote ex expreſſa rationabili cauſa ac more conſonum tam diuino ꝙ̄ naturali iuri. Omnia.n. hæc fert ſecum diſpenſatio ob commune bonum pacis. Alienum ſiquidem a chriſtiana profeſſione, eſt vt Papa quantumcunq; minimum ius diuinum aut naturæ in toto vel in parte tollat. Hoc.n. authori naturæ reſeruatur, illud vero authori diuinæ legis, ſed non eſt alienum a chriſtiana profeſſione vt Papa in ambiguis interpretetur ac diffiniat, tam ius diuinum ꝙ̄ naturæ. Diſpenſatio itaq; illa di

uerſos ſimul protulit effectus iuxta diuerſas quas attigit materias, pro quanto.n.attigit iura humana effecit licitum quod ſecundum humana iura fuiſſet illicitum, quatenus vero attingit iura diuina & naturæ diffiniuit ac authorauit licitum quod ſecundum diuina & naturæ iura dubitabatur vel reputabatur ſeu dubitari vel reputari potuiſſet illicitum.

ET ad opulentiam honeſtationis concurrerunt duo bona fratris defuncti, alterum ꝙ vxor eius quæ fuerat vna cum ipſo caro ex hoc coniugio ſublimata eſt in futuram Reginam Angliæ, vt Regn quo ipſe defunctus nō potuit per ſeipſum potiri, ſaltim in carne ſua potiretur. Alterum ꝙ frater eius ex hoc coniugio redditus eſt ſecurus a tali ac tanta malorum congerie, qualem & quantam bella inter Regna afferunt inter ſe. Intereſſe animæ defuncti mala penæ futura fratri meo teſtatur euāgelicus diues ſepultus in inferno dū rogat Abraham ne fratres ſui veniant in illum locum tormentorū. Honeſtatur itaqꝫ hoc cōiugium tum ex bono fratris defuncti non minore ꝙ ſit illud deſcriptum in Deuteronomia non conſiſtente in nomine ſed in re non dubio ſed certo, tum ex maximo communi bono pacis authoraturqꝫ apoſtolica poteſtate.

Quod ſiue ligent ſiue non dicta diuina iura, coniugium hoc eſt honeſtum.

VNIVERSA autem diuina lege perſpecta facile monſtratur ꝙ ſiue diuinæ leges circa coniugium inter leuirum & fratriam ligent modo, ſiue expirauerint, coniugium hoc inter Sereniſſimos Reges Angliæ licitum atqꝫ honeſtum eſt. Nam ſi diuina veteris ſcripture ſpirarunt, nulla hinc illis infertur iniuria, ſi vero etiam hodie ligant, quum conſtet ex eadem diuina lege Deutéro, ca. 17. ad ſummum ſacerdotem ſpectare emergentes cauſas ambiguas ac difficiles diffinire iuxta legem domini, conſequens eſt ꝙ etiam ſi omni ex parte non pateret bonum ſufficere ad honeſtandū coniugium inter leuirū & fratriam, ex eo ꝙ ſummus ſacerdos requiſitus vt hinc diuina iura naturæqꝫ ac humana quæ videntur obſtare huic coniugio, illinc tale bonum pacis ſeruande libraret (propter hoc.n. conſtat ſupplicatum fuiſſe ſummo Pontifici) & qui tunc erat ſummus ſacerdos Iulius diſpenſando authorauit inter hos Sereniſsimos leuirum & fratriam, congruum ob tale bonum pacis reddidit illud licitum & honeſtum. Nam per hoc diuina authoritate ſibi in lege diuina conceſſa exemit illud ab iniuria omnium iurium diuinorum, naturalium, ac humanorum, quia etiam fingendi licentia conceſſa inficiari mente quāuis ore nemo poteſt, ambiguam ſaltem fuiſſe iuxta legē diuinam ac naturæ cauſam, videlicet ſi ob tale bonum pacis honeſtandum erat coniugium inter leuirum & fratriam, & diffinitionem talis ambigui ſpectaſſe ad ſummum tunc ſacerdotem & cauſam boni pacis communis conformem eſſe diuinæ legi, cui inter humana nihil magis quadrat, ꝙ commune pacis bonum. Et hæc dixerim non ꝙ cauſa ambigua ſit, quoniam deductum iam eſt commune bonum pacis cauſam eſſe ſufficientem ad honeſtandum coniugium iuxta leges diuinas & naturales, ſed ad monſtrandum ꝙ eſto ꝙ ambigua ac difficilis

fuiſſet

fuiſſet cauſa authoritas ſummi Sacerdotis diffiniendo iuxta rationem valde conſonam, diuinis & naturæ legibus, coniugium hoc licitum honeſtum ac legitimum ſufficeret, ad reddendum coniugium hoc licitum honeſtum ac legitimum, etiam ſi leges Leuiticæ non ſolum quatenus morales ſed quatenus diuinæ ligarent Chriſtianos.

Quod ſacrorum conciliorum Pontificum ac doctorum dicta non militant aduerſus hoc coniugium.

ET quoniam ſacra concilia ſacri Pontificis, ſacri Doctores, damnando coniugium inter leuirum & fratriam, ius diuinum & naturæ citant, manifeſtum ex antedictis fit quod nō militant eorum dicta aduerſus hoc coniugium ſecundum ius diuinum & naturæ apoſtolicaque authoritate contractum. Damnant ſiquidem inter leuirum & fratriam coniugium nuū non coniugium tot conditionibus conſonis diuino naturæque iuri fultum ex hoc ipſo quod iuri diuino ac naturæ innituntur. Clara enim luce iam patet iure diuino ac naturæ prohiberi inter leuirum & fratriam coniugium in genere ſeu nudum, conſonum autem fore vtrique iuri inter leuirum & fratriam coniugium veſtitum multis honeſtatus ſpeciebus ſiue propter bonum fratris defuncti ſiue propter bonum commune. Quo circa Iulius nihil aduerſus doctrinam ſacrorum conciliorum Pontificum aut Doctorum egit nec etiam aduerſus illos doctores qui dicunt & veriſſime, Papam nec in iure diuino, nec in iure naturæ poſſe diſpenſare hoc eſt facere licitum quod diuino, aut naturæ iure, conſtat eſſe illicitum. Nā (vt patet ex dictis) coniugium inter leuirum & fratriam ob commune bonum pacis nec diuino nec naturæ iure prohibetur immo tū diuino, tum naturæ iuri conſonat. Sed Papa iure ſuo ordinario quo de iure ſuper ius poteſt vtens, definiuit & authorauit coniugium honeſtatum ex cauſa communis boni pacis, ad tollendum omnem ambiguitatem vtriuſque iuris. Hoc eſt pater Sanctæ in cauſa hac iudicium meum, conſilium autem non occurrit mihi melius quam quod a Spirituſancto proficiſci non ambigimus, diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Fœlix in ſecula valeat Beatitudo tua. Romæ die. 13. Martij. 1530.

Explicit Tractatus Reuerendiſſimi Domini D. Thomæ De Vio Caietani Cardinalis Sancti Xiſti Ordinis Prædicatorum De Coniugio Regis Angliæ.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P.

Omnes ſunt Terniones præter * O P Qui ſunt duerniones.



Impræſſum Romæ Apud Antonium Bladum Aſulanum
Anno Domini. M. D. XLII.
Die XIX Maij.